НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
## ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

# XENOPHONTIS
## OPERA

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE
EDVARDI WELLS

ACCEDVNT
DISSERTATIONES ET NOTAE
VIRORVM DOCTORVM

CVRA
CAROLI AVG. THIEME

CVM PRAEFATIONE
IO. AVG. ERNESTI

---

*VOLVMEN PRIMVM*

---

*LIPSIAE*
EX OFFICINA LIBRARIA GLEDITSCHIANA
CIↃ IↃCC LXIII.

НБ ОмГУ им. Ф.М. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

# LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ

## IOH. AVGVSTVS ERNESTI

S. P. D

Cum ii, qui Xenophontis libros, ad Welsiani exempli modum formamque descriptos, studiosis graecarum literarum reddere instituerant, rem gratam sibi me facturum ostenderent, si partes praefandi et instituti huius commendandi susciperem: non potui neque Xenophonti, neque meae in eum beneuolentiae, qui curam editionis susceperisset, nec denique rogantium voluntati hanc operam negare. Nam Xenophontis ingenio, doctrinae, eloquentiae quantum tribuam, quantum et vtilitatis et suavitatis fructum eius libris assidue legendis ceperim, alio loco dixi; nec alius est de graecis scriptoribus, quem magis commendatum esse cupiam tudiis iuuentutis, graecas literas, et artes bene intelligendi ac scribendi discentis. Etenim, si linguae graecae indolem recte cognoscere cupiant, quem doctorem adire possint, vel praeferendum Xenophonti, vel parem: in cuius libris profecto est ipsa norma bene graecae et Atticae dictionis, ad quam exigi aliorum oratio debet? Bene spere vis; quem tibi Horatius demonstrat

Fuit autem consilium ad eum delatum huiusmodi, vt, quoniam Xenophontis Opera desiderarentur, Welsianum exemplum, quod et emendatissimum putaretur, et ipsa forma commendatissimum esset, repeteretur, ipse autem videret, vt quam accuratissime illud exemplum exprimeretur, adderet etiam, si vellet, aliquod commendationis corollarium de suo consilio, si quod esset, quod moram longam non requireret, quam non ferre nec suas rationes, nec aliorum cupiditatem. Non erat sane, quare id consilium improbaretur; quod si minus congrueret ambitioni aetatis nostrae in edendis scriptoribus antiquis, at rationibus iuuentutis aptum erat, quae ipsum magis scriptorem cognoscere debet, quam laboriosas interpretum super verbis aut rebus disputationes, si eum, quem ante proposuimus, fructum percipere velit. Atque etiam iis, quibus tales disputationes cognoscere et vacat et conuenit, propter studiorum rationem, non displiceat Xenophon Welsianus, aut ad illius formulam factus. Nos quidem, etsi abundamus exemplis veterum et recentiorum editionum; tamen non noluimus habere Welsianum exemplum, cuius partes circumferre sine molestia possemus, gestare in manibus

nibus inter ambulandum, cum oblectationis aut alendae orationis causa legere Xenophontei quid vellemus. Atque si nihil aliud dare placuisset Viro Clarissimo, quam quod postulabatur, tamen habuisset, in quo bonam operam navaret. Neque enim Welsiani exempli textus graecus est eiusmodi, qualem sibi aut finxere quidam, aut cum maxime fingunt, emendatior ceteris, et cuius aliqua possit esse vel in lectionibus iudicandis auctoritas, vel in corruptis ac vitiosis auxilium; quae opinio nullum aliud habet fundamentum, quam Oxonii, omninoque Britanniae nomen, vnde quicquid ad nos in eo genere venit, id, quia est e Britannia, imperitis praeclarum et numeris omnibus perfectum videtur.

Non fuit profecto Welsio consilium, Xenophontiorum librorum contextum dare, qui suus dici, et in criticis quaestionibus prodesse posset. Etenim in promtu est, nec libris scriptis et editionibus primis vsum esse, nec ad eos castigasse textum, qui tum ferebatur. Ac nescimus an is vel tum, vel omnino fuerit Welsius, qui ei rei par esset vel ingenio, vel doctrina, vel vsu. Ipsum autem textum si quis diligenter inspiciat,

hoc est, Leunclauianis inprimis, nisi vbi notulae Welsianae, quae commoditatis caussa textui singulis locis subiectae sunt, aliter suaderent, aut res ipsa, vbi e Stephanianis aut Leunclauianis coniecturis ductas constaret. Plus facere etsi poterat in textu V. C. tamen e lege sibi dicta non est ausus. Ceterum alio modo seruiet iis, qui aliquid amplius in eo genere desiderent, quod ad textus integritatem pertineat: de quo post dicemus.

Interpretationem latinam Welsius adsciuit Leunclauii, paucis in locis, vt ait, et res ipsa demonstrat, mutatam. Ea ergo de Welsiano exemplo in hanc editionem ita traducta est a V. Cl. vt nihil in eam sibi iuris sumserit, penitusque intactam reliquerit. Non est hodie facile, qui graecos scriptores, praesertim Xenophontem, aut ei similes, per versiones latinas velit cognoscere; et qui graecas literas tractant, non nisi necessitate aliqua adacti, versiones consulunt: quae fere existit tum, cum graecae loquendi formae abhorrent ab vernaculae aut latinae linguae indole. In talibus igitur, fatendum est, versionem hanc librorum Xenophontis esse pluribus locis obscuram, interdum etiam parum

accuratam

accuratam, pro temporum noſtrorum ratione et in talibus ἀκριβείᾳ. Huic igitur incommodo ſperat V. C. ſe commodius allaturum eſſe medelam in Indice graeco, per interpretationem verborum, quae legentibus aliquid difficultatis creare poſſint.

Deſcriptio porro operis inſtituta eſt nihil admodum diſcrepans a Welſiana. Itaque, vt hic Tomus, qui nunc prodit, Cyropaediam habet, ita ſecundus Ἀνάβασιν Cyri, tertius Hiſtoriam Graecam, quartus minores libellos, e quibus tamen nonnulli cogentur Volumini ſecundo ac tertio accedere, ne Voluminum modulus diſpar ſit, quintus indices habebit. Nec enim rerum modo index e Welſiana auctior exhibebitur, ſed etiam alius magis vtilis ſtudioſis, h. e. graecus Aemilii Porti, ita adiungetur, vt ſignificationum et conſtructionum varietate locupletetur, additis etiam, vbi res poſtulare videbitur, obſeruationibus, et per eam occaſionem difficiliorum locorum explicationibus: quo vno quantum commendationis habitura ſit haec editio prae Welſiana, omnes intelligunt. Eſt enim eiuſmodi index, cum interpretatio adiuncta eſt, quod in hoc

eſſe

esse futurum scimus, Commentarii instar, quoad quidem verbis et formis loquendi paratur, in quibus plerumque maxima pars notarum consumitur: et si quem non piget totum vno tenore perspicere, totam scriptoris cuiusque Graecitatem potest cognoscere. Sed editores scriptorum Graecorum, vt maxime largi sunt in Commentariis, et copiis suis in eos profundendis, ita minime hunc laborem plerumque sumunt, qui est, vt sciunt omnes, qui has literas tractant, ad multas res fructuosus.

Satis habitura erat commendationis haec editio, si nihil praeterea accederet. Atque hoc mihi placebat, vt salubritati pretii, et emtorum rationibus consuleretur. Sed, dum omni ex parte exquiritur ornatus operi, indulgeturque studio eius excolendi diligentius, etiam aliae excogitatae sunt accessiones, bonae sane, nec ingratae futurae studiosis. Nam vt Welsius tertio Tomo comitem dedit Dodwelli Chronologiam Xenophontiam, quam et in hac editione habebit, sic Tomo primo adiuncta est Hutchinsoniana de Xenophonte et Cyropaedia disputatio, accedetque similis comes

ex

ex Hutchinsonianis exemplis Tomo secundo. Destinata est etiam Appendix proprii Voluminis, in quam variae doctorum in Xenophontem notae conferantur, sed hoc delectu, vt quae ad lectionis integritatem pertineant, et ad res explicandas, in Cinnum aptum digestae et contextae describantur; quae in verbis explicandis occupantur, earum in Indice graecorum verborum ratio habeatur, quoad aliquid habent, quod proprie ad intelligendum Xenophontem pertineat. Adiicientur etiam Variae Lectiones ex Hutchinsonianis Tomis, et si quae aliunde e Mssltis Codicibus nondum collatis parari poterunt. Ita conficietur egregius apparatus ad vsum eorum, qui diligentius tractare Xenophontis libros, vel intelligendi et discendi caussa, vel castigandi et aliquando absolutius edendi, volent.

Haec habui, quae de hac editione dicerem: nam chartarum et formarum pulchritudinem, et alia bona, quae in oculos incurrunt, praedicare, ineptum videatur. Sed illa ipsa quoque pulchritudine operis, et ad vsus quotidianos commoditate, cupimus allici quamplurimos de iuuentute, studia literarum bonarum

rum aemulante, ad emendum, sed multo magis ad legendum, et ad imbibendum, quicquid in his libris inest sapientiae, doctrinae et venustatis, inprimis in Cyropaedia, quae hoc Volumen implet, in Anabasi, Agesilao et sermonibus Socraticis omnibus: quos libros omnes vt diligentius et saepius legerint, ita libentius legent, ita magis se et in literis Graecis profeciisse, et ingenium ad veram et in sententiis et in verbis elegantiam ac venustatem erudiisse atque expoliuisse sentient. Scripsi Lipsiae, Idibus Ianuariis a. C. CIↃIↃCCLXIII.

---

CATALO-

---

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΞΕΝΟΦΩΝ ἀιδήμων τε κ᾽ ευειδέστατος εἰς ἀφροδίτη.
Diog. Laert. de vitis Xenoph. & Inter Veterum Testimonia ab init. Vol. prim.
Εωρακα μεν κομήτην ἄνδρα, καλὸν πάνυ κ᾽ πειθανον ἰδέσθαι, ὅτος δ᾽ ἦν ὁ Ξενοφῶν. Chionis Epist. 6. ad. inter Veter. Testim.

Crucius fec.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

# CATALOGVS
## OPERVM XENOPHONTEORVM,

*eo ordine quo, vna cum Additamentis ad hanc Editionem nouam appositis, videntur commodissime Membranis includi posse.*

Vol. I.
- Veterum Testimonia de Xenophonte, quot in Editione Welsiana reperiuntur.
- Thomae Hutchinsoni Dissertationes duae, de Xenophonte, Cyro, Cyropaedia et institutis Persarum.
- De Cyri Maioris Institutione libri VIII.

Vol. II.
- Th. Hutchinsoni Dissertatio de Auctore ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ, et de Graecorum itinere.
- Series Regum Persicorum ad Xenophontis historiam accommodata.
- De Cyri Minoris Expeditione libri VII.
- De Agesilao Rege.
- De Lacedaemoniorum / De Athenienſium } Republica.
- Rationes Redituum, siue de Prouentibus.

Vol. III.
- Cl. Dodwelli Chronologia Xenophontea.
- Historiae Hellenicae libri VIII.
- Hiero siue de Tyranno.

Vol. IV.
- Memorabilium Socratis libri IV.
- Liber qui inscribitur Oeconomicus, vna cum Fragmentis Oeconomicorum Ciceronis.
- Apologia Socratis.
- Conuiuium.
- De Re Equestri.
- De Magisterio Equitum.
- De Venatione.
- Fragmenta Epistolarum Xenophontis.

Vol. V.
- Index Rerum Latinus.
- Index Verborum Graecus, obseruationibus Virorum Doctorum auctus.

Vol. VI.
- Obseruationes Doctorum ad contextus integritatem spectantes, vna cum varietate lectionis.

# TESTIMONIA ALIQVOT DE XENOPHONTE EX SCRIPTORIBVS ANTIQVIS EXCERPTA.

Ξενοφῶντος βίος ἐκ τῶν τῆ Λαερτίε.

Ξενοφῶν, Γρύλλε μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Ἐρχιεὺς, αἰδήμων. δὲ καὶ εὐειδέστατος εἰς ὑπερβολήν. τοῦτο ἐν γενῶπῷ φησιν ἀπαντήσαντα Σωκράτην διατεῖναι τὴν βακτηρίαν, καὶ κωλύειν παριέναι, πυνθανόμενον ποῖ πιπράσκοιτο τῶν προσφερομένων ἕκαστον. ἀποκριναμένε δὲ, πάλιν πυθέσθαι, πῆ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ γίνονται ἄνθρωποι; ἀπορήσαντος δὲ, ἕπε τοίνυν, φάναι, καὶ μάνθανε.

β'. Καὶ τεντεῦθεν ἀκροατὴς Σωκράτες ἦν, καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπες ἤγαγεν, ἀπομνημονεύματα ἐπιγράψας. ἀλλὰ καὶ ἱστορίαν φιλοσόφων πρῶτος ἔγραψε.

γ'. Καὶ

## *Xenophontis vita ex Laertio.*

Xenophon, Grylli filius, Atheniensis fuit, pago Erchieus, verecundia et forma, supra quam dici potest, insignis. Huic Socratem in biuio obuium aiunt, porrecto scipione, eum accessu prohibuisse, quaerentem, vbinam singula venirent cibaria; qui cum respondisset, rursus eum interrogasse fertur, vbinam homines boni atque honesti fierent; illo vero haesitante, dixisse, sequere ergo me, et addisce.

2. Ex eo tempore Socratis auditor fuit; primusque ab eo dicta literis consignans, hominibus edidit, Memorabilia inscribens. Sed et historiam philosophorum primus conscripsit.

3. Ari-

γ'. Καὶ αὐτόν φησιν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, ἐρασθῆναι Κλεινίου, πρὸς ὃν καὶ ταῦτα εἰπεῖν· Νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἥδιον μὲν θεῶμαι ἢ τἄλλα πάντα ἐν ἀνθρώποις καλά· τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων πάντων δεξαίμην ἂν ἢ Κλεινίου ἑνὸς ὄντος γενέσθαι. ἄχθομαι δὲ καὶ νυκτὶ καὶ ὕπνῳ, ὅτι ἐκεῖνον οὐχ ὁρῶ· ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡλίῳ τὴν μεγίστην χάριν οἶδα, ὅτι μοι Κλεινίαν ἀναφαίνουσι.

δ'. Κύρῳ δὲ φίλος ἐγένετο τοῦτον τὸν τρόπον. ἦν αὐτῷ συνήθης Πρόξενος ὄνομα, γένος Βοιώτιος, μαθητὴς μὲν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, φίλος δὲ Κύρου. ὅτος ἐν Σάρδεσι διατρίβων παρὰ τῷ Κύρῳ, ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας ἐπιστολὴν Ξενοφῶντι, καλῶν αὐτόν, ἵνα γένηται Κύρῳ φίλος· ὁ δὲ τὴν ἐπιστολὴν δεικνύει Σωκράτει, καὶ σύμβουλον ἠρεῖτο.

ε'. Καὶ ὃς ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς Δελφοὺς χρησόμενον τῷ θεῷ. πείθεται Ξενοφῶν, ἦκει παρὰ τὸν θεὸν, πυνθάνεται, ἀρὰ εἰ χρὴ ἀπιέναι πρὸς Κῦρον, ἀλλ' ὅπως. ἐφ' ᾧ καὶ

3. Aristippus in quarto de antiquis deliciis, Cliniam ab eo amatum scribit, ad quem illius haec esse verba: Nunc enim libentius ego quidem Cliniam, quam caetera omnia, quae inter homines pulchra sunt, aspicio: caeterarum vero rerum omnium magis, quam vnius Cliniae, caecitatem ferre possum: nocti autem somnoque succenseo, quod ipsum non video. Diei vero et Soli maximam habeo gratiam, quod mihi Cliniam ostendunt.

8. In amicitiam Cyri peruenit hoc modo. Erat ei familiaris, Proxenus nomine, genere Boeotius, Gorgiae Leontini discipulus, amicus Cyri. Is cum Sardibus apud Cyrum habitaret, epistolam Athenas ad Xenophontem misit, eum in amicitiam Cyri inuitans: ille epistolam Socrati ostendit, ab eoque consilium petit.

5. Socrates ipsum Delphos misit oraculum petiturum. Paret Xenophon, ad oraculum venit, scisciatur, non ille quidem vtrum proficisci ad Cyrum oporteat, sed quomodo: qua de re

καὶ Σωκράτης αὐτὸν ἠτιᾶτο μὲν, συνεβούλευσε δὲ ἐξελθεῖν. καὶ ὡς γίνεται παρὰ Κύρῳ, καὶ τῷ Προξένῳ φίλος οὐχ ἧττον ἦν αὐτῷ. τὰ μὲν δὴ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν ἀνάβασιν γενόμενα καὶ τὴν κάθοδον, ἱκανῶς αὐτὸς ἡμῖν διηγεῖται.

5'. Ἐκθρῶς δὲ διέκειτο πρὸς Μένωνα τὸν Φαρσάλιον περὶ τὸν χρόνον τῆς ἀναβάσεως, τὸν ξεναγὸν, ὅτε καὶ λοιδορῶν αὐτὸν φησιν αὐτῷ μείζοσι κεχρῆσθαι παιδικοῖς. ἀλλὰ καὶ Ἀπολλωνίδῃ τινὶ ὀνειδίζει, τετρῆσθαι τὰ ὦτα.

ζ'. Μετὰ δὲ τὴν τε ἀνάβασιν καὶ τὰς ἐν τῷ Πόντῳ συμφορὰς, καὶ τὰς παρασπονδήσεις τὰς Σεύθου τοῦ τῶν Ὀδρυσῶν βασιλέως, ἦκεν εἰς Ἀσίαν πρὸς Ἀγησίλαον τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, μισθοῦ τοὺς Κύρου στρατιώτας αὐτῷ παρασχών· φίλος τε ἦν εἰς ὑπερβολήν. παρ' ὃν καιρὸν ἐπὶ Λακωνισμῷ Φυγὴν ὑπ' Ἀθηναίων κατεγνώσθη.

η'. Γενόμενος δ' ἐν Ἐφέσῳ, καὶ χρυσίον ἔχων, τὸ μὲν ἥμισυ Μεγαβύζῳ δίδωσι τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ, φυλάττειν

Socrates eum obiurgauit, exeundi tamen consilium dedit. Sic ille ad Cyrum profectus est; neque minus ei, quam Proxenus, amicus fuit: ac caetera quidem, quae in profectione et reditu gesta sunt, satis ab eo nobis explicata.

6. Ipse vero cum Menone Pharsalio manipulari, sub ipsum profectionis tempus, inimicitias gerebat. Siquidem cum ei convitium facerer, maioribus se ait amoribus ac deliciis, quam eum, vsum fuisse; sed et Apollonidi cuidam exprobrat, quod aures haberet perforatas.

7. Caeterum post profectionem, et clades in Ponto acceptas, foederaque a Seuthe Odrysiorum rege violata, in Asiam ad Agesilaum Lacedaemoniorum regem profectus, ei Cyri milites stipendio accepto tradidit, amicissimusque fuit. Quo tempore, propter Lacedaemoniorum studium partium, exilio ab Athenienſibus multatus est.

8. Ephesum autem veniens, cum aurum haberet, dimidium eius Megabyzo, Dianae sacerdoti, quoad reuerteretur, asservandum

τειν ἕως ἂν ἐπανέλθῃ· εἰ δὲ μὴ, ἄγαλμα ποιησάμενον ἀναθεῖναι τῇ Θεῷ· τὰ δὲ ἡμίσεος ἔπεμψεν εἰς Δελφοὺς ἀναθήματα.

θ'. Ἐντεῦθεν ἦλθε μετὰ Ἀγησιλάου εἰς τὴν Ἑλλάδα κεκλημένου εἰς τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον· καὶ αὐτῷ προξενίαν ἔδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι. ἐντεῦθεν ἐάσας τὸν Ἀγησίλαον ἦλθεν εἰς Σκιλλοῦντα, χωρίον τῆς Ἠλείας, ὀλίγον τῆς πόλεως ἀπέχον. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ γύναιον, ὄνομα Φιλησία, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης, καὶ δύο υἱεῖς, Γρύλλος καὶ Διόδωρος, (ὡς φησι Δείναρχος ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου) οἳ καὶ Διόσκουροι ἐπεκαλοῦντο. ἀφικομένου δὲ τοῦ Μεγαβύζου κατὰ πρόφασιν τῆς πανηγύρεως, κομισάμενος τὰ χρήματα, χωρίον ἐπρίατο, καὶ καθιέρωσε τῇ Θεῷ, δι' οὗ ποταμὸς ῥέει Σελινοῦς, ὁμώνυμος τῷ ἐν Ἐφέσῳ· τἀντεῦθεν διετέλει κυνηγετῶν, καὶ τὰς φίλους ἑστιῶν, καὶ τὰς ἱστορίας συγγράφων.

ί. Φησὶ δ' ὁ Δείναρχος, ὅτι καὶ οἰκίαν καὶ ἀγρὸν αὐτῷ ἔδοσαν Λακεδαιμόνιοι. ἀλλὰ καὶ Φιλοπίδαν τὸν Σπαρτιάτην

vandum dedit; sin minus, ex eo simulacrum factum Deae dedicare iussit: ex dimidio autem dona Delphos misit.

9. Ex hoc loco, cum Agesilao ad bellum contra Thebanos vocato, in Graeciam profectus est: cum eo Lacedaemonii etiam hospitium publicum fecerunt. Hinc, omisso Agesilao, Scilluntem venit, qui locus Elidis parum ab vrbe abest. Eum muliercula sequuta est, nomine Philesia, quemadmodum ait Demetrius Magnes, et duo filii, Gryllus et Diodorus, vt est apud Dinarchum in oratione ad Xenophontem apostasii, qui etiam Dioscuri vocabantur. Quo cum per causam publici omnium conventus Megabyzus venisset, accepta ab eo pecunia, agrum emit ac Deae consecrauit, per quem fluuius fluit Selinus, eodem, quo is, qui Ephesi est, nomine. Ex hoc tempore venationibus et amicorum conuiviis, scribendaque historia, vitam traduxit.

10. Dinarchus Lacedaemonios ei domum atque agrum dono dedisse ait. Sed et Philopidam

Σπαρτιάτην φασὶν αὐτῷ πέμψαι αὐτόθι δωρεὰν, ἀνδράποδα αἰχμάλωτα ἐκ Δαρδάνου, καὶ τὸν διαθέσθαι αὐτὰ ὡς ἐβούλετο.

ια'. Ηλείους τε στρατευσαμένους εἰς τὸν Σκιλλοῦντα, καὶ βραδυνόντων Λακεδαιμονίων, ἐξελεῖν τὸ χωρίον· ὅτε καὶ τοὺς υἱέας αὐτοῦ εἰς Λέπρεον ὑπεξελθεῖν μετ' ὀλίγων οἰκετῶν, καὶ αὐτὸν Ξενοφῶντα εἰς τὴν Ηλιν πρότερον, εἶτα καὶ εἰς Λέπρεον πρὸς τοὺς παῖδας, κἀκεῖθεν σὺν αὐτοῖς εἰς Κόρινθον διασωθῆναι, καὶ αὐτόθι κατοικῆσαι.

ιβ'. Ἐν τούτῳ δὲ ψηφισαμένων Αθηναίων βοηθεῖν Λακεδαιμονίοις, ἐπεμψε τοὺς παῖδας εἰς τὰς Αθήνας στρατευσομένους ὑπὲρ τῶν Λακεδαιμονίων. καὶ γὰρ ἐπεπαίδευντο αὐτόθι ἐν τῇ Σπάρτῃ, καθά φησι Διοκλῆς ἐν τοῖς βίοις τῶν φιλοσόφων.

ιγ'. Ο μὲν δὴ Διόδωρος οὐδὲν ἐπιφανὲς πράξας, ἐκ τῆς μάχης ἀνασώζεται, καὶ αὐτῷ υἱὸς ὁμώνυμος γίνεται τῷ ἀδελφῷ· ὁ δὲ Γρύλλος τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας (ἦν δὲ ἡ μάχη περὶ Μαντίνειαν) ἰσχυρῶς ἀγωνισάμενος ἐτελεύτησεν,

dam Spartiatem, aiunt, seruos ei captiuos e Dardano donum illuc vsque misisse; de quibus eum sic, vt voluerit, statuisse.

11. Atque etiam Elidenses Scilluntem cum exercitu profectos, tardantibus Lacedaemoniis, ei agrum ademisse: quo tempore filios cum paucis seruis Lepreum clam profugisse, atque ipsum Xenophontem primo quidem in Elidem, deinde Lepreum quoque ad filios, atque inde cum iis Corinthum incolumem se recepisse, ibique domicilium habuisse.

12. Hoc tempore cum Athenienses Lacedaemoniis opem ferre decreuissent, filios pro Lacedaemoniis militaturos Athenas misit. Nam, vt est apud Dioclem in vitis Philosophorum, Spartae apud eos educabantur.

13. Ac Diodorus quidem, nulla re praeclare gesta, ex pugna seruatur, eique filius, eodem, quo frater, nomine, nascitur. Gryllus autem in equitum ordine locatus (erat autem ad Mantineam praelium) fortissime pugnans mortuus est, quemadmodum

λευτησεν, ὡς φησιν Εφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ, Κηφισοδώρᾳ μὲν ἱππαρχοῦντος, Ηγησίλεω δὲ στρατηγοῦντος. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ Επαμινώνδας ἔπεσε.

ιδ'. Τηνικαῦτα δὴ καὶ τὸν Ξενοφῶντά φασι θύειν ἐστεμμένον· ἀπαγγελθέντος δ' αὐτῷ τὸν θανάτου, ἀποστεφανώσασθαι· ἔπειτα μαθόντα ὅτι γενναίως, πάλιν ἐπιθέσθαι τὸν στέφανον. ἔνιοι δὲ οὐδὲ δακρῦσαί φασιν αὐτὸν, ἀλλὰ γὰρ εἰπεῖν, ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς.

ιε'. Φησὶ δὲ Αριστοτέλης ὅτι ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου μυρίοι ὅσοι συνέγραψαν, τὸ μέρος καὶ τῷ πατρὶ χαριζόμενοι. ἀλλὰ καὶ Ερμιππος ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου, καὶ Σωκράτη φησὶν ἐγκώμιον Γρύλλου γεγραφέναι. Τίμων δ' ἐπισκώπτει αὐτὸν ἐν τούτοις,

Αθηνική τε λόγων δυὰς, ἢ τριὰς, ἢ ἔτι πόρσω·
Οἷος Ξενοφόων ἵς τ' Αἰσχίνης οὐκ ἐπιπειθὴς γράψαι.

ις'. Καὶ ὁ μὲν βίος αὐτῷ τοιόσδε. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ολυμπιάδος. καὶ

dum ait Ephorus in 25. Cephisodoro equitum praefecto, Hegesilao Imperatore. In hac pugna Epaminondas quoque cecidit.

14. Eo tempore Xenophontem ferunt coronatum sacrificantem, nunciata sibi filii morte, coronam deposuisse; sed paullo post, cum eum fortiter se gessisse accepisset, rursus coronam sibi imposuisse: quidam vero ne lachrymasse quidem illum aiunt, sed tantum dixisse, sciebam me genuisse mortalem.

15. Aristoteles, qui Grylli laudationem, et Epitaphia scripserint, innumerabiles fuisse tradit, quorum multos patri hoc gratificatos esse. Sed Hermippus in libro de Theophrasto, Socratem quoque Grylli laudationem scripsisse ait. Timon autem eum in his cauillatur:

*Imbecillaque sermonum dualitas,*
*aut trinitas, aut adhuc vlterius,*
*Qualis Xenophon, aut Aeschines,*
*haud contumax Scribere.*

16. Talis eius vita fuit. Floruit anno quarto, quartae ac nonagesimae Olympiadis. Cum

καὶ ἀναβέβηκε σὺν Κύρῳ ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου, ἐνὶ πρωτέρῳ ἔτει τῆς Σωκράτους τελευτῆς. κατέστρεψε δὲ, (καθά φησι Στησικλείδης ὁ Αθηναῖος ἐν τῇ τῶν Αρχόντων, καὶ Ολυμπιονικῶν ἀναγραφῇ) ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ολυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδήμου *, ἐφ' οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Αμύντου Μακεδὼν ἦρξε.

ιζ'. Τέθνηκε δὲ ἐν Κορίνθῳ, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης, ἤδη δηλαδὴ γηραιὸς ἱκανῶς, ἀνὴρ τά τε ἄλλα γεγονὼς ἀγαθὸς, καὶ δὴ καὶ φίλιππος, καὶ φιλοκύνηγος, καὶ τακτικὸς, ὡς ἐκ τῶν συγγραμμάτων δῆλον· εὐσεβής τε καὶ φιλοθύτης, καὶ ἱερεῖα διαγνῶναι ἱκανὸς, καὶ Σωκράτη ζηλώσας ἀκριβῶς.

ιη'. Συνέγραψε δὲ βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα, ἄλλων ἄλλως διαιρούντων· τήν τε ἀνάβασιν, ἧς κατὰ βιβλίον μὲν ἐποίησε προοίμιον, ὅλης δὲ ἕν· καὶ Κύρου παιδείαν, καὶ Ελληνικὰ, καὶ ἀπομνημονεύματα, συμπόσιόν τε καὶ οἰκονομικὸν, καὶ περὶ ἱππικῆς, καὶ κυνηγετικὸν, καὶ ἱππαρχικὸν,

Cyro profectus est, Xenaeneto Archonte, anno antequam Socrates mortem obiret. Mortuus est (vt Steſiclides ait Athenienſis in Archontum et Olympionicarum commentario) anno primo quintae ac centeſimae Olympiadis, Archonte Callidemo, quo tempore Philippus quoque Amyntae filius Macedo imperabat.

17. Mortuus est autem Corinthi (vt est apud Demetrium Magnetem) aetate videlicet conſectus; vir cum alioquin bonus, tum equitandi venandique ſtudioſus, et ordinum militarium peritus, quod ex eius libris manifeſtum est. Praeterea religioſus, et ſacrificiis deditus, et ad dignoſcendas hoſtias idoneus, quique Socratem perfecte imitatus est.

18. Libros ad quadraginta ſcripſit, quos aliter alii diuidunt. Cyri profectionem, cuius in ſingulis libris prooemium fecit, cum totius nullum feciſſet; Cyri paediam, Graecorum geſta, Memorabilia, Sympoſium, et Oeconomicum, de Equitandi arte, de Venatione, de Equitum praefecti

* Al. Καλλιδημίδου.

ἱππαρχικὸν, ἀπολογίαν τε Σωκράτους, καὶ περὶ πόρων, καὶ Ἱέρωνα ἢ τυραννικὸν, Ἀγησίλαόν τε, καὶ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων πολιτείαν, ἣν φησιν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος ὁ Μάγνης Δημήτριος.

ιθ'. Λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ μοῦσα, γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. ὅθεν καὶ πρὸς ἀλλήλους ζηλοτύπως εἶχον αὐτός τε καὶ Πλάτων, ὡς ἐν τῷ περὶ Πλάτωνος λέξομεν.

κ'. Εσι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν ἐπιγράμματα τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον,

Οὐ μόνον ἐς Πέρσας ἀνέβη Ξενοφῶν διὰ Κῦρον,
Αλλ' ἄνοδον ζητῶν ἐς Διὸς ἤτις ἄγοι.
Παιδείῃ γὰρ ἓῇ Ελληνικὰ πράγματα δείξας,
Ως καλὸν ἡ Σοφίη μνήσατο Σωκράτεος.

κα'. Αλλο, ὡς ἐτελεύτα·

Εἰ καὶ σὲ, Ξενοφῶν, Κραναῆ Κέκροπός τε πολῖται
Φεύγειν κατέγνων τῆ φίλα χάριν Κύρα,
Αλλὰ

fecti munere, Socratis apologiam, de Reditibus, Hieronem siue de Tyrannide, Agesilaum, Athenienſium Lacedaemoniorumque Remp. quam Demetrius Magnes Xenophontis esse negat.

19. Dicitur quoque Thucydidis libros latentes, cum surripere posset, in honorem adduxisse. Vocatus est Attica musa, propter dulcedinem orationis. Qua ex re cum ipse, tum Plato, alter alteri obtrectauerunt; quemadmodum in Platone dicemus.

20. Sunt autem in hunc nostra quoque Epigrammata huiusmodi;

*Haud solum ad Persas ascendit Xenophon propter Cyrum,*
*Sed reditum quaesiuit in Iouis qui duceret.*
*Doctrina enim sua Graeca gesta ostendens,*
*Vt honestum Sapientia meminit Socratis.*

21. Et aliud quomodo mortuus est:

*Quamuis et te, Xenophon, Cranai Cecropisque ciues*
*Exulare decreuerunt, amici gratia Cyri;*

Αλλὰ Κόρινθος ἔδεκτο φιλόξενος, ἧ σὺ φιληδῶν
Οὕτως ἀρέσκῃ, κεῖθι καὶ μένειν ἔγνως.

κβ'. Εὗρον δὲ ἀλλαχόθι ἀκμάσαι αὐτὸν περὶ τὴν ἐννάτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ολυμπιάδα, σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς. καὶ Ἴστρος φησὶν αὐτὸν φυγεῖν κατὰ ψήφισμα Εὐβούλου, καὶ κατελθεῖν κατὰ ψήφισμα τοῦ αὐτοῦ.

κγ'. Γεγόνασι δὲ Ξενοφῶντες ἑπτά. πρῶτος, αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, Αθηναῖος, ἀδελφὸς *Νικοστράτου, τοῦ τὴν Θησηίδα πεποιηκότος, γεγραφὼς ἄλλά τε καὶ βίον Επαμινώνδου καὶ Πελοπίδου· τρίτος, ἰατρὸς Κῷος· τέταρτος, ἱστορίαν Αννιβαϊκὴν γεγραφώς· πέμπτος, μυθώδη τερατείαν πεπραγματευμένος· ἕκτος, Πάριος, ἀγαλματοποιός· ἕβδομος, κωμῳδίας ἀρχαίας ποιητής.

## ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

### ἐν βίῳ Πλάτωνος.

Εοικε δὲ καὶ Ξενοφῶν πρὸς αὐτὸν ἔχειν οὐκ εὐμενῶς· ὥσπερ γοῦν διαφιλονεικοῦντες, τὰ ὅμοια γεγράφασι,

*Attamen Corinthus susceptit hospitalis, quo tu gaudens*
*Sic delectaris, ibique manere decreuisti.*

22. Sed ego apud alios reperi, eum nona atque octuagesima Olympiade, cum aliis Socraticis, floruisse. Istrus ait Eubuli psephismate ipsum in exilium pulsum, eiusdemque psephismate ab exilio reuertisse.

23. Xenophontes autem extiterunt septem. Primus iste ipse. Alter Athenienſis, Nicostrati frater, eius qui Theseidem fecit, qui cum alia multa, tum Epaminondae quoque ac Pelopidis vitam conscripsit. Tertius medicus Cous. Quartus Hannibalis historiae scriptor. Quintus, qui de fabulosis monstris egit. Sextus Parius signorum fictor. Septimus veteris comoediae Poëta.

### EX EODEM *in Vita Platonis.*

Videtur autem Xenophon quoque in eum animo non optimo fuisse. Quocirca tanquam aemuli, ita similia ambo scripse-

* Al. Πυθοστράτου.

φασι, Συμπόσιον, Σωκράτης ἀπολογίαν, τὰ Ηθικὰ ἀπομνημονεύματα· εἶθ' ὁ μὲν πολιτείαν, ὁ δὲ Κύρε παιδείαν. καὶ ἐν τοῖς νόμοις ὁ Πλάτων πλάσμα φησὶν εἶναι τὴν παιδείαν αὐτῦ· μὴ γὰρ εἶναι Κῦρον τοιῦτον. ἀμφότεροί τε Σωκράτης μνημονεύοντες, ἀλλήλων ἠδαμῦ, πλὴν Ξενοφῶν Πλάτωνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων.

## ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΒΙΟΣ

### ἐκ τῶν τῦ Σοίδα.

Ξενοφῶν Γρύλλε, Αθηναῖος, φιλόσοφος Σωκρατικὸς, ὃς πρῶτος ἔγραψε βίους φιλοσόφων, καὶ ἀπομνημονεύματα. παῖδας ἔσχεν ἀπὸ Φιλησίας, Γρύλλον καὶ Διόδωρον, οἳ καὶ Διόσκυροι ἐκαλῦντο. αὐτὸς δὲ Αττικὴ μέλιττα ἐπωνομάζετο. γέγονε δὲ συμφοιτητὴς Πλάτωνος, καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν ἐνενηκοστὴν ὀγδόην Ολυμπιάδα. ἔγραψε βιβλία πλείονα τῶν μ', ὧν καὶ ταῦτα· Κύρε παιδείας βιβλία η', Κύρε ἀναβάσεως βιβλία ζ', Ελληνικῶν βιβλία ζ', Συμπόσιον, καὶ ἄλλα πολλά.

ΧΙΩΝΟΣ,

scripserunt, Symposium, Socratis apologiam, Moralia commentaria; atque is quidem politiam, ille vero Cyri paediam. Atque etiam in legibus Plato eius paediam commentitiam esse ait: neque enim Cyrum talem fuisse. Vterque autem de Socrate memorantes, alter de altero mentionem nullam fecit, nisi quod Xenophon in tertio Memorabilium, de Platone.

### XENOPHONTIS VITA *ex Suida.*

Xenophon, Grylli filius, Atheniensis, Philosophus Socraticus, qui primus scripsit vitas Philosophorum, et Memorabilia. Filios suscepit e Philesia Gryllum et Diodorum, qui et Dioscuri vocabantur. Ipse autem appellabatur apis Attica. Erat condiscipulus Platonis, floruitque octaua et nonagesima Olympiade. Scripsit libros plures quam quadraginta, e quibus sunt et isti: Cyri paedias libri octo, Cyri expeditionis libri septem, Hellenicorum libri septem, Symposium, aliaque multa.

CHIONIS

## ΧΙΩΝΟΣ, ΩΣ ΕΣΩΘΗ ΤΟ ΒΥΖΑΝΤΙΟΝ ΥΠΟ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ.

## ΧΙΩΝ ΜΑΤΡΙΔΙ

ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ.

Πολλὴν χάριν οἶδα τοῖς ἐπισχοῦσιν ἡμᾶς ἀνέμοις, καὶ τὴν ἐν Βυζαντίῳ διατριβὴν βιασαμένοις. καί τοι τὸ πρῶτον ἠχθόμην αὐτοῖς, ἐπειγόμενος. ἀλλὰ γὰρ ἀξία πρόφασις καὶ χρονιωτέρας μονῆς ἐφάνη Ξενοφῶν, ὁ Σωκράτους γνώριμος.

β'. Οὗτος γὰρ ὁ Ξενοφῶν εἷς τῶν ἐπ' Ἀρταξέρξην στρατευσαμένων Ἑλλήνων, Κύρῳ δὲ συμμάχων ἐστί. καὶ τὸ μὲν πρῶτον μετά τινος τῶν στρατηγῶν ἦν, ἀδὲν πολυπραγμονῶν ὅ, τι μὴ στρατιώτην ἐχρῆν, ὥσπερ εἷς ὢν τῶν Κύρῳ τιμίων.

γ'. Ὡς δὲ Κῦρός τε ἀπέθανεν ἐν τῇ πρώτῃ μάχῃ, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων παρασπονδηθέντες ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς, ἠρέθη στρατηγὸς ἀνδρείας τε ἕνεκα, καὶ

## CHIONIS, DE CONSERVATO A XENOPHONTE BYZANTIO.

CHIO MATRIDI S. D.

Magnam ventis gratiam habeo, qui nos detinuerunt, ac vi quadam Byzantii commorari coëgerunt. Equidem initio succenſebam eis, quum valde properarem: ſed ob Xenophontem, Socratis familiarem, operae pretium erat, iſtic etiam diutius haerere.

2. Nam is Xenophon vnus ex iis Graecis eſt, qui expeditionem aduerſus Artaxerxem ſuſceperunt, ſocietate belli cum Cyro inita. Et erat initio quendam apud ducem, nec curioſe quidquam agebat, niſi quod deceret militem: adeoque vnus erat ex eorum numero, quos Cyrus habebat in pretio.

3. Verum poſteaquam primo proelio Cyrus occubuit, et violatis induciis, Graecorum imperatoribus abſciſſa fuere capita: cum ob fortitudinem tum ſapientiam, qua caeteroqui valebat,

καὶ τῆς ἄλλης σοφίας, δοκῶν ἄριστα ἂν διαπράξασθαι τὴν σωτηρίαν τοῖς Ἕλλησι.

δ'. Καὶ οὐκ ἔψευσεν αὐτοὺς τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ διὰ μέσης πολεμίας γῆς, ὀλίγην στρατιὰν ἄγων περιεσώσατο, ἑκάστης ἡμέρας τοῖς βασιλέως στρατηγοῖς παρασκευοπεδευόμενος.

ε'. Θαυμαστὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα. πολὺ δὲ τούτων θαυμασιώτερόν τε καὶ μεῖζον, ὅπερ αὐτὸς ἐγὼ νῦν ἐθεασάμην. πεπονημένοι γὰρ οἱ Ἕλληνες πολυχρονίῳ καὶ χαλεπῇ στρατείᾳ, καὶ μηδὲν ἄλλο εὑρημένοι τῶν κινδύνων ἆθλον, πλὴν τῆς σωτηρίας, δεξαμένων αὐτοὺς κατὰ φόβον τῶν Βυζαντίων, ἔγνωσαν διαρπάσαι τὴν πόλιν· καὶ πολὺς τάραχος αἰφνιδίως κατέσχε τοὺς Βυζαντίους.

ς'. Ἐπεὶ δὲ ὡπλίζοντό τε οἱ ξένοι, καὶ ὁ σαλπιγκτὴς ἐσήμαινεν, ἐγὼ μὲν ἀσπίδα καὶ λόγχην ἁρπάσας, ἔδραμον ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἅ τῶν ἐφήβων τινὰς συνεσηκότας ἑώρων· ἦν δὲ ἡ φυλακὴ τῶν τειχῶν οὐδὲν ὠφέλιμος, πολεμίων κατεχόντων τὴν πόλιν. ἀλλ' ὅμως ῥᾴον ἐνομίζομεν ἀμυνεῖσθαι

lebat, imperator creatus est; quod existimaretur egregie saluti Graecorum consulturus.

4. Atque haec spes eos haudquaquam fefellit. Nam per medios hostes, exiguas, quas ducebat, copias incolumes seruavit; quum quidem diebus singulis castra non procul a ducibus regiis haberet.

5. Sunt haec quidem admiratione digna, sed illud multo admirabilius et maius, cuius ipse nunc spectator fui. Nam Graeci diuturnae ac difficilis militiae laboribus confecti, quum nullum pro aditis periculis praemium retulissent, praeter corporum incolumitatem; a Byzantiis prae formidine admissi, vrbem populari statuerunt; eoque factum, vt magnae Byzantiis turbae subito exorirentur.

6. Quumque iam milites externi arma caperent, ac tubicen classicum caneret: equidem, scuto hastaque correpta, currebam ad muros, quo loco iuuenum quendam globum coiisse videbam. Verum moenia praesidio munire nullam ad rem proderat, quod iam vrbem hostes occupassent. Nihilominus existimabamus defensionem nobis faciliorem fore, si loci commoditate

ἀμυνεῖσθαι πλεονεκτοῦντες τῷ τόπῳ, ἢ ἀπολεῖσθαί γε βραδύτερον.

ζ'. Καὶν τούτῳ ταραττομένων τῶν Ελλήνων, ἑωρῶμεν κομήτην ἄνδρα, καλὸν πάνυ καὶ πρᾷον ἰδέσθαι, διεξιόντα μὲν δι' αὐτῶν, καὶ παύοντα τῆς ὁρμῆς ἕκαστον. ἦτος δὲ ἦν ὁ Ξενοφῶν.

η'. Ως δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων παρεκάλων αὐτὸν οἱ στρατιῶται, ἕνα ὄντα πολλοῖς πείθεσθαι, καὶ ἀναπαῦσαι ποτὲ αὐτοὺς τῆς ταλαιπώρου καὶ χαλεπῆς ζάλης· ἀνάγετε δή ἐπὶ πόδα, ἔφη, καὶ βουλεύσασθε. ὁ γὰρ δέος, μὴ διαφύγῃ βουλευομένους τὸ πρᾶγμα ἐφ' ἡμῖν κείμενον.

θ'. Ως δὲ τοῦτό γε αὐτῷ ἀπειθεῖν ἠδέσθησαν, εἰς μέσον καταστὰς ὁ Ξενοφῶν, θαυμασίους λόγους διέθετο, ὡς τὸ τέλος αὐτὸ ἐδήλωσεν. ὁ γὰρ ἡμῖν γε σαφῶς ἐξηκούοντο.

ι'. Τοὺς γοῦν πρὸ μικροῦ διαρπάζειν ἐγνωκότας τὴν πόλιν, μετρίως κατὰ τὴν ἀγορὰν ἑωρῶμεν ὠνουμένους τὰ ἐπιτήδεια, ὡς τῶν ἄλλων Βυζαντίων ἕκαστος, καὶ μηδὲν ἔτι ἐκείνου

τοῦ

moditate ſuperiores eſſemus; aut ſaltem perituros nos aliquanto tardius.

7. Interim quum magnae inter Graecos eſſent turbae, cernebamus hominem caeſarie prolixa, pulchro ac miti adſpectu, per medios incedentem milites, ac ſingulorum impetus reprimentem: qui quidem erat, is de quo loquor, Xenophon.

8. Quum vero illi eum ex adverſo cohortarentur, vt vnus multis pareret, ac tandem aliquando aerumnoſae difficilique tempeſtati finem imponeret: Pedem igitur, inquit, referte, ac de re conſultate. Non enim metuendum eſt, ne res in poteſtate noſtra ſita, dum conſultabimus, nobis elabatur.

9. Vbi, quo minus in hoc ei parerent, verecundia praepediebantur; ſtans eorum in medio Xenophon, admirabilem orationem habuit, quemadmodum finis ipſe declarauit. Nam a nobis exaudiri ea clare non poterat.

10. Enimuero cernebamus, eos, qui paulo ante vrbem diripere decreuerant, modeſte commeatum in foro non aliter ac reliquorum Byzantiorum quemlibet, emere: neque iam amplius vlla ex parte iniuſtum illum

τῷ ἀδίκῳ καὶ ἁρπακτῷ Ἄρεως πνέοντας. αὕτη δὲ ἡ ὄψις, ἐπίδειξις ἦν τῆς Ξενοφῶντος ψυχῆς, ὅπως καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν ἠδύνατο.

ια'. Οὐ μὴν ἔγωγε ἡσυχίᾳ τὸν ἄνδρα παρελθεῖν ὑπέμεινα, καὶ ταῦτα ὁμοίως Βυζαντίοις εὖ πεποιηθὼς ὑπ' αὐτοῦ· ἐπεὶ διὰ τὰς ἀνέμους καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τῶν διαρπαθησομένων· ἀλλ' ἐγνώρισα αὐτῷ ἐμαυτόν.

ιβ'. Ὁ δὲ καὶ τῆς σῆς πρὸς Σωκράτην φιλίας ἀνεμιμνήσκετο, κἀμὲ φιλοσοφεῖν παρῄνεσε· καὶ τἆλλα ἐστρατιωτικῶς, μὰ Δία, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλανθρώπως διελέγετο.

ιγ'. Νῦν δὲ εἰς Θράκην ἄγει τὸ στράτευμα, Σεύθης γὰρ ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς πρός τινας ὁμόρους πολεμῶν, μετεπέμψατο, ἐντελῆ μισθὸν αὐτοῖς ὑποσχόμενος. οἱ δὲ ὑπήκουσαν. ἐπεὶ γὰρ ἄποροι διαλυθῆναι βάλονται, ἀλλὰ καὶ κτήσασθαί τι ἐκ τῶν πόνων, ἕως γ' ἔτι στράτευμά εἰσιν.

ιδ'. Ἰθι δὲ πολύ με ἤδη προθυμότερον ἐς Ἀθήνας πλευσεῖσθαι φιλοσοφήσοντα. μέμνησαι γὰρ δήπου, ὅτι προ-

illum rapacemque Martem spirare. Atque hoc spectaculum, animi Xenophontis indicium erat; quantum ille tum prudentia tum orationis vi valeret.

11. Equidem ferre non poteram, vt is vir non compellatus me praeteriret; praesertim quum eodem me, quo Byzantios, beneficio adfecisset. Nam et ipse vnus ex iis eram, quem ventis ibi detentum spoliari contigisset. Itaque cognoscendum ei me praebui.

12. Tum ille amicitiae, quae tibi cum Socrate fuisset, reminiscī; meque ad philosophandum cohortari; ac de rebus etiam aliis non profecto militariter, sed humaniter admodum mecum colloqui.

13. Nunc copias in Thraciam ducit. Nam Thracum rex Seuthes, qui bellum aduersus finitimos quosdam gerit, arcessiuit eos; seque stipendium Graecis et amplum et integrum numeraturum recepit. Parent in hoc illi, quod dimitti nolint inopes, sed laboribus suis aliquid comparare, donec adhuc coniunctae sunt ipsorum copiae.

14. Caeterum scito me iam multo lubentius Athenas ad philosophandum nauigaturum. Nam meministi, quoties me ad philoso-

προτρέπων με συνεχῶς ἐπὶ φιλοσοφίαν, καὶ θαυμαστὰ διεξιὼν περὶ τῶν καθ' ὁτιοῦν σπουδασάντων περὶ αὐτὴν μέρος, τἄλλα μὲν εἶχες πειθόμενον, ἐκεῖνο δὲ καὶ πάνυ φοβούμενον.

ιε'. Εδόκει γάρ μοι τὰ μὲν λοιπὰ ὄντως σπουδαιοτέρους ποιεῖν ὅσων ἐφάψαιντο· (καὶ γὰρ τὸ σῶφρον καὶ τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλοθεν ἀρύεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἢ φιλοσοφίας ὤμην·) τὸ δὲ πρακτικὸν καὶ σφοδρὸν διαλύειν τῆς ψυχῆς, καὶ μαλθάσσειν ἐπὶ τὸ ἥσυχον. ἀπραγμοσύνη γὰρ ἦν, καὶ ἠρεμία, τὰ θαυμαστά, ὡς μοι ἔλεγες, ἐγκώμια φιλοσόφων.

ις'. Δεινὸν ἂν μοι κατεφαίνετο, εἰ φιλοσοφήσας τἄλλα μὲν ἀμείνων ἔσομαι, θαῤῥαλέος δὲ οὐκ ἔτι, οὔτε στρατιώτης εἶναι δυνήσομαι, οὔτε ἀρίστευς, εἰ δέοι· ἀλλὰ μεθήσω πάντα ταῦτα, ὥσπερ ἐπιλήσμονι τινὶ ἐπῳδῇ παντὸς ἔργου λαμπροτέρου κηληθεὶς τῇ φιλοσοφίᾳ.

ιζ'. Ηγνόουν

philoſophiam impelleres, et admirabilia quaedam commemorares de iis, qui vitam in eius partem incubuiſſent; in aliis me facile tibi adſenſum fuiſſe, tantum hoc vehementer veritum eſſe.

15. Arbitrabar enim augeri virtutes alias in hominibus a philoſophia, quaecunque tandem illi ſuſciperent. Quippe modeſtiam et iuſtitiam non aliunde quam ex philoſophia, haurire homines exiſtimabam: verum agendi vim, ac impetum animi, remiſſiorem reddi, ac ad tranquillitatem quandam emolliri. Nam philoſophorum admirabiles laudes in tranquillitate mihi conſiſtere dicebas, et in eo quod nullis negotiis impliciti eſſent.

16. Itaque grauiter mihi ferendum videbatur, ſi philoſophia percepta, caeteris in rebus melior euaderem; at neque magnanimus, neque miles amplius eſſe poſſem, nec (ſi res ita poſceret) praeclari alicuius facti auctor: Immo quod valedicendum mihi eſſet his omnibus, delenito a philoſophia; quae incantationis inſtar mihi omnis inſignis facinoris oblivionem induceret.

17. Nimi-

ιζ'. Ηγνόουν δ' ἄρα, ὅτι καὶ πρὸς ἀνδρείαν εἰσὶν ἀμείνους οἱ φιλοσοφήσαντες. καὶ μόλις γε αὐτὸ παρὰ Ξενοφῶντος ἔμαθον, οὐκ ἐπειδὴ διελέχθη μοι περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπεὶ τοιοῦτος ὢν ἐφάνη, ὁποῖός ἐστι. μάλιστα γὰρ δὴ μετασχὼν τῶν Σωκράτους λόγων, ἀρκεῖ στρατεύματα καὶ πόλεις σώζειν, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἐποίησε φιλοσοφία αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις ἀχρειότερον.

ιη'. Ησυχία μὲν ἂν ποιητικωτέρα τάχα εὐδαιμονίας· ἥδη μέντοι καὶ πράξει καλῶς ἕκαστα, ὁ καλῶς ἠρεμεῖν δυνάμενος. ἐπεὶ καὶ μείζων ἂν εἴη τοῦ πολεμοῦντος, ὁ πλεονεξίαν, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ τἆλλα πάθη χειρούμενος, ὧν καὶ οἱ νικῶντες τοὺς πολεμίους ἡττῶνται.

ιθ'. Κἀγὼ ἂν ἐλπίζω φιλοσοφήσας, τά τε ἄλλα κρείττων ἔσεσθαι, καὶ οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος, ἀλλ' ἧττον θρασύς. ταῦτα μὲν ἂν ὁ τοῦ ἱκανοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ

17. Nimirum ignorabam, eos qui exculti eſſent a philoſophia, etiam ad fortitudinem melius eſſe comparatos. Atque hoc vix a Xenophonte didici, non quod ea de re mecum ſermonem habuerit; ſed quod talem ſe declarauerit, qualis eſt. Nam quum Socratem diligentiſſime audierit, tamen et exercitus et vrbes ſeruare poteſt, nulla re factus a Philoſophia minus ad commodandum ſibi et amicis idoneus.

18. Quamobrem vita quieta, eſt illa quidem magis ad parandam felicitatem efficax; ita tamen, vt praeclare faciat is omnia, qui vitam colere quietam poſſit. Etenim maiorem illum eſſe neceſſe eſt, qui auaritiam, cupiditatem, et paſſiones caeteras vincit, quam qui bellicis rebus occupatur: quum iis etiam illi ſuccumbant, qui victoria de hoſtibus potiuntur.

19. Itaque percepta philoſophia, ſpero me cum ad alias res meliorem fore, tum nihilominus fortem, vtvt minus audax ero. Verum ſatis hac de re ſuper-



Наукова бібліотека ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО УНІВЕРСИТЕТУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

καὶ τῦ πάνυ πέρα. γίγνωσκε δέ με ἤδη πρὸς τὸ πλεῖν ὄντα. καὶ γὰρ δὴ γέγονε καὶ τὰ τῶν ἀνέμων αἰσιώτερα.

Ex τῦ Παυσανίυ, Ηλιακῶν α'.

Λακεδαιμόνιοι δὲ ὕστερον Σκιλλῦντα ἀποτεμόμενοι τῆς Ηλείας, Ξενοφῶντι ἔδοσαν τῷ Γρύλλυ, φυγάδι ἤδη γεγονότι ἐξ Αθηνῶν. ἐδιώχθη δὲ ὁ Ξενοφῶν ὑπὸ Αθηναίων, ὡς ἐπὶ βασιλέα τῶν Περσῶν, σφίσιν εὔνυν ὄντα, στρατείας μετασχὼν Κύρῳ πολεμιωτάτῳ τῦ δήμυ. καθήμενος γὰρ ἐν Σάρδεσιν ὁ Κῦρος, Λυσάνδρῳ τῷ Αριστοκρίτυ καὶ Λακεδαιμονίοις χρήματα ἀνήλισκεν ἐς τὰς ναῦς. ἀντὶ τύτων μὲν Ξενοφῶντι ἐγένετο φυγή. κατοικήσας δὲ ἐν Σκιλλῦντι, τέμενός τε καὶ ἱερὸν καὶ ναὸν Αρτέμιδι ᾠκοδομήσατο Εφεσίᾳ. παρέχεται δὲ ὁ Σκιλλῦς καὶ ἄγρας θηρίων, ὑῶν τε ἀγρίων καὶ ἐλάφων. καὶ τὴν γῆν τὴν Σκιλλυντίαν Σελινῦς ποταμὸς διέξεισιν. οἱ

fuperque dictum. Scito autem, me iam ad nauigationem accingi, quod et venti magis fecundi ſint.

*E Pauſania, Eliacorum l.* 1.

Sed ereptam Eleis Scillun-tem Lacedaemonii poſt Xenophonti, Grylli filio, tunc Athenis exulanti, donarunt. Exagitatus vero eſt Xenophon a ſuis ciuibus, quod Cyro, qui fuit Athenienſi populo inimiciſſimus, contra Perſarum regem, quo maxime beneuolo vtebantur, ſtipendia feciſſet. Cum enim Sardibus eſſet Cyrus, Lyſandrum Ariſtocriti filium et Lacedaemonios, ad comparandam [contra Athen.] claſſem, pecunia iuuerat. Haec Xenophonti exilii cauſa fuit. Conſtituto autem ad Scilluntem domicilio, agri partem Epheſiae Dianae, et fanum dedicauit. Abundat Scillus omnibus ferarum generibus ad venationem, apris inprimis et ceruis. Agrum perlabitur Scilluntium Selinus amnis.

οἱ δὲ Ηλείων ἐξηγηταὶ νομίσαθαί τε αὖθις Σκιλλῦντα Ηλείυς ἔλεγον, καὶ Ξενοφῶντα, ὅτι ἔλαβε παρὰ Λακεδαιμονίων τὴν γῆν, κριθῆναι μὲν ἐν τῇ Ολυμπιακῇ βυλῇ, τυχόντα δὲ παρὰ Ηλείων συγγνώμης, ἀδεῶς ἐν Σκιλλῦντι οἰκῆσαι. καὶ δὴ καὶ ὀλίγον ἀπωτέρω ἱερῦ, μνῆμά τε ἐδείκνυσο, καὶ τῆς Πεντέλησίν ἐστι λιθοτομίας εἰκὼν ἐπὶ τῷ τάφῳ, εἶναι δὲ αὐτὸ Ξενοφῶντος λέγυσιν οἱ προσοικῦντες.

## Αθηναίυ Δειπνοσοφ. βιβλ. ί.

Ξενοφῶν ὁ Γρύλλυ παρὰ Διονυσίῳ ποτὲ τῷ Σικελιώτῃ, πίνειν ἀναγκάζοντος τὸ οἰνοχόυ, προσαγορεύσας ὀνομαστὶ τὸν τύραννον, Τί δὲ (ἔφη) ὦ Διονύσιε, ὀχὶ καὶ ὁ ὀψοποιὸς ἀγαθὸς ὢν καὶ ποικίλος, ἀναγκάζει ἡμᾶς εὐωχυμένυς ἐσθίειν καὶ μὴ βυλομένυς; ἀλλὰ κοσμίως ἡμῖν παρατίθησι τὴν τράπεζαν σιγῶν.

Ex

amnis. Ex Eleis autem ii, quibus curae est antiquitatis memoriam conseruare, receptam a suis Scilluntem memorant: et Xenophontem, quod illam a Lacedaemoniis accepisset, in Olympico consilio causam dixisse, eundemque ab Eleis absolutum, Scillunte impune domicilium habuisse. Et sane non longe a Dianio monumentum monstratur, cum statua e Pentelico marmore, quam Xenophontis esse accolae dicunt.

## *Athenaei Deipnosoph. lib.* 10.

Xenophon Grylli filius, cum apud Dionysium Siculum ab bibendum pocillator eum cogeret, nominatim affatus tyrannum, Cur non, inquit, Dionysie, et obsonator tuus, probus quidem et varius, epulantes nos ad edendum inuitos cogit? contra, modestus et tacitus mensam apponit.

Εκ τῦ αὐτῦ, βιβλ. ια'.

Εἰς ταῦτά τις ἀποβλέπων τὰ τῦ καλῦ Ξενοφῶντος, ἐπιγινώσκειν δυνήσεται, ἣν εἶχε πρὸς αὐτὸν ὁ λαμπρότατος Πλάτων ζηλοτυπίαν. ἢ τάχα φιλονείκως εἶχον ἀρχῆθεν πρὸς ἑαυτὰς οἱ ἄνδρες ὅτοι, αἰσθόμενοι τῆς ἰδίας ἑκάτερος ἀρετῆς· καὶ ἴσως καὶ περὶ πρωτείων διεφέροντο, ἃ μόνον ἐξ ὧν περὶ Κύρε εἰρήκασι τεκμαιρομένοις ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτῶν ὑποθέσεων.

β'. Συμπόσια μὲν γὰρ γεγράφασιν ἀμφότεροι, καὶ ἐν αὐτοῖς ὁ μὲν τὰς αὐλητρίδας ἐκβάλλει, ὁ δὲ εἰσάγει· καὶ ὁ μὲν (ὡς πρόκειται) παραιτεῖται μὴ πίνειν μεγάλοις ποτηρίοις, ὁ δὲ τὸν Σωκράτην παράγει τῷ ψυκτῆρι πίνοντα μέχρι τῆς ἕω. Καὶ τῷ περὶ ψυχῆς δὲ ὁ Πλάτων καταλεγόμενος ἕκαστον τῶν παρατυχόντων, οὐδὲ κατὰ μικρὸν τῦ Ξενοφῶντος μέμνηται.

γ'. Καὶ

*Ex eodem, lib.* II.

Haec feſtiui Xenophontis verba ſi nos intuebimur, licebit intelligere, ſplendidiſſimum Platonem aemulum eius non immerito fuiſſe, vel potius tantos viros fortaſſis inter ſe principio contendiſſe, ſuae vtrumque virtutis conſcium, ac forſitan etiam certauiſſe, primas vter partes obtineret, non ſolum id nobis coniectantibus, ex iis, quae de Cyro ambo memoriae prodiderunt, verum etiam ex eodem operum ſuorum argumento.

2. Nam conuiuia vterque ſcripſit, et in ipſis tibicinas hic reiicit, ille admittit: hic (quod antea nos indicauimus) ne magnis poculis bibant hortatur conuivas: ille vero Socratem inducit ad auroram vſque bibentem pſyctere. Praeterea libro ſuo de anima, Plato eos qui adfuerunt omnes ſigillatim commemorans, ne verbum quidem fecit de Xenophonte.

3. De

γ'. Καὶ περὶ τῦ Κύρυ ἣν ὁ μὲν λέγει, ὡς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπεπαίδευτο πάντα τὰ πάτρια· ὁ δὲ Πλάτων, ὥσπερ ἐναντιύμενος, ἐν τρίτῳ Νόμων φησί· Μαντεύομαι δὲ περὶ Κύρυ, τὰ μὲν ἄλλα στρατηγὸν αὐτὸν ἀγαθὸν εἶναι καὶ Φιλόπολιν, παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐδὲ ἥφθαι τὸ παράπαν· οἰκονομίας δ' οὐδὲ τὸν νῦν προσεσχηκέναι· ἔοικε δ' ἐκ νέυ στρατεύεσθαι, παραδύς τε τὺς παῖδας ταῖς γυναιξὶ τρέφειν.

δ'. Πάλιν ὁ μὲν Ξενοφῶν συναναβὰς Κύρῳ εἰς Πέρσας μετὰ τῶν μυρίων Ελλήνων, καὶ ἀκριβῶς εἰδὼς τὴν προδοσίαν τῦ Θεσσαλῦ Μένωνος, ὅτι αὐτὸς αἴτιος ἐγένετο τοῖς περὶ Κλέαρχον τῆς ἀπωλείας τῆς ὑπὸ Τισσαφέρνυ γενομένης, καὶ οἷός τις ἦν τὸν τρόπον, ὡς χαλεπὸς, ὡς ἀσελγὴς, διηγησάμενος· ὁ καλῶς Πλάτων, μονονυχὶ εἰπὼν ὡς ἓς ἔτυμος λόγος ὅτος, ἐγκώμια αὐτῦ διεξέρχεται.

Ex

3. De Cyro Xenophon tradit, a teneris annis patriis omnibus inſtitutis educatum et aſſuefactum fuiſſe: contra Plato refragatur, et libro tertio de legibus ſic ait, Ego equidem de Cyro id ſuſpicor, et auguror, ſtrenuum imperatorem eximiumque fuiſſe, ac vitae ciuilis ſtudioſum, ſed rectam inſtitutionem nunquam omnino attigiſſe, nec vnquam de rerum domeſticarum adminiſtratione cogitaſſe, vt qui militaſſe, exercituſque duxiſſe videatur mox ab adoleſcentia, et foeminis liberos educandos ſuos commiſerit.

4. Rurſum Xenophon, cum Graecorum decem millibus, adverſus Perſas Cyrum comitatus, probe ſciuit Menonis Theſſali proditionem, et quod eius conſilio Clearchum Tiſſaphernes occidit, tum etiam quam inſolens ac durum eſſet hominis ingenium: elegans tamen Plato, cum eam rem exponit, id duntaxat praefatus, mendacem eſſe Xenophontis orationem, laudes Menonis proſequitur.

Ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ ἐν λόγῳ ἐπιγεγραμμένῳ,
Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.

Τοῦ δὲ συγγραφέως ἔργον ἐν, ὡς ἐπράχθη εἰπεῖν. τοῦτο δ' οὐκ ἂν δύναιτο, ἄχρις ἂν ἢ φοβῆται Ἀρταξέρξην ἰατρὸς αὐτοῦ ὤν, ἢ ἐλπίζῃ κάνδυν πορφυροῦν, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. ἀλλ' ὁ Ξενοφῶν αὐτὸ ποιήσει, δίκαιος συγγραφεύς, ὁδὲ Θουκυδίδης· ἀλλὰ κἂν ἰδίᾳ μισῇ τινας, πολὺ ἀναγκαιότερον ἡγήσεται τὸ κοινὸν, καὶ τὴν ἀληθειαν περὶ πλείονος ποιήσεται τῆς ἔχθρας· κἂν φιλῇ, ὅμως οὐκ ἀφέξεται ἁμαρτάνοντος.

Ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ περὶ τῶν Μακροβίων.

Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου ὑπὲρ τὰ ἐννενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη.

Διο-

*E Luciano in tractatu qui inscribitur, Quomodo Historia conscribenda sit.*

Historici opus vnum est, vt quaeque perinde ac facta sunt, exponat. Hoc autem facere non poterit, donec vel Artaxerxem metuerit, medicus ipsius existens, vel sperat candyn purpureum, et torquem auream, et equum ex Nisaeis illis aliquem se accepturum esse, mercedem videlicet laudum earum quas scriptis inseruisset. At neque Xenophon illud faciet, iustus scriptor, (neque Thucydides,) sed licet priuatim oderit quosdam, multo magis necessarium putabit esse id quod publicum est; veritatemque pluris faciet, quam inimicitias: et si etiam amauerit, tamen non parcet illi, quisquis peccauerit.

*E Luciano de Longaeuis.*

Xenophon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos.

*Dionysii*

## Διονυσίου Αλικαρνασσέως ἐπιστολὴ πρὸς Γν. Πομπήϊον.

Ξενοφῶν μὲν, Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο, κατ' ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικόν. πρῶτον μὲν γὰρ τὰς ὑποθέσεις τῶν ἱστοριῶν ἐξελέξατο καλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ ἀνδρὶ φιλοσόφῳ προσηκούσας· τήν τε Κύρου παιδείαν, εἰκόνα βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος· καὶ τὴν ἀνάβασιν τοῦ νεωτέρου Κύρου (ᾧ καὶ αὐτὸς συνανέβη) μέγιστον ἐγκώμιον ἔσχεσαν τῶν συστρατευσαμένων Ἑλλήνων· καὶ τρίτην ἔτι τὴν Ἑλληνικὴν, καὶ ἣν κατέλιπεν ἀτελῆ Θουκυδίδης· ἐν ᾗ καταλύονταί τε οἱ τριάκοντα, καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, ἃ Λακεδαιμόνιοι καθεῖλον, αὖθις ἀνίσανται.

β'. Οὐ μόνον δὲ τῶν ὑποθέσεων χάριν ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, ζηλωτὴς Ἡροδότου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκονομίας. ταῖς

## *Dionysii Halicarnassei Epist. ad Cn. Pompeium.*

Xenophon Herodotum in vtroque genere, tum in eo quod in materia cernitur, tum quod in elocutione, imitatur. Nam in primis materiam suae historiae elegit pulchram et magnificam, ac eam quae virum sapientiae studiosum decet; vt Institutionem Cyri, boni atque felicis regis effigiem; ac etiam Expeditionem minoris natu Cyri, (cui ipse interfuit,) quae maximam commendationem continet eorum Graecorum, qui simul cum eo militabant; praeterea etiam tertium opus, Graecarum historiarum, quod inchoatum et imperfectum reliquit Thucydides: in quo imperium triginta virorum dissolvitur, et moenia Athenienſium, quae Lacedaemonii sustulerant, atque funditus euerterant, rursus instaurantur.

2. Non solum vero ob materiam in coelum ferendus est, (in qua Herodotum sequitur,) sed etiam propter dispositionem suspiciendus. Nam et

ταῖς τε γὰρ ἀρχαῖς αὐτῶν ταῖς πρεπωδεσάταις κέχρηται, καὶ τελευτὰς ἑκάστῃ τὰς ἐπιτηδειοτάτας ἀποδέδωκε. μεμέρικέ τε καλῶς καὶ τέταχε καὶ πεποίκιλκε τὴν γραφήν. ἦθός τε ἐπιδείκνυται θεοσεβὲς καὶ δίκαιον καὶ καρτερικὸν καὶ εὐπετὲς, ἁπάσαις τε συλλήβδην κεκοσμημένον ἀρεταῖς.

γ'. Καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος. ὁ δὲ λεκτικὸς, πῇ μὲν ὅμοιος Ηροδότῳ, πῇ δὲ ἐνδεέστερος. καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς, καὶ σαφὴς, καθάπερ ἐκεῖνος· ἐκλέγει δὲ ὀνόματα συνήθη τε καὶ προσφυῆ τοῖς πράγμασι, καὶ συντίθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως, ἀχ ἧττον Ηροδότῳ.

δ'. Ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ηρόδοτος ἔχει. ὁ γὰρ μόνον οὐκ ἴσχυσε τοῦτο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ κἂν ποτε διεγεῖραι βουληθείη τὴν φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας, ὥσπερ ἀπόγειος αὖρα, ταχέως σβέννυται. μακρότερος γὰρ γίνεται τοῦ δέοντος ἐν πολλοῖς καὶ τοῦ πρέποντος, καὶ

principiis earum aptissimis vtitur, et finem conuenientem vnicuique attribuit. Digessit eleganter et disposuit, ac variis ornamentis suam scriptionem affe it. Mores prae se fert sanctos, iustos, fortes, faciles; ac in summa omnibus virtutibus ornatos.

3. Atque haec quidem est forma rei et argumenti eius. Forma vero elocutionis, partim similis Herodoto, partim non adeo redundans et fluens. Purus quidem satis in verbis, et apertus; quemadmodum et Herodotus: delegit autem verba vsitata, et rebus ipsis a natura insita: quae omnino non minus suauiter et iucunde, quam Herodotus ipse, componit.

4. Excellentiam vero et splendorem, amplitudinem iucundam, et suauem conformationem historicam, quemadmodum Herodotus, non habet. Non modo enim hoc ab ipso mutuari non potuit, sed etiam si aliquando voluit suam excitare elocutionem, paululum inspirans, veluti terrena aura, extemplo languescit et extinguitur. In multis enim plus aequo longior fit;

nec

καὶ οὐχ ὡς Ηρόδοτος ἐφάπτεται τῶν προσώπων εὐτυχῶς, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ὀλίγωρός ἐστιν, ἄν τις ὀρθῶς σκοπῇ.

## ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ Ο ΤΑΡΣΕΥΣ,

*περὶ τῆς τοῦ Ξενοφῶντος ἰδέας.*

Ἔστιν οὗτος ἀφελὴς μὲν ὡς ὅτι μάλιστα, καὶ τούτῳ πλεονάζων τῷ εἴδει παρὰ τὰ ἄλλα εἴδη πάντα τοῦ πανηγυρικοῦ· ταῖς μὲν ἀπὸ τῆς ἀφελείας αὐτῆς ἡδοναῖς πολλαῖς χρώμενος, γλυκύτησι δὲ ταῖς ἀπὸ τούτων, οἷον ταῖς ἀπὸ τῶν μύθων, καὶ τῶν τοιούτων, μαγώτερον.

β'. Ἐπεὶ καὶ ὅτε περὶ τῶν κυνῶν διέξεισιν ἡδονὰς ποιῶν, κατὰ τὴν τῆς ἀφελείας αὐτῆς ἐπίτασιν τοῦτο ποιεῖ, καὶ ὁ κατ' ἄλλο τι τῶν φύσει γλυκύτητος ἰδίων.

γ'. Τὸ μέντοι περὶ τὸν Ἀβραδάτην καὶ τὴν Πάνθειαν πᾶν ἦθός τε καὶ πάθος πολλὰς ἔχει τὰς ἡδονὰς, μυθικῶς πλαθέν·

nec adeo feliciter, vt Herodotus, personarum dignitatem attingit et exprimit: sed in multis, si quis recte consideret et perpendat, eum negligentiorem reperiet.

HERMOGENES TARS. *De forma dictionis Xenoph.*

Hic scriptor simplex est in primis, et ea dicendi forma prae caeteris formis omnibus, quae sunt laudationum, abundat: ac vario genere suavitatis, a simplicitate proficiscentis, vtitur; ita tamen, vt manantes hinc delectationes, veluti quae sumuntur a fabulis, et aliis eiusmodi, rarius adhibeat.

2. Nam et vbi de canibus pleraque cum lectoris voluptate commemorat, id ipsum per intensionem simplicitatis facit; non alia quadam illorum ratione, quae naturaliter ad suauitatem pertinent.

3. Tota quidem descriptio morum et affectuuum Abradatis ac Pantheae, fabulose conficta, delectationes multas habet; nec

πλαθέν· καὶ τὰ περὶ τὸν Τιγράνην δὲ ὡσαύτως, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτῦ τὴν Αρμενίαν.

δ'. Εφαμεν δὲ, ὅτι μανῶς μὲν χρῆται ταῖς τοιαύταις γλυκύτησι, χρῆται μέντοι καὶ ταύταις. μεγέθους δὲ κατὰ μὲν ἔννοιαν ἅπλετα πολλαχῦ, καθαίρει δὲ καὶ τῦτο, καὶ βιάζεται πρὸς τὸ ἀφελὲς ταῖς μεθόδοις, καὶ τῇ λέξει, καὶ τοῖς περὶ τὴν λέξιν ἅπασι.

ε'. Καθαρὸς δὲ, καὶ εὐκρινὴς, εἴπέρ τις ἕτερος, ὁ Ξενοφῶν· δριμύτησί τε καὶ ὀξύτησι χαίρων, ὧν τὴν φύσιν ἐν τῷ περὶ γλυκύτητός τε καὶ ἀφελείας εἰρήκαμεν. ἐπιμελείᾳ δὲ, ὡς ἐν ἀφελείᾳ τε καὶ ἁπλάστῳ λόγῳ, χρῆται πολλῇ.

ς'. Τῆς δὲ παρὰ τῷ Πλάτωνι ἀφελείας πολλῷ ἡ παρὰ τύτῳ ἀφελεστέρα ἐστὶ, κατ' αὐτὰς τὰς ὑποθέσεις τῶν πραγμάτων τοιαύτη γινομένη, ὰ μόνον κατὰ τὴν λέξιν, καὶ τὰ ἑπόμενα τῇ λέξει.

ζ'. Συμπόσια γῶν ἀμφοτέροις ἐστὶ γεγραμμένα. ἀλλ' ὁ μὲν

minus et illa, quae de Tigrane, deque coniuge ipsius Armenia narrantur.

4. Diximus autem, rarius eum vti hoc genere suauitatis; et vtitur tamen. Amplitudinis vero formam sententiis frequenter adtingit, ita tamen, vt hanc etiam extenuet, ac vi quadam reuocet ad simplicitatem per ipsas tractandi rationes, verborumque delectum, ac per alia, quaecumque proprie ad verba pertinent.

5. Purus autem est, ac dilucidus Xenophon, si quisquam alius; et acrimonia pariter acumineque gaudet: quorum naturam in capite de suauitate ac simplicitate exposuimus. Accurationem in dicendo, vt in oratione simplici, et fictionis experte, multam adhibet.

6. Eam vero simplicitatem, qua Plato vsus est, longe Xenophontis simplicitas superat, quum quidem haec talis sit ipsis rerum argumentis, non verbis duntaxat, et iis, quae verba comitantur.

7. Scripta sunt ab vtroque conuiuia. Sed hic et saltatricum intro-

ὁ μὲν καὶ ὀρχηστρίδων εἰσόδους, καὶ ὀρχημάτων εἴδη τινὰ, καὶ φιλήματα, καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγειν μεθ' ἡδονῆς ἃ παραιτεῖται· ὁ δὲ ταῦτα, ὡς αὐτός φησιν, ἀφεὶς ταῖς γυναιξὶν, ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἄγει τὴν ἀφέλειαν τῶν πραγμάτων.

η'. Τοιοῦτος δὲ ὁ Ξενοφῶν καὶ τοῖς ἱστορικοῖς, οἷος καὶ τοῖς ἄλλοις· οἷον, ὅτι χιλὸν ἐστέψαντο, ὅταν λέγει· καὶ ὅτι τοῖς παισὶν ὡς ἐνεοῖς διελέγοντο, καὶ ὅτι πίνειν ἀπὸ τοῦ κρατῆρος ἐπικύψαντας ἔδει, καθάπερ βοῦν· ταῦτα γὰρ, καὶ τὰ τοιαῦτα, καθ' ὑπερβάλλουσαν ἀφέλειαν ἔχει τὴν ἡδονὴν, ἣν οὐχ ὁμοίως ὁ Πλάτων κέκτηται.

θ'. Καὶ ταῖς μιμήσεσι δὲ τῶν προσώπων μᾶλλον εὐδοκιμεῖ, ὅτε ἀφελῆ, καὶ ὡς ὄντως ἄπλαστα, καὶ ἀπαλὰ, καὶ ἡδέα ἤθη ψυχῶν μιμεῖται· ὥσπερ καὶ τὸ τοῦ Κύρου, παιδὸς ἔτι ὄντος, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

ι'. Παρὰ δὲ τῷ Πλάτωνι τοιοῦτον οὐδέν ἐστι, πλὴν ὅσον ἐν ταῖς τῶν μειρακίων ἡλικίαις· οἷον, ὅτε τὸν Θεαίτητον,

introductionem, et quaſdam ſaltationum ſpecies, et oſcula, cum aliis talibus, literis prodere quadam cum voluptate non veretur: quum Plato, ſicut ipſemet ait, mulieribus haec relinquens, ſimplicitatem rerum ad grauiorem quandam ſpeciem traducat.

8. Xenophon autem in hiſtoricis quoque talis eſt, qualis et in aliis libris: veluti quum dicit, milites gramineis coronis vſos: item, quod cum pueris, tanquam ſurdis ac mutis, loquuti ſint: et quod e cratere bibendum eis erat capite demiſſo, bouis inſtar. Nam haec, et his ſimilia, quadam eximia ſimplicitate delectant; cuius vſus apud Platonem non itidem reperitur.

9. Etiam in perſonarum imitationibus magis excellit Xenophon, quum ſimplices, ac reapſe fictionis expertes, et teneros, et iucundos animorum mores imitando exprimit; vt indolem Cyri adhuc pueri, et quaecunque ſunt huius generis.

10. At apud Platonem nihil eſt tale, praeter quam in adoleſcentium aetate: veluti quum Theaetetum,

τητον, ἤ τι τοιοῦτον πρόσωπον εἰσάγει, πάντως ἀ κατὰ τὸ τῦ Κύρυ δήπυθεν ὃν λέγω, παιδὸς ἔτι ὄντος, ἢ κατὰ τὸ τῆς Αρμενίας γυναικὸς, ἢ ὅσα τοιαῦτα.

ια΄. Ιδιον δὲ Ξενοφῶντος καὶ τὸ κατὰ ποσὰ διασήματα χρῆθαι ποιητικαῖς πως λέξεσι, πολὺ τῶν ἄλλων τῇ φύσει διεσηκυίαις λέξεων· ὥσπερ ὅταν λέγει πορσύνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Theaetetum, vel aliam quandam eiuſmodi perſonam introducit; omnino tamen alia ratione, quam qua Cyrus ille Xenophonteus, de quo loquor, adhuc puer introducitur; vel vxor Tigranis Armenia, vel quae alia ſunt eiuſmodi.

11. Eſt et illud Xenophonti peculiare, quod per interualla nonnunquam verbis quodam modo poëticis vtitur, quae natura ſua plurimum ab aliis verbis differunt: veluti quum πορσύνειν dicit, et quae ſunt eius generis alia.

*Cicero de Oratore lib.* 2.

Denique etiam a Philoſophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, ſcripſit Hiſtoriam, leuiore quodam ſono vſus, et qui illum impetum Orationis non habeat; vehemens fortaſſe minus, ſed aliquanto tamen, vt mihi quidem videtur, dulcior.

Xenophontis ſermo, eſt ille quidem melle dulcior, ſed a forenſi ſtrepitu remotiſſimus. *Id.*

Xenophontis voce Muſas quaſi locutas ferunt. *Id.*

*Quintilianus Inſtit. l.* 10. *c.* 1.

Quid ego commemorem Xenophontis iucunditatem illam inaffectatam, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi? vt ipſae finxiſſe ſermonem Gratiae videantur: et quod de Pericle veteris comoediae teſtimonium eſt, in hunc transferri iuſtiſſime poſſit, in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi Deam.

# THOMAE HVTCHINSONI

# DISSERTATIONES DVAE

DE

## XENOPHONTE EIVSQVE SCRIPTIS,

IMPRIMIS

## DE CYROPAEDIA, CYRO,

## ET INSTITVTIS PERSARVM.

НБ ОНУ імені І. І. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

# DISSERTATIO PRIMA,

## IN QVA

I. *Agitur de Vita* Xenophontis: II. *de Scriptis eius generatim:* III. *speciatim de* Cyropaedia; *cuius triplex est materia,* 1. *Disciplina et instituta Persica;* 2. *monita tam ad mores quam ad rem militarem spectantia;* 3. *Ortus, res gestae, mors Cyri:* IV. *de quibus omnibus, quae ab aliis Historicis tradita sunt expenduntur, et cum Xenophontea narratione conferuntur:* V. *Xenophontem de Cyro ad historiae fidem scripsisse ostenditur; et quas ob causas ei potius, quam Historicis ab eo dissentientibus, accedendum sit:* VI. *Populorum situs, quorum in his libris meminit Xenophon, ex Geographiae monumentis confirmantur; et Tabula, quam damus, Geographica illustratur.*

I. Xenophon [1]Athenienſis, ex tribu Aegeïdis, et Erchia populo ſiue pago oriundus. Leunclauius quidem et Stanleius noſtras, Leunclauium, opinor, ſequutus, eum in tribum Erchienſem male retulerunt: cum [2]Erchia non tribus, ſed pagi ſeu populi ſit nomen. De genere Xenophontis altum eſt apud Veteres ſilentium: qui patrem quidem, nomine [3]Gryllum, commemorant; ſed quo vitae genere, quaue vſus eſt fortuna, non liquet. Abunde vero liquet, Noſtrum ſtirpem ſuam, (qualiſcunque ea tandem erat) ſiue humilem, animi nobilitate, ſiue nobilem, recenti multarum lumine virtutum illuſtraſſe. Verum nec ignobili nec obſcuro genere natum eſſe Xenophontem ſuadet vetus illud hoſpitium, quod ei cum [4]Proxeno Boeotio, [5]viro ſane illuſtri, intercedebat.

Quo tempore natus eſt Xenophon, a Veterum nemine diſerte ſcriptum eſt: ea tamen vnus et alter tum de rebus ab eo geſtis, tum de aetatis anno, quo diem ſupremum obiit, memoriae prodiderunt, ex quibus luculente ſatis efficiatur, eum natum eſſe anno fere tertio Olymp. 82. Euthydemo Archonte Athenienſi, atque an. 449. ante natum Chriſtum. Quippe pugnae illi Deliacae, Athenienſes inter et Boeotios an. 1. Olymp. 89. pugnatae Xenophontem interfuiſſe [6]narrant: quo tempore annos ei minimum viginti tribuamus neceſſe eſt, cum id [7]demum aetatis iuuenes, apud Populum Athenienſem, nomina militiae

1) Laërt. II. 48. Suid.
2) Harpocration, Heſych. Suid. ad v.
3) Laërt. loc. cit. Suid: alii paſſim.
4) Αναβ. Κύρ. lib. 3. ſub init.
5) Αναβ. lib. 2. ſub fin.
6) Strab. l. 9. p. 618. Laërt. l. II, 22.
7) I. Poll. l. 8. ſegm. 105.

litiae dare, et sacramenta dicere solebant. Accedit, quod [1]Lucianus testatur, Nostrum 90. iam amplius annos natum obiisse; scil. an. 1. Olymp. 105. ex mente Steſiclidis, a [2]Laërtio citati. Quod si ab an. 1. Olymp. 105. ad an. 3. Olymp. 82. computando regrediamur, annorum inueniemus numerum, quem Xenophonti tribuit Lucianus. A Stanleio quidem ille natus dicitur an. 1. Olymp. 82. nimirum cum apud Laërtium mortis illius tempus an. 1. Olymp. 105. notatum inuenit, statim ineunte Olymp. 82. illum in vitam ingressum esse putauit, propterea quod Lucianus 90. amplius annos aetatis ei tribuerat. Sed pari ratione quouis praecedentis etiam Olymp. anno in lucem hanc illum prodiisse dixerit Stanleius. Mihi verosimillimum videtur, si vitam Xenophon vltra 90mum ad alium annum integrum produxisset, id nos Lucianum edocere, atque adeo ab incertis de aetatis, quo ille fato concessit, anno coniecturis liberare voluisse.

Xenophontem, cum iuuenis adhuc esset, audiuisse Socratem, inter omnes constat. Et quo quidem interueniente casu factum est, vt Socrati se in disciplinam traderet, nulla de aetate, qua tunc temporis esset, mentione facta, scripsit [3]Laërtius. Quantos autem progressus, dum Scholam Socraticam frequentauit, in studio philosophiae fecit, qualique erat in egregium illum praeceptorem animo, certissime nec sine iucundo diligentiae fructu comperiet, eius qui tum caetera scripta, tum praecipue Memorabilia et Apologiam Socratis perlegerit. Neque in Scholae tantum vmbra nobilis, sed etiam in luce oculisque hominum magnus exstitit: ense pariter ac calamo insignis. Credibile est, eum Socrati ad bellum Peloponnesiacum proficiscenti comitem se adiunxisse: octauo certe, post obortum illud bellum, anno, pugnae ad Delium commissae interfuit; cum haberet annos circiter 26. Ea quippe pugna, testibus [4]Laërtio et Strabone, Xenophontem ab equo delapsum in humeros recepit Socrates, receptum extremo pene discrimine eripuit.

Post hanc pugnam, Athenienſibus funestam admodum, Noster Athenas se vna cum Socrate retulit; ibique philosophiae studia, aliquo interuallo intermissa, reuocavit.

1) De Longaeu. p. 917. edit. Bourd.
2) II, 56.
3) L. II, 48.
4) Laërt. II, 22. Strab. l. 9. p. 618.

vit. In haec autem eum incubuisse credi par est, donec in Asiam ad Cyrum, qui bellum aduersus fratrem Artaxerxem mouere coeperat, profectus est. Belli causam istius, atque adeo itineris Xenophontei, paucis accipe: Mortuo Dario, Persarum rege, Artaxerxes filius eius natu maior in patris regnum successit. Cyrus autem, alter Darii filius (quem ad se Darius iam moribundus praefectura, quam ei concesserat, arcessiri iusserat) a Tissapherne accusatus est, quod fratris Artaxerxis vitae insidias pararet. Accusatori cum fidem haberet Artaxerxes, fratrem in custodiam coniiciendum curauit: qua tandem periculoque necis, quam frater ei parauerat, matris eum preces liberarunt. Vt primum autem et libertatem et dignitatem ille suam recuperauerat, adhibita contumeliae memoria, vltionem moliri coepit; atque adeo fratrem regno exuendi consilium iniuit. Itaque curae fuit ei, vt barbaros, ipsi qui aderant, tum bello idoneos, tum erga se beneuolos redderet: quin et Graecorum ad decem millia militum, amicorum ope, coëgit. Inter hos autem erat Proxenus ille Boeotius; qui ad eum, Sardibus degentem, cum grauis armaturae militibus mille quingentis, et quingentis expeditis venit. Ab hoc Xenophon [2] e patria fuit euocatus: qui vocanti tamen haud prius parendum censuit, quam [3] Socrati rem exposuerat. Huic igitur epistolam Proxeni, sibi Cyroque vt amicus tertius adscriberetur, eum hortantis, ostendit; simulque sibi illum in consilium adhibet, sequereturne Cyrum. Consulenti posteaquam Socrates exposuit, quae sibi videbantur, *Et nostrum quidem*, inquit, *humanum est consilium, sed de rebus obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum.* Is vtique veritus est, ne Xenophonti amicitia Cyri apud Athenienses fraudi esset, quod Cyrus aduersus Athenienses summis viribus Lacedaemonios iuuerat: atque adeo monet, vt Delphos profectus, Apollinem consuleret. Eo itaque profectus Xenophon, Phoebi oraculum scisciatus est, cui deo preces, cui sacra perageret, vt iter propositum ipsi prospere cederet. Vt ab oraculo responsum tulit, Athenas reuersus, Socrati id aperit: a quo in eo repre-

1) Αναβ. Κύρ. l. 1. sub init.
2) Αναβ. lib. 3. sub init. Laërt. II, 49.
3) Eosd. ibid. Cic. de Diuin. I. 54.

reprehenſus eſt, quod non Apollinem de itinere prius potiuſue, ingrediendumne eſſet, conſuleret, quam ipſe ſecum id ingredi ſtatueret; et quo pacto rite ſuſcipi poſſet, id vnum quaererer. Cum tamen, ait Socrates, id quaeſiuiſti, facienda tibi ſunt, quae Deus imperauit. Itaque profectionem parat.

De ea autem, qua Xenophon erat, aetate, cum in Aſiam ad Cyrum profectus eſt, non vna eſt eruditorum ſententia. Camerarius in Diſſertatione *de Vita Xenophontis*, eum (Menagio teſte) *adoleſcentem* vocat. Huic opinioni fauere duo videntur loci [2] Auctoris ipſius; vbi (Interpretes vtique ſi quis audire velit) de ſe, tanquam *adoleſcente*, loquitur. Haud abs re fuerit ipſa adferre verba: εἰ δὲ ὑμεῖς τάττετέ με ἡγεῖσθαι, ἐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι, ἐρύκειν ἀπ' ἐμαυτὸ τὰ κακά. Xenophontem ideo de ſe ita loquutum eſſe putarunt Interpretes, quod tunc temporis eſſet admodum adoleſcens: cum omnino, contra atque velint illi, de ingraueſcente fere verba aetate debeant accipi: quaſi dixiſſet, ſe, prouectae licet aetatis excuſationem haberet, ea tamen vti nolle; cum ſibi ſatis ad mala propulſanda vigoris ineſſe ſentiret. Eum autem circiter quinquaginta tunc annos fuiſſe natum, pluribus probauit doctiſ. [3] Charpenterius: cuius ſane ſententia firmiſſimis argumentis rationibusque niti videtur. Cum enim ex Luciani teſtimonio ſupra laudato, eum 90. annos vixiſſe conſtet; obiiſſe vero tradat Laërtius anno 1. Olymp. 105. quinquaginta circiter annos ei tempore ſuſceptae aduerſus Artaxerxem expeditionis tribuamus neceſſe eſt: cum liquido pateat, Cyrum in iſtam expeditionem exercitum eduxiſſe an. 4. Olymp. 94. Praeterea, res ipſa docebit, tot Xenophontem annos eo habuiſſe tempore; ſi quis ſecum animo cogitauerit, quale munus ei, Cyro mortuo, detulere Graeci; quam ſapienter illo feliciterque perfunctus eſt; tanta denique eum apud milites auctoritate valuiſſe, vt [4] furentem eorum Byzantii diripiendi impetum continere et comprimere poſſet. Haec aetate prouecta virum, magnis

1) Obſerv. in Laërt. II, 49.

2) Ἀναβ. l. 3. haud longe ab init. et lib. 2. ſub init. itidem.

3) In praefat. ad Orat. de Ageſil. (non vti Menagius dicto loco, ad Κῦρ. παιδείαν) a ſe Gallice redditam.

4) Chio epiſt. Ἀναβ. l. 7. ſub init.

gnis in rebus gerendis et sustinendis diu exercitatum, non adolescentem animos militares tractandi rudem, postulant. Nec adolescenti conueniunt ea, quibus [1]Seuthes Thrax Xenophontem adloquitur verba: quippe qui filiam suam ei se collocaturum, et eius se vicissim (si quam haberet) Thracio more in matrimonium accepturum, pollicitus sit: quae quidem adolescenti, cui filiam fuisse nubilem haud vero simile est, pollicitatio ridicula non potuit non videri. Restat, vt Phalini orationem, qui Nostrum νεανίσκον [2]adpellat, ad examen reuocemus. Phalinus autem ille a Rege Persarum ad Graecorum praefectos missus fuerat, vt eos arma tradere iuberet. Haec contra postulata Xenophon orationem, breuem quidem, sed grauem plane virilemque, habuit. Cui cum risu respondit Phalinus: Αλλὰ φιλοσόφῳ μὲν ἔοικας, ὦ νεανίσκε, καὶ etc. Fastidiosius haec ille; et tanquam si Xenophontem [3]*temerarium*, [4]*rerumque omnium rudem* existimaret. Et ita quidem accipi potest vox νεανίσκος: quippe quam eandem esse cum νεανίας docet H. Stephanus: scil. [5]*ferox, audax* etc. Nec mirum est, si Nostro satis audaciae, sapientiae parum inesse putaret Phalinus; cum a se regis mandata reiiceret, Graecisque, vt arma tenerent, auctor esset. Nam, Cyro interfecto, illos hostium copiis vndique circumfusos, commeatu destitutos, belli gerendi voluntatem abiecisse facile Persis persuaderi potuit. Porro, regis ille Persarum nuntius aetate forsan erat adeo prouectus, vt prae se Xenophon adolescens ei videretur; cum praefectorum aetatis grandioris, v. g. annorum 70. quique vsu bellorum exerciti fuere, moris sit, vt insolentius se efferant; militemque adeo, quem aetate longe antecellunt, v. g. 45. aut 50. annos natum, despiciant: praesertim si νεανισκεύεσθαι i. e. temere aliquid confidentiusque audere, seu iuueniliter se iactare, videatur. His, opinor, de causis Xenophon in Oratione Phalini νεανίσκος audit. Sed redeamus illuc, vnde diuertimus.

[6]Xenophon, factis sacris, nauem conscendit, ac Sardibus Proxenum et Cyrum adsequitur, exercitum iam iam



1) Ibid. paulo infra.
2) Ανάβ. l. 2. sub init.
3) Steph. Thesaur. L. G. ad V.
4) Hesychio νεανίσκος est νήπιος: i. e. Moschopulo exponente, non solum ἐν βρεφικῇ ἢν ἡλικίᾳ, sed etiam ὁ ἔχων γνῶσιν βρέφους, καὶ γέρων.
5) Hesych. Νεανίας, τολμηρός.
6) Ανάβ. 3. sub init.

in expeditionem educturos. Ibi Proxenus primum, vti par erat, deinde Cyrus eum hortatus est, vt ipsis belli se comitem adiungeret. Eorum hortationi paret, militiae dat nomen, et Cyrum ad bellum id sequutus est, quod illi quidem lethi diem maturauit, Graecis luctuosum exstitit, sibi multis summisque difficultatibus conflictato, eluctanti omnes, amplissimam tandem gloriae materiam praebuit. [1] Interfecto quippe Cyro, [2] et praefectis, qui eius auspicium et imperium fuerant sequuti, hostium fraude de medio sublatis, Graecis Auctor est Xenophon, [3] vt duces in demortuorum locos statim legerent. Itaque lecti sunt praetores; Xenophonte ipso in Proxeni locum suffecto.

Quid deinde rerum gessere Graeci, quae pericula, quasue subiere calamitates, qua denique ratione in Graeciam tandem venere reduces; neque instituti nostri ratio plenius exponere patitur, et Lector cum vberiori longe studii sui fructu discat ex ipsa Cyri Ἀναβάσεως historia; in qua Xenophon res istas singulatim commodissimeque persequitur. Ex eo sane libro abunde constat, Xenophontem Graecorum, qui Cyro se adiunxerant, facile principem exstitisse; eiusque potissimum fidei, prudentiae, magnanimitati decem mille virorum salutem reditumque in patriam acceptum referri debere. Specimen ille certe, si quis alius, artis militaris viuidaeque bello virtutis egregium dedit; cum in media hostium regione, innumerabilibus Persarum copiis vndique circumfusis, deprehensus, equitatu destitutus, nemine sine pugna praebente commeatum, obiecta flumina transiuit, montes altissimos praecipitesque superauit, maxima terrarum, partim ab incolis desertarum, partim populis ferocissimis abundantium, spatia emensus est; tandemque, tot naturae difficultatibus obluctatus, tot periculis laboribusque perfunctus, milites suos hostium, locorum, inopiae, tempestatum victores incolumesque in Graeciam reduxit. Quod Xenophontis factum adeo [4] admiratus est Antonius, vt, cum iisdem fere regionibus hostium exercitu, difficultatibus locorum, omniumque rerum inopia circumuentus, in summo periculo versaretur, ex quo se aegre admodum

1) Ἀναβ. lib. 1. sub fin.
2) Eiusdem Hist. extremo fere l. 2. et Κύρου παιδ. p. 661. (552 nostr. edit.)
3) Ἀναβ. l. 3. sub init.
4) Appi. Alex. de bell. Parth. p. 165. edit. Steph.

modum expedire posset, saepenumero exclamaret, *o decem millia!* quo dicto significauit, sese Graecos, qui Xenophonte duce, eadem illa discrimina incolumes euaserant, magnopere suspiciendos summisque laudibus efferendos putare.

Finita tandem hac expeditione, [1] cui datum fuerat anni vnius et trium mensium spatium, Xenophon Thymbroni Lacedaemonio Pergamum venienti, bellumque Tissapherni et Pharnabazo inferre paranti tradidit exercitum. Ipse, cum iam annos fere 54. haberet, anno autem 1. Olymp. 96. in Asiam cum [2] Agesilao, Lacedaemoniorum rege, profectus est. [3] Hic simul atque imperii potitus est, persuasit Lacedaemoniis, vt exercitum emitterent in Asiam, bellumque Regi Persarum facerent. Data potestate, tanta celeritate vsus est, vt regios satrapas imparatos imprudentesque offenderet: atque ibi feliciter adeo rem gessit, vt omnium opinione victor duceretur. Sed hic, cum a caeteris Scriptoribus, tum eximie a [4] Xenophonte nostro collaudatus est.

[5] Xenophontem (vt ad propositum redeamus) patria sua dum abfuit, Athenienses exilio multarunt; quod Cyrum sequutus esset, cum bellum fratri Artaxerxi inferret. [6] Artaxerxi quippe fauebant Athenienses, Cyrum in hostium numero ducebant; [7] quod Peloponnesio bello Lacedaemoniis opem tulerat. Tradit autem [8] Laërtius, eum exilio multatum esse, quod in Asiam ad Agesilaum profectus, in Lacedaemoniorum partes transiisse videretur. Ciuium suorum irae, atque adeo poenae, quam eis dederat, duplex haec causa forsan exstitit; quod ad Cyrum primum, deinde ad Agesilaum (quorum vtrumque hostili in se animo esse norant Athenienses) sese adiungebat. Stanleius quidem putauit, decretum illud, quo Xenophon pulsus erat in exilium, factum esse, priusquam Thymbroni, post finitam tandem, in quam cum Cyro egressus est, expeditionem, exercitum tradidisset. At ex ipsa [9] ἀναβάσεως istius historia contrarium, ac ille statuit, omnino



1) Ανεβ. lib. 7. sub fin.
2) Laërt. II, 51.
3) C. Nep. in vita Agesi.
4) In Lib. pecul. de Agesi. et Histor. Graec. sub finem l. 3. et init. 4.
5) Laërt. II, 51.
6) Pausan. Lac. l. 3. p. 174.
7) Hist. Graec. l. 1. fere medio. Pausan. Lac. l. 3.
8) Lib. II, 51.
9) Lib. 7. sub fin.

omnino colligendum est. In ea quippe scriptum est, Xenophontem, impetratis aegre tandem a Seuthe Thracio, quae militibus Graecis pollicitus erat, stipendiis, eorum in singulos distributionem Charmino et Polynico permisisse, se vero palam ad iter in patriam comparasse: ἐ γάρ πω, inquit Auctor, ψῆφος αὐτῷ ἐπῆκτο Αθήνησι περὶ φυγῆς, i. e. *nec dum enim suffragiis damnatus erat, vt Athenis exularet.* [1] Laërtius etiam indicat, eum post patria pulsum esse, quam se in Asiam ad Agesilaum contulisset.

Exilio multatus [2] Scilluntem migrauit Xenophon. Tradit [3] Pausanias Scilluntem Eleis creptam Lacedaemonios ei donasse. Huc eum sequebatur vxor, nomine [4] Philesia, duoque filii ex ea suscepti, Gryllus ac Diodorus, [5] qui et Διόσκοροι vocati sunt. [6] Scilluns oppidum erat haud procul ab Olympia distans: [7] quo cum Megabyzus, Ephesiae Dianae Νεωκόρος, ad ludos spectandos venisset, Xenophonti pecuniam, quam ab eo ex Asia cum Agesilao in Boeotiam proficiscenti acceperat, restituit. Ea recepta, Xenophon agrum Deae mercatus est; in quo templum etiam et aram extruxit; decimasque fructuum agri Deae quotannis ibi consecrauit. [8] Fanum cingebant nemora, Selleno amne, montibus, crebris arboribus, copia fructuum amoena; nobilium ferarum gregibus abundantia. Propter fanum eminet columna, his scripta vocibus: ΙΕΡΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. τὸν δὲ ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστε ἔτες, ἐκ δὲ τὲ περιττὲ τὸν ναὸν ἐπισκευάζειν. Εὰν δέ τις μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ θεῷ μελήσει.

Hic dum commoratus est Xenophon, philosophiae [9] conscribendaeque historiae vacauit. Haud ita tamen in studiis conquieuit, vt suorum penitus obliuiscereturvaletudinis nullam haberet rationem: [10] quin et se venationibus exerceret, et illos voluptatis suae facere participes, solennique adeo Dianae festo interesse vellet. Caeterum

1) II, 51.
2) Laërt. II, 52. Anab. l. 5. haud longe ab init.
3) Eli. pri. p. 297.
4) Suid. Laërt. II, 52.
5) Suid. Laërt. ibid. Eustath. ad Odyss. ά. p. 1686.
6) Anab. l. 5. sub init. Strab. l. 8. p. 529.
7) Anab. l. 5. haud longe ab init. Laërt. II, 52.
8) Eosd. ib. Paus. Eliac. l. 1. p. 297.
9) Plutar. de Exil. p. 603.
10) Epist. Socrat. 20. Laërt. II, 52.

terum orto inter Eleos et Lacedaemonios bello, [1]Scilluntem illi capiunt, vastantque, his ei suppetias venire cessantibus. Ibi tum Xenophontis filii cum paucis famulis praesenti se periculo subduxere, atque Lepreum confugerunt: [2]eodem ipse Xenophon se tandem contulit; deinde, cum suis Corinthum habitatum concessit; vbi quod reliquum vitae erat exegit.

[3]Cum autem Athenienſibus tandem visum est, opem ferre Lacedaemoniis, ad quos opprimendos Achaei, Arcades et Thebani suas compararant copias; Xenophon filios suos, Gryllum et Diodorum, Athenas militatum misit. Commisso ad Mantineam praelio, Olymp. 104. an. 2. a Thebanis eorumque sociis vincuntur Lacedaemonii: ex eo praelio Diodorus nulla re memorabili gesta, incolumis euasit; [4]Gryllus tanto se patre dignum praebuit, Epaminondam interfecit, ipse circumfusus hostium concursu, [5]cum fortissime pugnaret, interfectus est. [6]Xenophonti sacrificium solenne peragenti tristis adfertur nuntius, filium natu maiorem apud Mantineam in praelio cecidisse. Re audita, institutum deorum cultum non omittendum putauit, sed tantummodo coronam deponere (quippe coronatus sacrificasse fertur) contentus fuit. Quam ipsam, percunctatus quonam modo occidisset, vt audiuit fortissime pugnantem interiisse, capiti reposuit; numina, quibus sacrificabat, testatus, maiorem se ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem, sentire. [7]Sunt, qui filii eum fato ne inlacrimasse quidem dicant, sed hanc tantum viro magno dignam emisisse vocem: *Ego cum genui, tum moriturum sciui.* Quam praeclaram autem sibi Grylli virtus existimationem peperit, testantur eius monumenta, quorum meminere [8]Pausanias et Laërtius.

Scribit [9]Athenaeus Xenophontem nostrum aliquando ad mensam Dionysii Syracusanorum tyranni accubuisse.



1) Laërt. II, 53.
2) Laërt. ibid. Plutar. de Exil. p. 603. et 605.
3) Histor. Graec. l. 7. sub init. Laërt. II, 53.
4) Pausan. Arcad. p. 470.
5) Laërt. II, 54.
6) Valer. Max. l. 5. c. 10. Aeli: V. H. l. 3. c. 3. Seneca in Consol. c. 12. ad Marci. Stobae. Serm. 106. Hieronym. in epitaph. Nepot. ad Heliod. Cicer. Consol.
7) Laërt. II, 55. Seneca in Consol. ad Polyb. c. 30. Stobae. Serm. 123.
8) Arcadic. 8. p. 473. et Boeot. p. 565. Laërt. II, 55.
9) L. 10. c. 7.

Quod cum ex aliorum, qui Xenophontis meminere, scriptis non constet, fides auctorem tantum adpellet. [1] Nostrum autem maxime floruisse Olymp. 94. an. 4. tradit Laërtius: qui (Steſiclide et Demetrio Magneſio citatis eius rei testibus) senecturem eum maturam (natum scil. 90. amplius annos, vti docet Lucianus) adeptum, ait Corinthi mortuum Olymp. 105. an. 1.

[2] Fuit autem pulcherrima corporis forma, vultu placido verecundoque, caesarie promissa; atque vti naturam in fingendo corpore fautricem habuit, sic benignam admodum nactus est in tribuendis animi virtutibus. Oratio certe est index animi atque vitae: adeo vt amabiles Xenophontis mores, miteque ingenium ex suaui inaffectatoque, quo vsus est, dicendi genere quodammodo cognoscamus. [3] Fuisse eum equorum atque venationis studiosissimum, peritum belli, fortem manu, [4] in armis elegantissimum, veritatis diligentissimum, patientia contra labores, in victu temperantia ornatum, officiorum erga numen, erga suos obseruantissimum, ipse quae literis mandauit abunde testantur. Quam amplo plane generosoque hic fuerit animo, nullum est certius indicium, quam quod, [5] cum Thucydidis libros latentes subducere posset, eos ipse primus in eius viri gloriam in lucem ediderit.

Agesilaum Nostro familiarissime vsum esse tradit [6] C. Nepos, praeceptore, [7] Cicero: eumque sibi charum εἰς ὑπερβολὴν habuisse testatur [8] Laërtius. Agesilao etiam monitore vsum esse Xenophontem constat: [9] eo quippe suadente, filios suos Lacedaemone curauit educendos; quo pulcherrima disciplina, parendi scilicet et imperandi, imbuerentur. Plutarchi locum, quem hac de re adpellamus, parum accepit Stanleius; qui ex eo colligat, Agesilaum, Xenophonte hortatore, filios suos Lacedaemona misisse, vt ad istius ciuitatis disciplinam eos eruditos tandem ad se arcesseret. En ipsa Plutarchi verba! Ξενοφῶντα δὲ τὸν σοφὸν ἔχων (Agesilaüs) μεθ' ἑαυτοῦ σπουδάζομενον, ἐκέλευσε τοὺς παῖδας ἐν Λακεδαίμονι τρέφειν μεταπεμψάμενον,

1) II, 56.
2) Laërt. II, 48. Chio epist.
3) Dionys. Halic. epist. ad Cn. Pompei. Laërt. II, 56.
4) Aelian. H. V. III, 24. Ανάβ. L. 3.
5) Laërt. II, 57.
6) In vita Agesil.
7) De Orat. l. 3. c. 34.
8) II, 51.
9) Plutar. in vita Agesil. Laërt. II, 54.

νον, ὡς μαθησομένες τῶν μαθημάτων τὸ κάλλιςον, ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν.

Noſter autem, tanto odio ferebatur in Ariſtippum, impurum ſcilicet et lucri amantem philoſophum, vt eum ex profeſſo perſtringeret in 2do libro ἀπομνημονευμάτων. Noſtro autem cum Platone ſimultatem quandam et aemulationem interceſſiſſe [2] veteres haud temere putarunt. Hic enim cum ſtudioſe propinquorum familiarumque nomina ſcriptis ſuis, ad eorum poſteritati conſecrandam memoriam, inſerere ſoleat, Xenophontis nuſquam mentionem facit: indicio quod ſit, eum in numero ſuorum Xenophontem non habuiſſe. Aul. quidem Gellius caeteris eius rei argumentis hoc etiam annumeratum eſſe tradit, *quod neque a Platone in tot numero libris mentio vnquam facta ſit Xenophontis, neque item contra ab eo in ſuis libris:* quod tamen a vero prorſus abeſt, cum Platonis meminit Xenophon l. 3. ἀπομνημονευμάτων, vt iam olim notauit [3] Laërtius. Quin et de Socraticis epiſtolis, a Leone Allatio in lucem editis, [4] vna Xenophontis nomen praefert, in qua ſit Platonis mentio. In [5] fragmento quoque epiſtolae Xenophonteae ad Aeſchinem Socraticum, non obſcure Platoni vitio vertitur, quod a Socratis ſchola deficiens, ad Pythagoricos et Sacerdotes Aegyptios tranſierit, atque Dionyſii tyranni fauorem menſamque dapibus Siculis exſtructam fuerit venatus. Verba ſunt: τὸ δὲ καλὸν ἄρα Αἰγύπτᾳ ἠράσθησαν, καὶ τῆς Πυθαγόρᾳ τερατώδας σοφίας, ὧν τὸ περιττὸν καὶ μὴ μόνιμον ἐπὶ Σωκράτην ἤλεγξεν ἔρως τυραννίδος, καὶ ἀντὶ δικαίης λιτῆς, Σικελιῶτις γαςρὸς ἀμέτρᾳ τράπεζα. Platonem autem hiſce denotari verbis olim notarunt Euſebius et Theodoretus, locis modo citatis. Id etiam aemulationis et ſimultatis indicium, qui de Xenophontis et Platonis vita et moribus ſcripſere, [6] crediderunt, quod in iiſdem ſcripturae argumentis verſati ſint; atque [7] alter alterius operum



1) Laërt. II, 65.

2) Gell. l. 14. c. 3. Laërt. II, 57. Athen. l. 11. c. 15. Euſeb. P. E. l. 14. c. 12. Theodor. de curat. Graec. affect. ſerm. 2. p. 25. et ſer. 12. p. 175. edit. Sylburg. Aelian. Hiſtor. Var. lib. 3. cap. 17.

3) III, 34.

4) epiſt. 15.

5) Fragmentum hoc videas licet in Stobaei ſerm. 78. quod et Euſeb. P. E. l. 14. c. 12. exhibet. (v. in fine Tom. IV.)

6) Laërt. III, 34. Athen. l. 11. c. 15.

7) Eoſd. ibid. Hermog. de forma dict. Xenoph.

auctoritatem eleuare nitatur. De mutuis autem inter haec duo scholae amoenitatisque Socraticae lumina inimicitiis, multa scripsit Gellius, plura Athenaeus, dictis locis: et hic quidem, vti censuit [1]Muretus, accuratius. Haud ita tamen accurate tetigit omnia. Nam cum id quoque ad ista, quae indicauimus, simultatis argumenta putet accedere, quod Plato, [2]mentione facta de aliis omnibus, qui Socrati iam morituro adfuerunt, de Xenophonte ne verbum quidem addidit, omnino frustra esse videtur. Eo quippe tempore Xenophon non modo non adfuit, sed ne adesse quidem potuit; cum ex Asia nondum in Graeciam redierat. Socrates enim an. 1. Olymp. 95. [3]mortuus est: in Asiam vero Xenophon an. 4. Olymp. 94. ad Cyrum profectus est, nec nisi post elapsum anni vnius et trium mensium spatium inde [4]reuersus est. Quamuis autem Gellius, quaecunque Veteres de Xenophontis et Platonis simultate tradiderunt, mitiorem in partem interpretari atque eleuare conetur: tamen ex iis quae in eam rem adduximus testimoniis, abunde constat, inter eos non modo laudis aemulationem, sed et odium atque obtrectationem interceſſisse. At non inutiles illi gesserunt inimicitias, siquidem eae (vti [5]Veterum fert opinio) tot praeclarorum operum exstiterint causae: nec tam dedecori philosophiae studio scholaeque Socraticae fuerunt eorum dissensiones, quam gloriae, ex iis nata ingenii institutionisque optimae monumenta. Haec vtrique certe eam iure apud omnium seculorum posteritatem peperere atque paritura sunt laudem, quam alter alteri adeo non tribuit, vt etiam detrahere vellet. Sed haec hactenus: Nunc ad Xenophontis scripta veniamus.

II. De his autem ita differendum videtur, vt primum genus dicendi, quo vsus est Xenophon, intueamur, Veterumque de eo sententias exponamus; deinde, libros, qui supersunt, omnes enumeremus; postremo, ad hanc Cyri Historiam, prout instituti nostri ratio postulat, sigillatim expendendam redeat oratio.

[6]Hermogenes Tarsensis eum simplici siue tenui dicendi forma, multiplicique genere suauitatis, a simplicitate

1) Var. Lect. 5, 14.
2) In lib. qui inscribitur Φαίδων.
3) Laërt. II, 44.
4) Anab. l. 7. extremo.
5) Laërt. III, 34. Athen. l. II. c. 15. Hermog. de forma dicti. Xenoph.
6) De forma dict. Xenoph.

tate proficiscentis, vsum esse tradit. Ab eodem purus vocatur Xenophon et dilucidus, si quisquam alius. Ab [1]Aristide quoque Adrianaeo [2] et Dionysio Halicarnassensi in exemplum stili tenuis siue simplicis elegantissimi ac vere Attici proponitur. Vnus est Helladius apud [3]Photium, qui Nostrum Ατττικισμῷ νομοθέτην haberi vetat. Qua vero de causa, quoue ductus errore dicam ille Xenophonti impingit, [4] alibi notauimus. Rectius certe Phrynichus ille, [5] apud eundem Auctorem, Platonem, Demosthenem, Thucydidem, Xenophontem etc. esse normas Attici sermonis regulasque censet. At mihi quidem perperam iudicare videntur, qui stilum Xenophonti tenuem humilemque in vniuersum tribuunt: hoc enim quo minus passim vteretur, argumenti eum dignitas ([6] quippe quod pulchrum est et magnificum) impediebat. Argumenti autem siue materiae rationem sedulo Nostrum habuisse demonstrat crebra stili pro re nata mutatio. Lector vnusquisque fere nullo negotio deprehendet, res eum alias alia orationis exprimere forma, et personae, vt ita dicam, cuique reddere conuenientia. Adeo vt, cum de Cyro puerilem nondum aetatem egresso verba fiunt, ieuiculis interdum sententiis, iocis (prout istius fert genius aetatis) frigidioribus, excursionibus ad fabellas, verborum denique compositione tinnitum fere reddenti vtatur: eiusdem autem iuuenis iam facti oratio sit suauis, erecta, audax, liberalis; ludibunda nonnunquam etiam atque perurbana. Iam vero Cambysis orationem si respicias; pacatior est illa quidem, pressa, augusto quodam sanctitatis decore cohonestata. Cyrum vbique tanquam assiduum numinis cultorem repraesentat Xenophon: ideoque se ἦθος, quod Graeci vocant Rhetores, obseruasse, praeclaro monstrat indicio; cum Cyro, de morte instante monito, precationem tribuit, diuinum quiddam, et τοῖς ἔξω fere in omni memoria inauditum, spirantem. Eiusdem iam moribundi oratio, siue sententiarum grauitatem, siue pietatis erga numen, erga suos indicia, siue structurae rationem spectes, solida, sancta, elegans est adeo, vt nihil possit supra.

In

1) Art. Rhetor. l. 2.
2) Art. Rhetor. 2, 9.
3) Biblioth. p. 1590.
4) Addend. p. 672. col. 2. (p. 2.)
5) Biblioth. p. 326.
6) Dion. Halic. epist. ad Cn. Pompei.

In caeteris autem scriptis Xenophonteis (haec enim de Cyri historia seorsum monere libuit) naturalis inest, non fucatus, orationis nitor, tanta dulcedine atque venustate coniunctus, vt nunc [1] *Musa*, nunc [2] *Apis* Attica nominetur: nec mirum: cum, quod de Nestore Homerus adfirmauit, [3] ex eius ore melle dulcior manaret oratio: nec defuerunt, [4] qui Xenophontis ore Musas loquutas esse pronuntiarunt. In historia quidem scribenda, leuiore quodam sono vsus est, et qui impetum orationis non habeat; [5] vehemens fortasse minus, sed dulcis admodum. [6] Quid ego commemorem eius iucunditatem illam inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi? vt ipsae finxisse sermonem Gratiae videantur: et quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam.

[7] Dionysius Halicarnassensis Xenophontem pure, perspicue, clare loqui fatetur: addit etiam, eum suaui venustaque verborum compositione Herodotum ipsum antecellere: sublimitatis vero et magnificentiae laudem illi tribuendam ibidem negat. Qua in re parum sibi constat subacti vir limatique iudicii: quippe [8] in eodem libello Xenophontem in primis imitandum ait, tum morum tum suauitatis, tum magnificentiae gratia; nisi quis existimauerit Dionysium illo loco voluisse μεγαλοπρέπειαν in exponendis rebus historicis adhibendam; hic autem eam, quae in philosophicis rebus tractandis elucere solet.

In his autem stili Xenophontei laudibus deprehendisse mihi videor dicendi formam, quae vltra humilem tenuemue adscendit. Imo illum sublime nonnunquam satis spirare, et feliciter audere constat ex iis locis, quae olim a [9] Longino, a nobis iam in hoc opere laudata sunt. Quin et plura haud dubie sublimitatis venustatisque Xenophonteae Criticorum ille coryphaeus exempla protulit in libro eo deperdito, qui inscriptus est τὰ περὶ Ξενοφῶντος, cuiusque meminit in [10] libro περὶ ὕψους.

Quam

1) Laërt. II, 57.
2) Suidas.
3) Cicero ad Brut. 9.
4) Id. ibid. 19.
5) Id. de Orat. l. 2. c. 14.
6) Quintil. l. 10. c. 1.
7) De Prisc. Script. censura, c. 3.
8) C. 4.
9) Libel. de Sublim.
10) Sect. 8.

Quam vero ab ingenio multiplicique rerum vsu paratus ad Historiam scribendam accessit, tum ipsa, quae ad nos peruenere, testantur Opera, tum concordes virorum antiquioris aeui illustrium sententiae. [1]Isocrati certe visus est idoneus, cui historias scribendi munus iniungeret: a [2]Luciano vocatur δίκαιος συγγραφεὺς, i. e. *iustus* siue *idoneus* Historicus: ab [3]Eusebio Socratis ἑταίρων γνωριμώτατος [4]Dionysius etiam Halicarnassensis eum non modo propter pulchram, quam elegit, atque magnificam historiae materiam, sed etiam propter elegantem eius dispositionem, ac varia, quibus suam distinxit scripturam, ornamenta, summis ad coelum vsque laudibus efferendum suspiciendumque censet. His libet adiungere praeclarum [5]Eunapii de Xenophonte testimonium; qui eum ex omni Philosophorum numero, cum scriptis, tum factis, sapientiae studium expressisse; eundemque in rebus gerendis facile principem, exemplis praeeundo duces ac imperatores genuisse tradit. Apud [6]Dionem quoque Chrysostomum egregiis laudibus ornatus est Xenophon; eiusque librorum assidua mire commendatur lectio. Denique, cum alii quidem in alio siue vitae siue scripturae genere excelluerint; hanc sibi propriam fere laudem vindicat Xenophon, quod Philosophus, philosophiae praecepta tam vita quam stilo ornauit; quod Dux, res immortalitate dignas gessit; quod gestas immortalitati scriptis suis tradidit Historicus.

Quae vero ad nos Xenophontis peruenere scripta, iam recensere libet:

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ, de Cyri maioris ([7]interprete Cicerone) vita et disciplina libri 8. Quos quidem libros ([8]Cicerone etiam auctore) Scipio ille Africanus de manibus ponere non solebat. Diligenter quidem eosdem libros a proceribus Romanis lectos indicant non tantum loca Ciceronis modo laudata, sed etiam quod apud eundem sequenti ad Q. Fratrem [9]epistola legitur. Quae vero hac de Historia Veterum fuit et Recentiorum

1) Apud Phot. Bibli. p. 1455.
2) In libello de conscribenda hist.
3) P. E. 15, 61.
4) Epist. ad Cn. Pompei.
5) De vit. Philos. et Sophist. in prooem.
6) Orat. περὶ λόγου ἀσκήσ.
7) In Bruto c. 29.
8) Ad Q. Frat. 1, 8. Tusc. disput. l. 2. c. 26.
9) C. 2.

centiorum quorundam ſententia, qualiue nititur auctoritate, plenius ſuo loco ſumus expoſituri.

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ, de Cyri minoris expeditione aduerſus fratrem Artaxerxem an. 4. Olymp. 94. infeliciter ſuſcepta, libri 7. Ad imitationem huius Operis, Arrianus Nicomedienſis, Xenophon Iunior dictus, ſcripſit libros 7. ἀναβάσεως Alexandri M. Vtrum autem hiſtoria haec ab ipſo Xenophonte ſit conſcripta, an vero a Themiſtogene Syracuſano, [1] quidam olim dubitarunt. [2] Suidas eam Themiſtogeni tribuit; quocum ipſius Xenophontis auctoritas facere videtur. Hic enim initio l. 3. Ἑλληνικῶν Themiſtogenis iſtius mentionem facit, et hiſtoriam Κύρου ἀναβάσεως ab eo literis mandatam eſſe teſtatur. Dicendum eſt igitur, ἀνάβασιν Κύρου ab ipſo quidem Xenophonte conſcriptam, ſed ab eodem data opera Themiſtogeni adtributam fuiſſe. In hac autem eſt ſententia Plutarchus; cuius haec ſunt verba: [3] Ξενοφῶν μὲν αὐτὸς ἑαυτῷ γέγονεν ἱστορίκ, γράψας ἃ ἔπραττήγησε καὶ κατώρθωσε, καὶ Θεμιστογένη (ἔφη) περὶ τούτων συντετάχθαι τὸν Συρακόσιον, ἵνα πιστότερος ᾖ διηγούμενος ἑαυτὸν ὡς ἄλλον, ἑτέρῳ τὴν τῶν λόγων δόξαν χαριζόμενος. *Ipſe vero Xenophon ſuae ſibi hiſtoriae argumentum fuit, ſcribens res a ſe imperatore praeclare geſtas, hiſtoriamque earum a Themiſtogene Syracuſano literis mandatam eſſe adfirmat; gloriam ſcriptionis alii concedens, vt ipſe de ſe tanquam alio ſcribens facilius fidem inueniret.* Reſpicit hic Plutarchus ad locum illum Xenophontis, quem paulo ante notauimus. Plutarchi ſententiam confirmat [4] Tzetzes. Idcirco nempe Xenophon opus hoc ſub alieno potius quam ſuo nomine exire voluit, ne fidem eorum, quae ipſe de ſe in eo commemorauerit, poſteri ſuſpectam haberent. Porro [5] Laërtius, [6] Dionyſius Halicarnaſſenſis, [7] Athenaeus, [8] Lucianus, [9] Aelianus, [10] Strabo, [11] Cicero, [12] Heſychius, [13] Pollux, [14] Harpocration, [15] Ammonius, aliique plurimi Xenophontem hiſtoriae huius auctorem

1) Maſius in Ioſ. c. 2. Viſſerius in Annal. ad an. I. P. 4313. Aliique.
2) In v. Θεμιστογ.
3) De gloria Athen. Tom. 2. p. 345.
4) Chil. 7. hiſtor. 154.
5) II, 57.
6) Art. Rhet. 8, 11. et epiſt. ad Cn. Pompei. 4.
7) L. II. c. 15.
8) In Somnio p. 7.
9) Hiſt. V. l. 7. c. 14.
10) L. 8. p. 593.
11) De Diuin. l. 1. c. 25.
12) In v. Φοινικιστὴς et alibi paſſim.
13) Lib. 10. ſegm. 80, 138, 174.
14) In v. ἡμιολιασμὸς et alibi paſſim.
15) In v. ἀποδράγμ.

auctorem existimauere. Mihi quidem ipse stilus indicare videtur, germanum esse Xenophontis foetum. Quare minus audiendi sunt, qui hunc ab eo librum abiudicant, et Themistogenem verum eius auctorem esse contendunt. De eo quod in hoc opere prooemium nullum praemittat Xenophon, vide [1]Luciani libellum, qui inscribitur, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ, de rebus Graecorum libri 7. quos Thucydidis historiam annis 48. auxisse docet [2]Diodorus Siculus. [3]Petauius et [4]S. Petitus χρονικὰ quaedam ἁμαρτήματα in hoc opere se deprehendisse putarunt. Sed, vide quae contra vtriusque sententiam disputat Clarissim. [5]Dodwellus. Ait hic vtique nec hiatum inter Thucydidem ac Xenophontem intercedere, nec Xenophontem in annorum ratione hallucinatum; sed Olympiadum, Athenienſium Archontum, et Ephororum Lacedaemoniorum notationem Xenophonti additam esse ab aliena manu; quod obseruatum est etiam [6]Marshamo.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, de Republica Lacedaemoniorum: quem libellum ideo scripsit, vt gratiam penderet Lacedaemoniis, qui exuli incolendam dederunt partem agri Elei in Triphyliaco solo. Opus hoc Xenophonti nostro abiudicauit Demetrius Magnes, teste [7]Laërtio. I. [8]Pollux et [9]Longinus Xenophontem eius auctorem agnoscunt.

Insignis est in hoc libello locus, cuius sententiam tanquam frigidam et Xenophonte indignam reprehendit [10]Longinus. [11]Stephanus lectorem ad sua amandat Schediasmata; eique speciem dat acturi tam de lectione loci, quam de ipsius Longini iudicio. Schediasmata illa non gratuatus sum euoluere: euoluendo id vnum deprehendi, fidei minus constantem esse Stephanum. De loco vexato neque quidquam promittunt Leunclauius ac Aem. Portus, et tantundem proferunt. Tantos aemulari viros meum non

1) p. 358.
2) L. 13. p. 352. et L. 15. p. 504.
3) De Doctr. Temp. l. 10. c. 28.
4) Obseru. I, 12.
5) In Annal. Xenophont. et Dissert. 8. de Cyclis Lacon. sect. 19 etc.
6) Canon. Chron. saec. 16. capite, de prima Olympiade p. 459.
7) II, 57.
8) Lib. 6. segm. 142.
9) περὶ ὕψους sect. 4.
10) Ibid.
11) Ad p. 395. Oper. Xenoph. a se edit.

non est: nec libens contra Longinum steterim. Hic mihi tamen (quod praefiscine et saluo tanti viri iudicio dixerim) partim imprudentia peccasse, malo vsus codice Xenophonteo; partim κρίσιν parum sanam fecisse, videtur. Nam Xenophon, agens de modestia adolescentium Spartanorum, ait eos esse pudentiores quam τὰς ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένας, i. e. quam eas, quae sunt in thalamis, virgines. Sic enim legitur hic locus in omnibus Xenophontis codicibus, quos mihi videre contigit. Contra, Longinus hanc lectionem, tanquam Xenophonteam, adfert: αἰδημονεστέρας δ' ἂν αὐτὰς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων. Criticus hanc scripturam sequutus, ideo vtique Nostrum perstringit, quod lectorem ambiguo vocis παρθένος vsu ludere, eique duplicem vocis κόρη vim tribuere, videatur: cum tamen altero tantum huius sensu gaudeat illa. Ridet deinde Nostrum, quod de pupillarum verecundia loquatur: cum in oculis impudentia (secundum Homericum illud, ab eo citatum, Οἰνοβαρὲς, κυνὸς etc.) inprimis, ex eius mente, declarari soleat. Nollem hoc a tali viro dictum. Nam oculi sedes sunt pudoris; et pudor in oculis habitare dicitur. Itaque Xenophontis (etiam si Longini lectionem sequamur) ἐμφατικωτάτη mihi quidem videtur sententia; cum, quo egregium adolescentium Spartanorum pudorem exprimat, eos dicit pudentiores esse, quam ipsas oculorum pupillas, quibus pudor omnis continetur: quasi toti aeque prae se verecundiam ferrent, ac ea pars corporis, quam sedem pudoris natura constituit. Vide sis, quae Cl. Boiuinus ad Boilauianam Longini versionem notauit, cap. 3.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, de Republica Athenienſium libellus: in quo multa istius Reipublicae vitia colligit, et lectori ponit ob oculos. Eiusmodi tamen mala illa esse ostendit, quae ad statum popularem (a quo non recedendum sibi arbitrabantur Athenienses) tuendum fuere necessaria: quaeque adeo simul omnia tolli non potuerunt, nisi status ipse, cui inhaerebant, cum iis vna tolleretur. Si qua igitur omnino corrigenda essent, paulatim id fieri debere monet; hoc est, alia post alia per interualla corrigi, detrahi, mutari.

ΑΠΟΜΝΗ-

1) Athen. Lib. 13. cap. 2.

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ΣΟΚΡΑΤΟΥΣ, Commentariorum de dictis et factis Socratis libri 4. ad quorum imitationem Xenophon Iunior, siue Arrianus Nicomediensis, scripsit libros 4 ἀπομνημονευμάτων Magistri sui Epicteti. Quintum sane Διαλέξεων Epicteti librum, quas ab Arriano digestas ait, [1] citat A. Gellius. Nec defuere viri docti, qui quintum etiam librum Xenophonteis hisce ἀπομνημονεύμασι scil. eum, qui inscribitur Οἰκονομικὸς, addendum putarunt. Sed hac de re non est disserendi locus.

ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ, Apologia Socratis ad Iudices.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ φιλοσόφων, Conuiuium philosophorum. De iis quae aduersus temporum rationem in hoc libro finxisse Xenophon arguitur, vide Casauboni animadu. in Athen. l. 5. c. 17. Idem Athenaeus alia quaedam in Xenophontis conuiuio reprehendit, l. 5. c. 2.

ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ, Oeconomicus liber, quem se e Graeco in latinum conuertisse testatur [2] Cicero. Idem quanti ipse tum librum hunc, tum caetera Xenophontis aestimauit scripta, verbis his [3] significat: *Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt: quos legite, quaeso, studiose, vt facitis. Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur?* Ex versione illa, cuius meminit et [4] Hieronymus, seruauit quaedam [5] Cicero ipse; alia eiusdem fragmenta ex Prisciano, Donato, Columella, Macrobio collegit H. Stephanus, atque [6] Lexico suo Ciceroniano inseruit.

ΛΟΓΟΣ εἰς ΑΓΗΣΙΛΑΟΝ τὸν βασιλέα, de Agesilao rege libellus, de quo [7] Trogus Pomp. [8] Diodorus, [9] Nepos, [10] Plutarchus, et alii. De hoc libro praeclare [11] Cicero: *Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Vnus enim Xenophontis*

1) N. A. l. 19. c. 1.
2) Offic. l. 2. c. 24.
3) Cat. mai. c. 17.
4) Adu. Rufin. l. 2.
5) Cat. mai.
6) p. 44-49.
7) Iust. dib. 6. c. 4.
8) Lib. 15. p. 350.
9) In vita.
10) In Pompei. p. 663.
11) Epist. ad Fam. 5, 12.

*phontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium statuasque superauit.* Eiusdem meminit etiam, 1. ad Q. Frat. 1, 2. Qua de causa libellum hunc scripsit Noster, indicat [1] Themistius: Ἀγησίλαον δὲ οἶδα τὸν βασιλέα τῆς Σπάρτης ὅτι Ξενοφῶν ὁ Σωκράτης ὁμιλητὴς ἐκ ὤκνει ἐπαινεῖν, καὶ ἀμείβεσθαι μακρῷ βιβλίῳ, ἐπειδὴ αὐτῷ νέμεσθαι διεπράξατο χωρίον τι μεταξὺ Ηλιδος Αρκαδίας, καὶ ἐ πόρρω Σκιλλοῦντος, ἐν τῇ Φυγῇ.

ΙΕΡΩΝ ἢ ΤΥΡΑΝΝΟΣ, Dialogus Simonidis cum Hierone primo, docens miseram esse prae priuatis Tyrannorum conditionem: et quae facienda sint Tyrannis, vt minus miseri sint, et a sibi subiectis non diligantur, sed amentur.

ΠΟΡΟΙ ἢ ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΟΔΩΝ, rationes redituum siue de prouentibus, argentifodinis et vectigalibus terrae Atticae; de commerciis etiam promouendis, et augendis Reipublicae reditibus atque ciuibus.

ΠΕΡΙ ΙΠΠΙΚΗΣ, de re equestri: in hoc libello Xenophon testatur se scribere, quae [2] Simon in suo de equitatu libro minus perfecte tradiderat.

ΙΠΠΑΡΧΙΚΟΣ, de praefectura siue disciplina equestri, ad filium, equitum Athenis praefectum.

ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ, de venatione. [3] Themistius nonnihil ex hoc Xenophontis maioris libro laudans, Auctorem vocat *τὸν πάντα σοφὸν*. Quae vero Auctor praetermisit, suppleuit Xenophon iunior, siue Arrianus Nicomediensis, in libro eiusdem argumenti.

Quaedam EPISTOLARVM Xenophontis fragmenta, a [4] Stobaeo seruata. Locum ex epistola ad Aeschinem profert [5] Eusebius. De aliis epistolis Xenophonti tributis et a Leone Allatio editis, vide quae notauit vir doctissimus, optimeque de re literaria meritus [6] A. Fabricius.

Dialogum etiam Platonis, qui inscribitur ALCIBIADES SECVNDVS, opus Xenophonteum esse [7] quidam existimarunt.

Praetereo

1) Orat. 2. p. 27. edit Hardu.
2) Vide Suidam ad v. Ἔνυρις, τρίλλη, Κίμων, et quae Cl. Kusterus ad vltimam notauit: et Meurs. Bib. Atticae pag. 1461.
3) Fabr. Bib. Graec. lib. 3. c. 4.
4) Serm. 120.
5) P. E. lib. 15. c. 12.
6) B. G. l. 2. c. 10. §. 35.
7) Athen. l. 11. c. 15.

Praetereo libellum Xenophontis noſtri nomini ſuppoſitum ab Annio Viterbienſi, qui inſcribitur AEQVIVOCA.

Xenophontis ſcriptis annumerantur etiam libri περὶ ἀληθείας, et Ρητορικαὶ τέχναι: quos [1] I. Pollux laudans, ſpuria ea videri ait opera et alius patris. Vide quae Cl. Iungermannus ad locum notauit. [2] Suidas noſtro tribuit etiam βίας φιλοσόφων: quem tamen falſum eſſe, atque parum Laërtii accepiſſe verba, merito contendit [3] Cl. Ionſius.

[4] Laërtius ait Xenophontem ſcripſiſſe βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα: deinde enumerat ſolos illos libros, qui hodie exſtant: et ſane illi proxime accedunt ad numerum quadrageſimum, ſunt enim 37. exceptis epiſtolis.

[5] Menagius quatuordecim ſolum ſupereſſe perperam ſcripſit: neque enim (vti recte monuit Clariſſ. [6] Fabricius) Cyripaediam pro vno, ſed pro octo computauit libris Laërtius; atque ita in aliis. Neque valde audiendus Suidas, qui ex Laërtii loco obiter inſpecto, Xenophonti tribuit libros plures quam quadraginta.

Haec de ſcriptis Xenophonteis generatim; quibus ne diutius immoremur, monet inſtituti noſtri ratio, ad Cyripaediam plenius intuendam excutiendamque nos iam reuocantis.

III. Vetus opinio eſt iam vſque a Platonis ducta tempore, Xenophontis praeſtantiſſimum hoc opus fabuloſe conſcriptum eſſe. Sententiam de eo ſuam his quidem verbis aperuit [7] Plato: Μαντεύομαι δὴ νῦν περί γε Κύρε, τὰ μὲν ἄλλ' αὐτὸν στρατηγόν τε ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολιν· παιδείας δὲ ὀρθῆς ἐκ ἦφθαι τοπαράπαν· οἰκονομίαν τε ἐδὲν τὸν νεῦν προσεσχηκέναι, etc. [8] Laërtius hunc locum reſpiciens ait, a Platone in legibus Cyripaediam πλάσμα i. e. *commentum*, nominari. Platonis illa verba citat etiam [9] Athenaeus, cum de ſimultate, quae Xenophonti cum Platone intercedebat, mentionem facit. Quin et ex mente [10] Ciceronis, Platonis forſan auctoritatem ſequuti, *Cyrus*



1) L. 6. Segm. 143.
2) Ad v. Ξενοφῶν.
3) Hiſtor. Philoſ. l. 1. c. 7.
4) II, 56.
5) Obſeru. ad l. 11. ſegm. 56.
6) B. G. l. 3. c. 4.
7) Lib. 3. de legib. p. 694. edit. Steph. Athen. lib. 11. cap. 15.
8) III, 34.
9) L. II. c. 15.
10) 1. Epiſt. ad Q. F. 1, 8.

*ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate commungitur.* Ac similiter [1] Ausonius: *Vellem*, ait, *si rerum natura pateretur, Xenophon Attice, in aeuum nostrum venires; tu qui ad Cyri virtutes exsequendas votum potius quam historiam, commodasti; cum diceres, non qualis esset, sed qualis esse deberet.* Quid commemorem [2] Ios. Scaligerum, D. Petauium, [3] Sethum Caluisium, [4] Ger. Vossium, aliosque complures; qui vel Auctorum, quos modo citauimus, testimoniis, vel proprio (cui nimium certe credidere) iudicio freti, Cyripaediam aretalogorum fabulis annumerarunt. Vellem eruditissimi viri testimonia Veterum illa diligenter expendissent; atque mentibus circumspexissent, num quid ad eleuandam historiae Cyri Xenophonteae fidem valuerint. Quod ad Platonis testimonium attinet, esse illud quidem haud magni pendendum ipsa docet, is qua vtitur, loquendi ratio. Quid enim? estne adeo diuinus Plato, vt ei etiam μαντευομένῳ, (incipit enim μαντεύομαι etc.) i. e. coniecturas atque suspiciones, tanquam vaticinationes nescio quas, proferenti fides sit habenda? Imo vero quamuis plane aperteque suam illam de Cyropaedia sententiam protulisset Plato, merito quis tamen eius, de Xenophonteo loquentis opere, suspectam habuerit auctoritatem. [5] Is quippe fidei parum sincerae apud Socraticos opinione laborabat; neque Xenophon tantum, sed et [6] Socrates ei vitio vertebat, quod multa temere effutiret atque ad libidinem fingeret: atque adeo mirum non est, si [7] Xenophontis laudes iniquis suspicionibus extenuare niteretur.

Vt autem ex illo Platonis loco id tantum colligi potest, istum aliter atque Xenophontem de institutione siue disciplina Cyri sensisse; ita satis magno argumento esse debet, fundamentum huius historiae praeclare atque ex fide iactum esse, cum ne suspicionibus quidem atque coniectura Plato, quamuis fuerit ad cauillationem proclivis, ad id se coarguendum paret.

Ciceronis

1) Panegyr. ad Gratianum.
2) In animad. ad Euseb. et in prolegom. libri de emendat. Tempor.
3) Isag. Chronolog. cap. 26.
4) De histor. Graec.
5) Xenophon epist. ad Aeschin. Athen. l. 11. c. 15.
6) Laërt. III, 35.
7) Gell. 14. 3.

Ciceronis de hoc opere iudicium passim laudant Xenophontis aduersarii. Vellem eius attente verba legissent, priusquam eum a se stare dixissent. Haec enim mihi quidem legenti videtur Cicero de indole moribusque, quos Cyro tribuit Xenophon, non de Historia ipsa siue rerum gestarum expositione, loquutus: id quod, opinor, liquet ex istis Ciceronianae sententiae partibus: — *cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur.* Pergit: *Nullum est enim praetermissum in iis officium diligentis et moderati imperii.* Cyrus vtique Ciceroni visus est imperator omni laude cumulatus adeo, vt virtutes plerasque, quibus eum ornauit Xenophon, a philosophi potius ingenio profectas esse, quam in vita principis eluxisse, putaret. At quali Cyrus reuera fuit indole, quibusue moribus, infra dicendi locus erit. Nostras sane ad partes defendendas satis est, Ciceronem de illis, non autem de rebus gestis, nostra quae exponuntur Historia, loquutum monstrasse. De Ausonii verbis quid statuendum sit, ipse iam, opinor, me tacente, Lector intelligit.

Multa quidem virorum recentioris aeui doctissimorum nomina commemorare liceret, qui aliter hac de Cyri Historia, atque Auctores prius memorati, senserunt; quique adeo Xenophontem ex fide scripsisse putarunt. In his (vt aliis nominandis temperem) sunt [1] Vsserius, [2] Dupinus, [3] Bossuetus, [4] Prideauxius. Quibus omnino annumerandus est Cl. Charpenterius; quem nisi intercepissent fata, eruditam haud dubie hoc de libro [5] Dissertationem, quam se editurum pollicitus est, nobis fuerit videndi copia. Pluribus adducendis nominibus supersedendum est: neque enim veri amantis est se ad alicuius auctoritatem temere conferre; et testimonia adpendenda potius, quam numeranda, censemus. Itaque missis ambagibus, ipsam Cyripaediae materiam intueamur, tripartitam eam, quam primo proposuimus, diuisionem sequuti: atque adeo paucis praemissis 1. de Disciplina Institutisque Persicis; 2. de monitis tam ad mores quam



1) In Annal.
2) Biblioth. Vniu.
3) Histor. Vniu.
4) Connex. V. et N. T.
5) Cuius spem praebuit in Praefat. ad Vers. suam Gallic.

ad rem militarem ſpectantibus; 3. ad ortum tandem, res geſtas, mortemque Cyri reuertamur.

Cum autem in exponendis Perſarum moribus inſtitutiſque multus ſit Xenophon; ea omnia, quae de iis tradidit, peculiari Diſſertatione recenſere, atque teſtimoniis quae caeteri ſuppeditarunt Auctores confirmare viſum eſt. Iſtam igitur Diſſertationem, hanc quae ſtatim excipit, adeant velim ii, qui fidem Xenophontis diligentiamque probe perſpectam habere cupiunt.

Quod vero ad crebra attinet monita, huic quae paſſim Hiſtoriae inſeruit Auctor; ea forſan, ſi ad mores ſpectent, Xenophonti Philoſopho; ſin ad rem militarem, Duci, accepta referre debemus. In libro certe de dictis factiſque Socratis, haud pauca reperire eſt loca, vbi Socrates eadem tradit praecepta, quae in hoc Opere, neque adeo diſſimili modo expoſita, occurrunt. At nihil abſurdi ſane vel quod ſit incredibile plane memoratu de his prodidit Xenophon in colloquiis orationibusue; cum Perſarum veterum notiſſima ſit ſapientia, et eos lepidis eiuſmodi ſermonibus, quales Noſter eis tribuit, inter ſe vſos eſſe teſtetur [1] Plutarchus. Orationes autem et epiſtolas, quarum Cyaxarem, Cyrum, alios interdum praedicat auctores, ad libidinem finxiſſe Xenophontem et ornaſſe, nihil noui eſt: haud enim quiſquam, opinor, inficias ibit, caeteros fere omnes antiquos Hiſtoriae ſcriptores eandem ſibi artem ingeniumque oſtentandi licentiam vindicaſſe. Porro apud Perſarum reges copias in aciem educturos, de fortitudine diſſerendi conſuetudinem inualuiſſe [2] Serinus auctor eſt: proinde, Xenophon adeo non falſi quid aut abſurdi ſupponit in iis, quibus Cyrum vſum facit, orationibus, vt dum ad principis iſtius indolem virtuteſque, tam ad communem hominum Perſica de gente opinionem eas accommodaſſe videatur.

Quamuis autem Perſarum gens bellica floruerit laude, Xenophontem tamen in tradendis pleriſque de re militari praeceptis, propria nixum eſſe peritia, aſſiduo bellorum vſu comparata, nullus dubito. Sed hic etiam haud eſſe, cur quis fidem eius deſideret, in altera mox Diſſertatione, vbi de diſciplina Perſarum militari nobis agendum

1) Sympoſ. l. 2. q. 1. 2) Stobae. ſerm. 42.

agendum erit, videbimus. Iam ad ipsum Historiae fundamentum, atque adeo ortum, res gestas, mortem Cyri intuendam progredior. Quo vero dilucide perspicueque magis ista disputationis meae capita expediam; primum singula, prout ea Xenophon exposuit, ordine quidem, paucis tamen, percurrere: deinde, quae ab aliis Historicis iisdem de momentis tradita sunt expendere, et cum Xenophontea narratione conferre, libet. Sic itaque Xenophon:

„[1] Cambyses, Persarum rex, in matrimonium duxit „Mandanem, Astyagis, Medorum regis, filiam; ex qua „Cyrum suscepit, [2] tam pulcherrima corporis forma, „quam egregiis animi virtutibus, ornatum. [3] Hunc „Cambyses a puero Persicis institutis, eo quae tempore „non sine summa viguere gloria, erudiendum curauit. „Cum duodecim iam amplius annos haberet, eum ad „Astyagem secum vna perduxit Mandane: et apud auum „quidem aliquot annos commoratus est Cyrus. [4] Inter„iecto deinde tempore, moritur Astyages: in cuius lo„cum filius eius Cyaxares regno succedit.

„[5] Rex autem Assyrius, cuius imperio parebant gen„tes pleraeque finitimae, consilium de redigendis sub „potestatem suam Medis Persisque iniuit. Misit itaque „ad omnes sibi subiectos, ad Croesum etiam Lydorum „regem, ad Cappadocas, Phrygas vtrosque, Caras, Pa„phlagonas, Indos et Cilicas, legatos, qui Medos Persas„que apud eos maledictis insectarentur: quorum com„plures partim muneribus, partim adlatis ab Assyrio „criminationibus adducti, societatem cum eo coeunt. „Cyaxares, cum sibi periculum a tot tantisque gentibus, „iam foedere iunctis, instare sentiret, qui a Cambyse Per„sisque peterent auxilia, mittit. Exercitum hi statim „colligunt, Cyrumque ei, vti rogauerat Cyaxares, prae„ficiunt. Cyrus ad bellum iam omni studio coepit in„cumbere: [6] redactisque suam sub potestatem Armeniis „Chaldaeisque, in [7] Assyriam ducit exercitum, [8] cum „Assyrio dimicat, secundoque proelio vtitur.

Mox



1) Κύρου παιδ. p. 6. (p. 6.)
2) p. 7. (6.)
3) p. 7. (6.) et 18. (17.)
4) 57. (49.)
5) p. 58. (49.) et seq.
6) p. 170. (143.) 199. (167.) et seq.
7) p. 216. (181.)
8) p. 232. (195.) et seq.

„Mox [1]Hyrcanii, deinde [2]Gobryas [3]et Gadatas „se Cyro dedunt. Cyrus Assyrium, qui [4]in Lydiam se „subduxerat, bello persequitur: [5]capit Sardes et Croe„sum Lydorum regem: postea [6]Caras, [7]Phrygas, Cap„padocas, Arabas sub imperium suum subiungit. Tan„dem, rebus vbique feliciter gestis, ditionique suae ad„iectis Croeso Lydisque, et omnibus fere Asiae minoris „incolis, Babylonem, vrbium Asiaticarum eo tempore „principem, obsidione cingit atque capit.

„Quamuis autem diuturnum hoc Cyrus bellum ad„ministrauerit, Cyaxari tamen auunculo suo, penes quem „summum erat imperium, potestatem suam acceptam re„ferebat. [8]Huius, qui nullum virilis sexus genuerat, „cum Cyrus filiam in matrimonium duxerat, regnum „Medorum in dotem accepit. Itaque mortuis Cyaxare „auunculo suo soceroque et Cambyse patre, regna Me„dorum et Persarum etiam ad Cyrum descendunt: atque „adeo partim successionis ordine, partim armis victrici„bus totius fere Orientis imperium adeptus est. Iam „vero fundamentis imperii, annalium tam sacrorum quam „prosanorum monumentis celebratissimi, praeclare iactis, „[9]sedes sibi incolendas elegit, Babylonem, hyeme; vere, „Susam; vigente aestate, amplissimam Mediae maioris „vrbem, Ecbatana. Exinde vitam placide magnificeque „degit, admirabiliter adeo sapienterque omnia admini„strans, vt non tantum rebus gestis, sed et consilio, vir„tute, gloria principes facile omnes anteiret. [10]Septima „iam vice, ex quo imperium obtinuerat, Persiam profe„ctus, ibi vitam, summam adeptus senectutem, filios ami„cosque egregie multa hortatus, cum morte commuta„vit." Perbeatus certe, si quis alius, rex; qui in amplissimo imperio, cum et summis honoribus, et rerum gestarum gloria floreret, eum vitae cursum tenere potuerit, ea domi militiaeque virtutis ediderit specimina, vt vel in bello secundis vteretur proeliis, vel in otio cum dignitate esse posset.

Vidimus

1) Pag. 248. (208.) et seq.
2) p. 306. (255.)
3) p. 351. (293.)
4) p. 416. (348.)
5) p. 493. (412.) et seq.
6) p. 510. (426.) et seq.
7) p. 517. (432.)
8) p. 631. (526.) et seq.
9) p. 645. (539.)
10) p. 646. (540.)

Vidimus iam quae de Cyro narrauit Xenophon: sunt-que ea omnia sane ita ad veri similitudinem composita, vt vix satis mirari possim, tam acerbe vehementerque, ne dicam temere, viros quosdam recentioris aeui doctrina conspicuos, in Xenophontem, tanquam nugatorem splendide mendacem, inuectos esse. In ipsa certe rerum, quas modo summatim exposuimus, serie, nihil est inepti atque absurdi, nihil non simplicis veritatis amico cultoreque dignum. Vidimus etiam quid de testimoniis ex Platone et Cicerone adlatis responderi debeat; nec non res alias, de quibus disceptari solet, attigimus. Ex quibus omnibus nihil ad elevandam Historiae Xenophonteae fidem colligi posse monstrauimus. Aliorum itaque Historicorum, qui Cyri vitam atque res gestas literis mandarunt, quorumque potissimum auctoritate nixi sunt Xenophontis aduersarii, monumenta iam excutiendi locus est.

IV. Ex iis autem non est cur quenquam, praeter Herodotum et Ctesiam, adpellemus: cum Diodorus Siculus, Trogus Pompeius, siue Iustinus, eius qui Historiae fecit epitomen, aliique, neque omnia memoratu digna tetigerint, et Herodotum Ctesiamque passim fuerint sequuti. Paucis igitur accipe, quae de Cyro memoriae prodidit Herodotus:

„ [1] Astyages, Medorum rex, filiam habuit, nomine „ Mandanem: quam, cum visum illi dormienti, ex quo „ mirifice de ea factus est solicitus, obiectum fuerat, non „ Medo cuiquam natalibus claro, eamue digno qui vxo„ rem duceret, sed Persae cuidam nomine Cambysi, qui „ honesto quidem loco natus erat, at ingenio ad rerum „ aliquid nouarum moliendum minime procliui, collo„ candam apud animum statuit. [2] Eodem quo filiam an„ no Cambysi collocauerat Astyages, altera motus est „ visione, per quam vitis imago, ex filiae locis enatae, cu„ iusque palmite omnis Asia obumbraretur, animo eius „ repraesentata erat. Hanc cum visionem ad somniorum „ interpretes retulisset, ex filia nepotem ei futurum, qui „ eius vice regium munus administraret, illi respondе„ runt. Filiam Astyages, eius cum prope partus instaret, „ Persia ad se arcessit: atque infantem, vt primum natus

 „ est,

1) Herodot. lib. 1. cap. 107. 2) c. 108. Iust. lib. 1. c. 4.

„ eſt, Harpago, regis amico et arcanorum participi, occi-
„ dendum dari curat. [1]Harpagus, tradito ei puero, do-
„ mum ſe contulit; ibique habita de crudelibus regis
„ mandatis deliberatione, ea quidem ipſi minime per-
„ agenda iudicauit. [2]Itaque Mitradatem, regii pecoris
„ paſtorem, ad ſe ſtatim arceſſit; eique puerum ibi ex-
„ ponendi, vbi quam ocyſſime periret, munus iniungit.
„ Vxorem habuit Mitradates, cui nomen erat Spaco:
„ (vox autem haec idem apud Medos ſonat, ac apud
„ Graecos, Κύων, apud Latinos, *canis*) [3]quae forte pue-
„ rum iam tum, cum Cyrum ille domum ad ſe adduceret,
„ mortuum pepererat. His ſtatim viſum eſt, partum il-
„ lum mortuum, alterius pueri cultu ornatum, in montem
„ aliquem maxime deſertum aſportare atque ibi relin-
„ quere, regium autem nepotem pro filio paſtoris edu-
„ care. Huius pueri fuit mirifica virtutis indoles: [4]cum-
„ que decem annos natus eſſet, rex inter ludentes pueros
„ delectus eſt. Itaque iam ſe pro rege gerit: atque adeo
„ filium Artembaris, viri inter Medos clari, quod eius
„ imperata non faceret, verberibus aſperrime caſtigat.
„ Ab Artembare querela regi delata eſt, indignante a
„ ſerui regii filio ingenuos homines ſeruilibus verberibus
„ affectos. Aſtyages Cyrum ad ſe arceſſit, atque, Tune,
„ inquit, ignobili adeo loco nate, huius tanti viri filium,
„ tam inclementer indigneque tractare auſus es? Cui
„ puer, [5]Quod feci, here, iure factum eſt: rex quippe
„ delectus eram, et caeteri omnes, praeter hunc vnum,
„ dicto mihi audientes erant: idcirco poenas pendit.
„ [6]Aſtyages admiratus eſt pueri geſtum, conſtantiam, vul-
„ tumque, quem genus ſuum referre putabat; recorda-
„ tus eſt ſimul temporis, quo nepotem Harpago expo-
„ nendum tradiderat, atque cum aetate pueri congruere
„ vidit. Itaque ſuſpicione repentina perculſus, et bubul-
„ cum de puero percontatus, veritatem tandem ei ex-
„ torſit. [7]Ibi quidem ira diſſimulata, ſalute pueri gau-
„ dere ſe aiebat: quare, inquit, Harpage, (hic enim tum
„ coram aderat) quod puerum ad me incolumem rece-
perim,

1) Herod. c. 109.
2) c. 110.
3) c. 112.
4) c. 114.
5) c. 115.
6) c. 116.
7) c. 118.

„perim, diis seruatoribus sacra facere cum animo statu-
„tum habeo, atque adeo filium tuum huc mittas velim,
„ipseque mihi ad coenam adsis.

„Harpagus, quem vnicum habuit filium, tredecim
„circiter annos natum, haud sine laetitia mittit ad Astya-
„gem. Astyages eum interficiendum curat, epulandum-
„que patri tradit. Huic, cum inter coenandum interro-
„gatus, epulisne hisce oblectatus esset, respondisset, valde
„se oblectatum esse, tandem rem omnem indicat. Harpa-
„gus, quamuis se filii sui carnem comedisse iam perspe-
„ctum haberet, nullum tamen vel doloris vel irae prae-
„sentis indicium edidit. [2] Astyages autem, quod Cyrus
„vitam adhuc ageret, neque a suspicione vacuus erat,
„neque ab omni prorsus solicitudine suum potuit ani-
„mum abducere. Magos in consilium adhibenti respon-
„sum est, Omnia iam euenisse, quae somniorum visa por-
„tenderant; Cyrum regis adeptum esse nomen; nihilque
„adeo sibi ab eo esse periculi. Haec cum audisset Astya-
„ges, [3] Cyrum ad parentes suos, apud Persas degentes,
„mittit. Hic cum esset Cyrus, de bubulco eiusque prae-
„cipue vxore, a qua fuerat educatus, honorifice multa
„praedicare solebat. Ex nominis autem, illi quod erat
„inditum mulieri, significatu rumor ortus est, a cane
„nutritum fuisse Cyrum.

„[4] Harpagus, memor vsque filii morte indigna per-
„emti, secum assidue meditatus est, quo se pacto de ne-
„fandae caedis auctore vindicare posset. Itaque cum
„Cyro, qui iam egregia sui dederat specimina, per literas
„agit; viri apud Medos cuiusque primarii tentat ani-
„mum, ad Astyagem regno exuendum solicitat, atque vt
„Cyrum in eius locum substituerent, hortatur. Cum iam
„ei omnia praeclare instructa esse consilia viderentur,
„Cyro auctor est, vt Persas aduersus Astyagem excitaret.
„[5] Iis itaque a Cyro coactis armatisque, [6] Harpagum (qui
„tam consilia quam odia occlusa adeo habuerat, vt sus-
„picione prorsus careret) exercitui, quem ad reprimen-
„dos Persarum impetus erat emissurus, praeposuit Astya-
„ges. Ille in aciem progressus, vbi Cyri copias conspe-
„xisset,

1) c. 119.
2) c. 120.
3) c. 121 et seq.
4) c. 123.
5) c. 125.
6) c. 127.

„xisset, ad eum statim cum Medis consilii sociis transibat: „reliqui in fugam se coniiciunt. [1]Astyages alterum ex„periri certamen ausus ab hoste viuus capitur, amissis, „quos eduxerat, Medis. [2]Atque hoc tandem modo Cy„rus imperio Persarum ac Medorum potitus est. [3]De„inde Sardes, ac Babylonem capit, maximamque Asiae „partem in ditionem suam redegit. Postremo, [4]bellum „pugnacissimae Massagetarum genti, haud procul mari „Caspio sitae, inferendi consilium iniuit.

„Erat autem eo tempore Tomyris Massagetarum „regina: quam Cyrus primo quidem se in matrimonium „ducere velle simulabat. At illa rata non tam vxorem, „quam regnum, expeti, eum aditu ad se prohibuit. Ita„que Cyrus, dolo quod efficere non potuit, vi adgressus, „infesto cum exercitu Massagetarum inuasit regionem. „Tomyris adeo non pugnam detrectat, vt ei liberum „permittat, vel amne Araxe traiecto, tridui iter in re„gionem suam facere, quo pugnam ibi tandem commit„terent; vel paulisper commorari, dum ipsa, eodem „amne traiecto, tot dierum iter in eius regionem face„ret, vt ipsos intra Persici imperii fines proelio cum eo „dimicaret. [5]Cyrus, Croesi, qui tum aderat, consilio „parens, rogat, vt illa pedem cum exercitu referret, dum „Araxem ipse transiret, et in Massagetarum regionem „penetraret. Itaque Tomyris, pro conditione Cyro ob„lata, retro concedit.

„Cyrus, cum iam in Massagetarum regionem vnius „iter diei feciſſet, inuentum (Graeci quod στρατήγημα ad„pellant) hoc adhibuit: Castra sua commeatuum copia, „vino praesertim, instruenda curat; [6]deinde, manu mili„tum, qui castris praesiderent, ex suorum numero iner„tissimorum relicta, ipse cum reliquis copiis Araxem re„petit. Mox tertia pars Massagetarum exercitus Persa„rum adoritur castra; deuictisque, qui in iis stationem „agebant, militibus, epulis statim, quas apparatas con„spexerunt, accubuere; tandem cibo vinoque onusti „somno se dedere. Somno oppressis Persae superuenien„tes

1) c. 129.
2) c. 130.
3) c. 84. et 191.
4) c. 204. et seq.
5) c. 208.
6) c. 211.

„tes multos occidunt, longe plures viuos capiunt, in his „Spargapiſen, reginae filium.

„[1] Tomyris hac clade grauiter commota, Cyrum, „copiis ſuis coactis, adorta eſt; cum acerrime pugnare„tur, Maſſagetae tandem ab hoſtibus victoriam reportant; „compluribus Perſis, Cyroque adeo ipſo, occiſis. Pugna „pugnata, Tomyris cum vndique conquirendo Cyri tan„dem cadauer inueniſſet, caput eius amputatum in „vtrem humano ſanguine repletum coniici iubet; quo „facto, iacenti inſultans ait: *Ego te ſanguine ſatiabo.* At„que hoc modo vita ceſſit Cyrus, cum iam nouem et „viginti regnarat annos. Alii quidem alia de morte eius „referunt; ipſe, quae fidem potiſſimum mereri viſa ſunt, „de ea commemoraui." Haec fere de Cyro Herodotus: ad ea iam, quae Cteſias tradit, oratio proficiſcitur.

Integra quidem, quam is de rebus Perſicis conſcripſit, Hiſtoria, ad nos non peruenit: at ex ea quaedam excerpta ſeruauit [2] Photius, in quibus Cyri vitam ita depingit: "Cyrus Aſtyagem cognatione non attigit. Hic „autem cum Ecbatana, quo Cyri manus vitaret, ſe con„tuliſſet, ibi captus et compedibus vinctus eſt; quibus, „nec ita multo poſt, eum liberauit Cyrus: ac eundem „deinde, non ſecus ac ſi pater eſſet, obſeruauit. Aſtyagi „erat filia, nomine Amytis; quam Spitamas quidam in „matrimonio habuit. Hanc Cyrus primo quidem, tanquam „matrem, in honore habuit: idem inuenta tandem cauſa, „qua Spitamam interficeret, eam ſibi vxorem adiunxit.

„Bactrianis mox bellum molitur, qui ei ſe ſponte „dedunt. Cum Sacis etiam bellauit, atque regem eorum „Amorgem capit. Huius vxor, nomine Sparethra, cum „maritum eſſe captiuum ſenſiſſet, trecentis virorum, mu„lierum ducentis millibus contractis, Cyrum adorta eſt; „viuumque eum cepit cum aliis perquam multis. Hos „omnes illa quidem, quo maritum in libertatem vindica„ret, liberauit. Cyrus deinde Sardes cepit et Croeſum.

„Aliquot poſt annis, Cyrus atque Amytis eius vxor „Aſtyagem, qui inter Barcanios degebat, videre cupiunt. „Itaque Cyrus Petiſacam, qui apud ſe plurimum valebat, „ad eum adducendum mittit. Petiſacas, ſceleſti conſilii „auctore

1) c. 214. 2) Bibli. p. 107.

„auctore Oebara, Astyagem in deserta quadam reliquit „solitudine, vbi fame sitique confectus diem obiit supre„mum. Cadauer autem eius feris intactum erat; quippe „quod leones, vsque dum eo reuersus Petisacas id aufer„ret, custodirent. Tandem humo magnifice mandatum „erat.

„Postremo, Cyrus bellum aduersus Derbices suscepit. Hi cum quidem fortissime sese aliquandiu defen„dissent, tandem in Cyri ditionem erant redacti. At fu„nesta tamen ei fuit initae cum istis pugnae dies: nam „equo deiectus, ab Indo quodam inflictum femori vul„nus accepit, ex quo triduo post mortuus est: regno „Cambysi filio natu maximo delato, tributoque Tanyo„xarci regionis Bactrianae, Parthiae, Carmaniae, nec non „Choramniorum imperio. Quin etiam ipsos ad amici„tiam mutuo colendam hortatus est. Fato autem functus „est, cum iam annos triginta regnasset." Haec Ctesiae nobis fragmenta suppeditarunt.

Iam vero breui omnia, in quibus nonnihil ad illustrandum dissertationis meae argumentum fuerit momenti, quaeue de celeberrimo Persarum rege tres insignes Historici literis mandarunt, (tot scilicet de eodem illo viro varias maximeque diuersas inter se narrationes) complexus; vt expendam modo quae ex Herodoti Ctesiaeque annalium monumentis adtuli, ostendamque deinde quibus de causis Xenophonti potius quam illis fides sit habenda, restat. Et ipsas quidem si quis rerum, quas Auctores exposuerunt isti, series circumstantiasque (quia περιστάσεις dicere aliter non possumus) animo attentiore paulo atque ab omni opinione praeiudicata vacuo lustraverit, haud, opinor, diu incertus erit, ad cuius potissimum auctoritatem sese conferre debeat. Sed cum multorum eo inclinare soleant sententiae, vt Herodoto potius quam Xenophonti credendum statuerent; age nunc, vtrum ille ita de Cyro scripsit, vt, Nostro posthabito, fidem vnice mereatur praecipueue, dispiciamus.

Faretur Herodotus. praeter eam, quam ipse sequutus est, rerum ad Cyrum spectantium expositionem, triplicem esse earundem exponendarum rationem. Neque vero

1) Lib. 1. cap. 95.

vero tantum quod ille perhibet testimonium, aliis a se dissentiendi locum dat Historicis; sed et ipsa, quam sibi potissimum scriptura persequendam iudicauit, narratio, ad aliam quandam aequos rerum aestimatores iudicesque requirendam excitare debet. Nam si quis ea, quae in hac eius Historiae parte narrat, studiose intuebitur, orationem eius non modo non cohaerentem, sed et παραδοξοτάτοις, et a verisimilitudine alienissimis refertam esse deprehendet. Vt autem ita meum apud animum statuerem, nec eius leuandae auctoritatis, nec defendendi Xenophontis nimium me adduxit studium. Quae dixi, temere non esse dicta, docebo iam exemplis:

Ait Herodotus, visum quoddam Astyagi dormienti obiectum, in tantum eum metum de futura filiae suae sobole coniecisse, vt illam non Medo, tali vxore digno, sed Persae cuidam nobili, collocaret. Egregium sane narrationis huius exordium! Astyagi scilicet metum incutit futura filiae suae soboles; at ea tamen ne quem ederet partum, adeo non impedire nititur ille, vt ei statim nuptias apparet. Sed Persae, dicat aliquis, non Medo, nuptum dat. Quasi vero minus ipsi metuendum foret a nepote, quem de filia sua susceperturus erat vir honesta gentem apud exteram, [1]quae iampridem inuita prorsus Medis paruerat, familia: quam qui ortum ab vtroque parente Medo duceret. At quid tandem ei a filiae prole periculi instabat? quaeue tam dira portendebant illa decantata somnia? Nepotem vtique eius vniuersam inumbraturum siue occupaturum Asiam; atque ipsi in regno successurum. Grauissima, profecto, erat Astyagi causa, cum haec audisset, cur de rebus suis esset solicitus, atque corde (vt [2]ait ille) suo trepidaret! Haeccine scriptis mandasse [3]Historiae patrem? Mihi quidem haud paulo magis credibile videtur, Astyagi iucunditatem potius et laetitiam, quam metum, adlatura esse somnia, quae neque ipsi mali quid intentabant, et imperii, cuius nepos eius potiturus erat, splendorem amplitudinemque significabant.

Tandem Mandane grauida est e Cambyse; et Astyages, re audita, ex formidoloso iam factus inhumanus, filiae

1) Herodot. l. 1. c. 127.
2) Cic. de orat. l. 3. c. 42.
3) Id. de Leg. l. 1. c. 1.

filiae partum necandi consilium init. Itaque natus infans Harpago datur occidendus; quem deinde Harpagus bubulco tradit exponendum. Eum periculo statim eripiendum curat Historicus; infantem vtique magnis rebus gerendis natum. Praeclare. Mox eundem in scenam atque prospectum aui producit. Benigne. At qua tandem ratione? Audies. Puer ille, cum iam decennis esset, regem inter aequales agit: cumque omnia pro imperio administraret, filium Medi cuiusdam clari, quod minus dicto audiens esset, verberibus castigat. Rem ille ad patrem, ad regem pater, refert. Ergone tantus erat Cyrus, cum id aetatis esset, cum adhuc bubulci filius haberetur, vt ne Medus quidem nobilis ab eo poenas puerilis seueritatis repetere auderet? tantumue patrarat facinus, vt ad ipsum regem id deferri oporteret? Sic visum Historico; qui iam puerum auo parentibusque restituendi forsan occasioni, pro sua erga illum benignitate, imminebat. Ad Astyagem itaque citatur regulus ille, castigatorque sociorum audaculus. Iudicium agitur —

*Spectatum admissi risum teneatis, amici?*

En Medorum regem, virum non alias humilius, quam pro conditione, se gerentem, de leuibus puerorum decennium noxis serio cognoscentem! Sed aliud ex alio nascitur ridiculum: nam iudex puerum ad se delatum intuens, subito vultus eius agnoscit vestigia; pueri scilicet decem iam annos habentis, quem antea quidem, sed recens natum, obiter adspexerat! Cognito tandem, puerum istum Mandanis esse filium, quid rex? nonne in metum denuo solicitudinemque grauiorem adductus est? Minime: gaudet puerum esse seruatum; eum nempe iam incolumem ad se domum rediisse, quem, vt in lucem primum editus erat, necare decreuerat. Ergo gratias Harpago, qui caedi temperasset, agit? Nihil minus: imo vero Thyesteam ei coenam instruit, ob seruatum nepotem; quo tamen seruato gaudere se modo professus erat. Immanitatemne prius barbaram, absurdamne mirer narrationem! At quid de Cyro tandem statuit inhumanus ille Astyages? De eo sane quid fieret, magos consulit: qui mox omnem regi metum adimunt, in aurem vtramuis otiose vt dormiat. Somnium quippe, vafri aiunt interpretes, tuum, Astyages,

Astyages, quod portendebat, iam euenit, nec quid tibi amplius a Cyro metuendum est; siquidem iam regnauit: pueros scilicet inter decennes, decennis ipse. Nosti ingenium Astyagis; mitissimum vtique; id quod epulae, Harpago quas modo dederat, abunde testantur. Is itaque, pro ea, qua erat in Cyrum, beneuolentia, somnii probat interpretationem; vitem, quae omnem inumbratura esset Asiam, ex animo delet; Cyrum, iam consiliorum de se omnium conscium, in Persiam ad parentes mittit. Haec tibi ni parum veri similia videantur, iis etiam quae deinceps narrat Historicus, fidem, per me licet, habeas. Cyrus, cum iam adulta esset aetate, Persis compluribus coactis armatisque, vt ab Astyage deficerent, eos hortatur. Quod cum audisset Astyages, copias suas omnes armauit, iisque Harpagum praefecit. Quid audio? Vsque adeone vecors esse potuit Astyages, vt exercitum viro crederet isti, [1] cui, ob delictum, quod in se haud ita multo ante admiserat, grauiter erat iratus; cuiusque in se odium, summa vltionis cupiditate coniunctum, immanissimo scelere incenderat? quis belli istius fuerit euentus facile, me tacente, diuinabit Lector. Victis Medis, captoque Astyage, Cyrus [2] Croesum postea subigit. Prius igitur Medorum adeptus est imperium, quam Lydos adortus est. Quam inauspicato res Persicas literis consignare adgressus est Herodotus! [3] Persas inopes esse tradiderat iam tum, cum, Lydorum rege capto, Sardes diriperent: [4] nullis deliciis adsuetos, bonorum etiam pauperes, antequam Lydos subigerent. Ergone isti inopes, isti tenuis adeo sortis homines erant, qui, Medis bello domitis, eorum iam opibus bonisque potiti sunt? Taedet iam tot absurda, memoratu incredibilia, inter se pugnantia recensere. Sed audi, quaeso, quid tandem Cyro, qui hactenus quidem omnia fere et feliciter et prudenter gessit, negotii tribuit Historicus. [5] Ille nimirum, suscepta aduersus Babylonem expeditione, ad Gyndem venit amnem: quem cum ingressus esset quidam e sacris equis candidis, illico submersus est voraginibus. Facinus improbum! quod animo

1) Herodot. l. 1. c. 118.
2) c. 130.
3) l. 1. c. 89.
4) c. 71.
5) c. 189.

animo Cyrus tam iracundo tulit, vt ſtatim minitabundus flumen illud adgrederetur, ibique, intermiſſa expeditione, in eo caſtigando totam aeſtatem conſumeret. Egregie nempe comminationes iſtae, mora tam longa, tam graui de cauſa, cum tanti principis ſapientia promptaque in rebus gerendis celeritate conueniunt! De euentu ſuſceptae aduerſus Babylonem expeditionis conſentiunt inter ſe Noſter et Herodotus: de bello, quod deinde Maſſagetis Cyrum intuliſſe tradit hic, ſilet Xenophon: de morte Cyri, ab Herodoto diſſentit. Sed, de bello iſto Cyrique fato quid ſit reſpondendum infra ſuo loco videbimus.

Haec, opinor, ſi quis paulo diligentius expenderit, neque me temere Herodotum in crimen commentitias abſurdaſque de Cyro rebuſque Perſicis narrandi fabellas adduxiſſe, et aliam, atque is ſcripſit, iſtius Principis Hiſtoriam nobis quaerendam eſſe, facile intelliget. Intelliget etiam, non de nihilo eſſe, quod [1]Cicero, apud eundem, quem Hiſtoriae patrem adpellat, innumerabiles eſſe fabulas, adfirmat: quod aliis [2]Auctoribus nomine fabuloſitatis eſt ſuſpectus. Ecce autem alterum, qui de rebus Perſicis ſcripſit, Hiſtoricum! Cteſiam ſcilicet illum Cnidium. Cum vero mutilata ſit admodum huius Hiſtoria, et ex libris 23. ab eo ſcriptis pauca quaedam tantummodo fragmenta ſuperſint, haud ita accurate ſententiam ferre poſſumus de rebus, quas literis ille conſignauit. Quod ſi iudicio, a pleriſque tam Veterum quam Recentiorum pronuntiato, ſtare oporteat, Cteſiae certe fides tuto nequit haberi. [3]Ariſtoteles ait eum minime dignum eſſe, cui crederetur: [4]Strabone iudice, facilius quis poetarum fabulis, quam Herodoto et Cteſiae fidem habuerit. [5]Antigonus aperte, nil circumitione vſus, de hoc ſcripſit, *αὐτὸν πολλὰ ψεύδεσθαι*. [6]Plutarcho *a veritate* ſe *πρὸς τὸ μυθῶδες conuertiſſe* dicitur. [7]Ab eodem *λαμπρὸν* ei *ψεῦσμα* obiicitur. E recentioribus idem in eo vitium notarunt [8]Ioſ. Scaliger, [9]Her. Conringius, [10]Dounaeus, aliique complu-

1) De Leg. l. 1. c. 1.
2) Dio Chryſoſt. Orat. 18. p. 256. edit. Luter. A. Gell. l. 3. c. 10. Strab. l. 1. p. 74. et l. 11. p. 774. alii.
3) Hiſtor. Anim. l. 8. c. 28.
4) L. 11. p. 774. et l. 1. p. 74.
5) In Hiſt. Paradox. 16.
6) In vita Artax. p. 1014.
7) Ibid. p. 1017.
8) p. 39. notar. in fragm. ſubiect. Operi de Emend. Temp.
9) Differt. Graeuian. p. 141.
10) Praelect. in Demoſth. p. 171.

complures. Quin et Cteſiam aduerſus Herodotum inuidia flagraſſe teſtatur [1]Photius; parumque adeo penſi, quid ſcripſerit, habuiſſe, modo huic aduerſetur. Iam ſupra quidem Herodoti narrationem de rebus Perſicis ſub cenſuram reuocauimus: oſtendimuſque, opinor, ſatis fuiſſe cauſae, cur vtriuſque aetatis Scriptores de fabulis eius diſputarent. Fingendi tamen ſtudio minus forſan deditus erat; cum ipſe nonnunquam ingenue fateatur, ſe quaedam, fabuloſa quae protulit aetas, notare; minus vero aſſerere: v. g. cum de monſtris Lybiae dixiſſet, [2]ταῦτα εἰ μέν ἐϛι ἀληθέως, ἐκ οἶδα, τὰ δὲ λέγεται, γράφω. Alia longe Cteſias fuit animi indole; quippe qui, cum famae nominis ampliſſimae ſibi comparandae non mediocrem daret operam, ſeſe, tanquam fidum διφθερῶν Perſicarum interpretem, iactat; reliquorumque Scriptorum gloriam et merita ſugillare et penitus infringere ſibi ſumat: id quod etiam ex eo adparet, quod ἐκ Ηροδότῳ μόνῳ, τἀναντία ἱϛορεῖ, ἀλλὰ καὶ, vt a [3]Photio fuit obſeruatum, πρὸς Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλε ἐπ' ἐνίων διαφωνεῖ. Eum ſane contra fidem et veriſimilitudinem in rebus Aſſyriorum ſcripſiſſe, atque adeo aequam eſſe, quae de eo lata eſt, ſententiam, argumentis grauiſſimis demonſtraſſe videntur viri doctiſſimi [4]Chr. Cellarius et [5]Geor. Walchius; eundem in Perſicis fidei parum mereri putamus.

Libet quaedam breuiter attingere, quae in iis fabuloſe videtur retuliſſe. Primo, memoriae falſo videtur ab eo proditum, quod Cyrus nullam ſanguinis cum Aſtyage coniunctionem haberet. Vt enim caeterorum omnium Hiſtoricorum, qui illum Mandane filia Aſtyagis natum eſſe tradunt, conſenſum taceam, Cteſianam labefactant opinionem vetuſtae illae de Cyri natalibus praedictiones; quae apud [6]Herodotum et [7]Euſebium memoriae traditae ſunt. In iis quippe Cyrus dicitur *mulus*, quod a parentibus inter ſe gente diuerſis ortum ducturus erat; matre quidem generoſiore, ſcil. Meda: patre, Perſa, atque adeo Medis ſubiecto; qui tamen ſecum matrimonio iun-



1) Cod. 72.
2) Lib. 4. c. 195.
3) loc. cit.
4) Diſſertat. Acad. III.
5) Exercit. Hiſt. de fabul. Hiſtor. Semir.
6) L. 1. c. 55. et 91.
7) P. E. l. 5. c. 21.

turus erat δεσποίνην τὴν ἑωυτοῦ, scil. Mandanem, Astyagis, Medorum regis, filiam. Cum moribus Cyri (de quibus mox infra dicendi locus erit) pugnat de Spitamae morte narratio. Minus etiam probabilia sunt, quae tradit de spectro, quo Croesus erat deceptus; de ligneis Persarum simulacris; de Croeso semel, iterum, tertio vinculis, diuino quodam prodigio, soluto. de eodem ad regiam perducto, arctius vincto, et tandem inter tonitruum fragores et fulmina rursum de vinculis elapso. Diceres hic Lestrigonum aliquem aut Polyphemum, non Cyrum, Ctesiae narratione describi. Nec maiorem veri speciem prae se ferunt ea, quae de Astyagis morte, de seruato eius cadauere, scripsit. De Cyri morte paulo infra dicemus. His excutiendis ideo minus diu immoratus sum, quod Ctesianam de rebus Persicis narrationem haud quisquam hactenus sequendam duxit; haud quisquam, vti opinor, posthac sequuturus est.

Iam vero, collatis inter se Historicorum de Cyro, rebusque Persicis, narrationibus; expositisque causis, cur Herodotus Ctesiasque fidei parum mereri videantur, ad Xenophontis Historiam iterum intuendam pergamus.

V. Quamuis, vti supra monstrauimus, Ciceronis verba, quae in 1ma ad Q. Fr. epistola reperiuntur, ad summam Xenophonteae huius Historiae minime spectent; non defuere tamen apud recentiores eruditi, qui partim eius testimonio, parum accepto, partim coniecturis suis freti, statuere, Xenophonti id vnum fuisse curae, [2] vt in hoc libro doctrinas Socratis exponeret sub inuolucro Historiae Cyri; quam ad veritatem componendi adeo non studiosus erat, vt, ex eorum sententiis, ipsi propositum esset, eos imitari, qui fabulosas narrationes et acroamata, tam ad sua ostentandum ingenia, quam ad aliorum oblectandum animos, excogitant atque palam proferunt. Haud equidem noui, quid de huius censurae auctoribus mihi statuendum sit: neque enim animum inducere potuerim, quenquam tam adfirmate de opere, a se non perlecto, scribere sustinuisse; et non possum non mirari, eum, id qui perlegerit, mentem Auctoris vel non perspexisse, vel perspectam inique adeo repraesentare voluisse.

Xeno-

1) Herodot. l. 1. c. 91. Moylei Script. miscel. v. 2.
2) Acta Erudit. an. 1718. p. 395. p. 43.

Xenophonti, quidam inquit Scriptor, in animo erat, fabulam, lectoribus quae grata foret, comminiſci literiſque mandare. Itane vero? At ſuum ipſe, quaeſo, animum aperiat Xenophon: [1] Ὅσα ἂν καὶ ἐπυθόμεθα, καὶ ἠσθήσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτῶν, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι. Idem de vxore, quam duxit Cyrus, [2] ita ſcribit: Γαμεῖ (Cyrus) τὴν Κυαξάρου θυγατέρα — — Ενιοι δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν ὡς τὴν τῆς μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν· ἀλλὰ etc. quos ſtatim refellit. Quorſum autem iſthuc? ſi ſuum opus commentitium haberi voluit; id vnum ſi ſpectaſſet, vt quam elegantiſſimum prodiret, nulla veritatis ratione habita. Ex vtroque loco conſtat, Xenophonti haud parum penſi fuiſſe, quid de Cyro memoriae traderet. At Moyleus ille mirifice ſe iactat argumento, quo ſe certiſſime tandem comperiſſe putat, Xenophontem ipſum auctoritatem Hiſtoriae Cyri maioris funditus euertiſſe. Illi nempe ſoli, pro mira ea, qua Criticorum vulgo longe praeſtabat, animi ſagacitate, [3] locum apud Auctorem noſtrum inuenire contigit; vbi de bello, quo Cyrus Aſtyagem deuictum imperio Medorum exuit, haud dubie (egregium illum vtique ſi Criticum audieris) agitur. At quam ob cauſam ſtatuendum eſt, Xenophontem loco citato de bello iſto loqui? Quoniam, inquit ille, narratio Xenophontis bellum reſpicit longe ante eius tempora commiſſum: proinde, verba eius de Medorum a Dario Notho defectione nequeunt intelligi. Quid tum poſtea? Nonne plures erant ante Darium Nothum Perſarum reges? Nonne Medi, ſub eorum aliquo, iugum exuere Perſicum conari potuere? Imo vero conati ſunt, regnante Dario, ſcil. Hyſtaſpide; vti teſtatur [4] Herodotus; qui cum loquutus eſſet de Medis ſub Perſarum poteſtatem redactis, ὑςέρῳ μέντοι χρόνῳ, ait, μετεμέλησέ τέ σφι (Μήδοισι) ταῦτα ποιήσασι, καὶ ἀπέςησαν ἀπὸ Δαρείου· ἀποςάντες δὲ, ὀπίσω κατεςράφησαν, μάχῃ νικηθέντες. Ecce bellum Medos inter et Perſas geſtum, haud paucis annis ante Xenophontis tempora! de quo commode ſatis locus iſte ἀναβάσεως accipi poteſt. Et abſurdum ſane eſt ad Aſtyagem et Cyrum confugere, quo ea, quae ibi tradit Auctor, interpretemur. Nam modo Xenophontem audiuimus ſtudium, diligen-



1) K. Π. p. 6. (5.)
2) L. 8. p. 635. (530.)
3) Αναβ. K. l. 3. ſub finem.
4) L. 1. c. 130.

tiam, fidem in ſcribenda Cyri Hiſtoria profitentem: et quis eum exiſtimauerit vel adeo fidei datae oblitum eſſe, vel immemorem eorum, quae ſcriptis paulo antea mandarat, (nam Cyripaediam, vti mihi quidem videtur, non niſi poſt ſcriptam Κύρου ἀνάβασιν, adgreſſus eſt) vt minus inter ſe cohaerentia, imo plane pugnantia, proferret?

At Xenophontem non modo (quod profeſſus eſt) ſecundum fidem et veri notitiam, quam ex antiquis monumentis haurire potuit, corpus Cyripaediae compoſuiſſe; ſed caeteris omnibus Hiſtoricis, qui in eodem argumento verſati ſunt, anteponendum eſſe, mihi ſequentes ob rationes perſuaſiſſimum eſſe ſolet. α Quia nomen eius ingenii, iudicii [1] et fidei laudibus celebre erat: proinde, conſentaneum eſt, noluiſſe eum opus adgredi, quod famam collectam adeo non auecturum erat, vt etiam imminueret. β Non modo Cyri Hiſtoriam ex fide ſe ſcripturum profitetur; ſed occaſionem etiam commodiſſimam, dum in aula Cyri minoris eſt verſatus, ſiluam rerum, quae ad Cyrum ſpectabant, veriſimillimarum, comparandi nactus eſt. Iſtiuſmodi autem occaſionem eum et arripere, et arreptam ad Cyripaediae materiam colligendam adhibere voluiſſe, ingenium eius, ad praeclara quaeque tum diſcenda tum ſcriptis mandanda facinora atque inſtituta propenſum, vt credamus ſuadet. γ Ipſe Cyri Perſarumque geſta et inſtituta plenius atque ſeorſum exponit; caeteri Hiſtorici ſtrictim et in tranſitu attingunt. δ Eius narratio ſimplex eſt, inaffectata, vero atque rationi congruens: cum contra caeterorum narrationes [2] ſcateant inſomniis, prodigiis, paradoxis, iis quae ſe mutuo euertunt; addita fabuloſa etiam (vt ita dicam) [3] θηριοτροφίᾳ. Hi quippe Cyrum, in obſcuro quodam loco educatum, in luce atque oculis Medorum Perſarumque magnum repente exſtitiſſe tradunt. [4] Praedicant etiam mite eius ingenium atque virtutes, quibus Perſis, quotquot fuerunt, antecellebat omnibus: eundemque, mira

1) Diodor. Sic. Biblioth. l. 1. p. 34. ait, Ξενοφῶν καὶ Θεόπομπος ἐπαινέσεσι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν ἱστορῶν etc.

2) Vide dicta de Herodot. et Cteſ. narrat.

3) Iuſtin. l. 1. c. 4. confer. Liui. l. 1. c. 4. de Romuli et Remi expoſit. eorumque nutrice lupa: et Dionyſ. Halicar. Antiq. Rom. l. 1. p. 63. edit. Oxon. nec non quae Diodorus ex Cteſia tradit de columbis Semiram. nutricibus.

4) Herodot. l. 3. c. 89 et 160. Cteſi. in Perſic. 8.

mira quadam ſententiae inconſtantia, ita ſe erga auum, erga Croeſum alioſque gerentem inducunt, vt impius, crudelis, vecors eſſe videatur. ε Denique, narratio Xenophontis non tantum ſenſui mortalium communi conſentanea eſt, ſed grauiſſimam etiam ab inſigni commodoque cum Hiſtoria Sacra conſenſu confirmationem accipit. Momentum hoc mihi iam plenius, vti par eſt, expoſituro, initium orationis ab ipſo Cyri ortu ſumendum videtur.

Aſtyages gentis vicinae regi Mandanem filiam nuptum dat. Veri hoc quidem ſimillimum eſt; at cum annalium pugnat monumentis, quae nullum, ſtante Medorum regno, Perſarum agnoſcunt regem. Hac de re ipſi viderint Scriptores, ſeu Scriptorum patroni: a Xenophonte ſtare videtur S. Scripturae auctoritas. Nam [1]Ieſaias Babylonem mox capiendam vaticinans, *Vox*, ait, *tumultus Regnorum gentium congregatarum:* vbi per *regna* intelligi praecipue debent MEDIAE et PERSIAE regna; quibus alia plura Cyrus paulo ante tempus obſeſſae Babylonis adiecturus erat. Ipſe [2]Propheta MEDOS nominat; quibus etiam [3]mox ELYMAEOS ſiue *Perſas* iungit. Scriptores etenim Sacros non *Elymaeos* tantum, ſed et iis adfines *Perſas*, nomine *Elam* adpellare docuit [4]Cl. Bochartus; quod *Perſarum* nomen temporibus Ieſaiae et Ieremiae recentius eſſet. Cum itaque Vates Sacer de *regnis* aduerſus Babylonem congregatis loquens, tam *Perſas* ſtilo fatidico demonſtret, quam *Medos;* non hos tantum, ſed et illos *regnum* aliquod eo conſtituiſſe tempore, verba eius indicare videntur. Huius autem ſententiae ipſum etiam Herodotum (vtcunque ei hactenus viſus eſt adverſari) fautorem adpello. En eius verba! [5]Ἐπὶ δὲ Μήδων ἀρχόντων καὶ ἦρχε τὰ ἔθνεα ἀλλήλων, συναπάντων μὲν Μήδοι — Erant vtique aliarum Orientis gentium reges iſti tot βασιλεῖς βασιλεῖ (ſc. *Medorum*) ὑποτεταγμένοι; vt [6]Diodori Siculi loquutione vtar. Nimirum reges magnos Orientis ſolitos eſſe Populis a ſe victis reges ſuos relinquere, modo imperata facerent, et tributa ſibi impoſita perſoluerent, ex omni Hiſtoria Sacra liquet: vel etiam reges iis, ſi tempus et neceſſitas poſtularet, imponere:



1) c. 13. v. 4.
2) v. 17.
3) c. 21. v. 2.
4) Geogr. S. l. 4. c. 10.
5) L. 1. p. 134.
6) L. 15. p. 333.

quippe glorioſum ſibi ducebant regibus imperare, dicique [1]*reges magni*, ſiue [2]*reges regum*. Quare Cambyſes a Xenophonte recte, et ex conſuetudine Orientalium Populorum, dicitur βασιλεὺς, non quidem αὐτοτελὴς, atque ſui prorſus iuris; ſed Medis obnoxius. Atque hoc ſenſu debent accipi verba iſta, quibus [3]Cyrum vſum facit: καὶ τὴν πατρίδα πρόσθεν ἰδιωτεύσαν ἐν τῇ Ασίᾳ, etc. i. e. *ex inferiori minuſque nobili loco ad altiſſimum dignitatis gradum, ſummumque adeo imperium, partim ſoceri benignitate, a quo Mediam omnem in dotem filiae mihi collocatae accepi, partim meis et conſiliis et armis victricibus euectam relinquo*

Cyrus igitur vtroque parente regio natus, non caſula quadam paſtoritia totos decem annos latitat; ſed in aula patris, iam inde ab ineunte aetate moribus iis imbutus, ea diſciplina praeceptiſque inſtitutus eſt, quibus eum abundare oportuit, cuius res geſtae virtuteſque gloriam atque laudem eius ad ſempiternam propagaturae erant memoriam. Φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται, inquit [4]Noſter, καὶ ἄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων — ψυχὴν φιλανθρωπότατος, καὶ φιλομαθέστατος, etc. Eiuſdem etiam liberalitatem, pietatem, prudentiam, benignitatem, iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem, in rebus agendis, in concilianda ſibi omnium fere beneuolentia, in ſubigendis hoſtibus ſolertiam ſimul et celeritatem paſſim in hac Hiſtoria praedicauit Xenophon. Quid autem rationi magis conſentaneum, quam tot tantaſque virtutes, domi bellique ſpectatas, eum tandem ornaſſe virum, qui a teneris (vt Graeci dicunt) vnguiculis id operam aſſidue dederat, vt optimam, ei quam natura donauerat, indolem praeceptis inſtitutiſque (de quibus mox in altera Diſſertatione) ſaluberrimis excoleret? Et reapſe quidem talem exſtitiſſe Cyrum, qualem fuiſſe tradidit Xenophon, non rationi tantum conſentaneum eſt, ſed Scriptorum etiam profanorum ſuadet conſenſus, Sacrorum demonſtrat auctoritas. Quod ad illorum attinet conſenſum, ſi Nicolaum illum Syracuſanum audire velis, Cyrus totius Aſiae imperium

1) 2 Reg. 18. 19. ita paſſim apud Auctores audit Rex Perſarum, poſt iacta iſtius imperii fundamenta.
2) Diodor. Sic. l. 2. p. 91.
3) L. 8. p. 649. (542.)
4) K. Π. p. 6. (6.) et ſeq.

imperium [1] εὐγνωμοσύνῃ, *aequanimitate et beneuolentia* sibi comparauit. Idem vir ille prudens, mentione facta de Croeso aliisque in Cyri potestatem redactis, subiicit: Τοιγαρῦν διαδοθείσης εἰς πάντα τόπον τὸ ἡμερότητος, ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν Ασίκν ἀλλήλες φθάνοντες εἰς τὴν τὲ βασιλέως συμμαχίαν παρεγίνοντο· quae verba conferas velim cum iis, quae de Cyro narrat [2] Xenophon sub initium huius Historiae. Cuius simile testimonium ex Himerio adduxit [3] Photius. [4] Plutarchus etiam Cyrum ait Φρονήσει, καὶ ἀρετῇ, καὶ μεγαλονοίᾳ πολὺ πάντων δοκεῖν πεπρωτευκέναι τῶν βασιλέων. Apud [5] Ammianum audit *Rex amabilis*. Herodoti et Trogi testimonia libens omitto, quod etiamsi [6] laude eum insigni ornauerint, eam tamen non modo obscurant, sed plane delent tum quae [7] ab illo grauius in Croesum consuluisse dicitur, tum [8] quae vterque tradit Massagetarum ei reginam exprobrasse. Cum testimoniis quidem modo adlatis pugnant ea, quae apud Athenaeum et Isocratem leguntur: quorum [9] alter narrat, Angarem quendam θηρίῳ θρασυτέρῳ ὑὸς ἀγρίᾳ Cyrum adsimilasse; [10] alter eum auum maternum occidisse tradit. Quod autem Scriptor quidam, Historiis compluribus a se haud ita pridem conditis notissimus, Cyrum natura sanguinarium [11] dixerit, minus id mihi quidem mirum videri solet; cum vix ac ne vix quidem sui indolis ingenii vnquam vsque adeo is oblitus est, vt occasionem illustrium virorum dignitati labem adspergendi temere dimittat: quin et in consiliis haud dubie et administratione reipublicae, in notandis componendisque rebus tempore suo gestis tam assidue versatus est homo insignissimus, vt ei veterum annalium euoluere monumenta minime vacaret. Certe si quis, omissis profanis istis et Graece scribentibus Auctoribus, ad Sacros se contulerit codices, vel hos eiusmodi de Cyri moribus testimonium perhibere reperiet, quod Xenophonteae narrationi fidem simul et au-



1) Diodor. Sic. l. 13. p. 151.
2) p. 3, 4, 5.
3) p. 2034.
4) T. 2. p. 858.
5) L. 23. c. 6.
6) Herodot. l. 3. c. 160. Iust. l. 1. c. 8.
7) L. 1. c. 86.
8) Herodot. l. 1. c. 214. Iust. l. 1. c. 8.
9) Athen. l. 14. c. 8.
10) Isocr. in Euagora p. 287. edit. Wolf.
11) In Praefat. ad Histor. Eccl. Reform.

ctoritatem conciliare debet. Haud enim Xenophon nimius esse potuit in eius praedicandis virtutibus, *Cuius*, [1]Sacro Propheta teste, *DEXTRAM PREHENSVRVS ERAT DEVS, vt sterneret coram eo*, siue imperio eius subiiceret, *gentes:* quem Deus [2] *excitaturus erat* in IVSTITIA, *et omnes eius vias rectas facturus erat;* [3] *qui Iustitiam sibi obuiam habiturus erat ad pedem suum.* Quis non his verbis describi videt, virum aliquem FORTITVDINE, REBVS SECVNDIS, AEQVITATE celebrem; qui iustitiae exercendae operam daturus erat; cuiusque ingenio adeo non aliena foret ista virtus, vt ei, quacunque facturus erat iter, vbicunque futurus erat, *vltro* se esset oblatura atque obuiam properatura. Idem mox Propheta: [4] *Excitaui* ab *Aquilone*, scil. Cyrum, qui cum exercitu bene instructo mouit ex *Media*, ad Aquilonem Babylonis et Iudaeae: *ab ortu solis, qui inuocet nomen meum;* ex *Persia* scil. ad ortum solis sita, siue Iudaeam siue Babylonem respicias. Cyrum autem *inuocasse nomen* Dei, h. e. agnouisse veritatem Dei Israelis, liquet ex edicto eius apud [5] Ezram. Porro, dicitur [6] *Pastor* Dei, h. e. qui ex prouidentia diuina Populum Dei sua in pascua, terram scil. Chananaeam, reducturus erat; ad quod obeundum officium CLXX. amplius annos ante rei euentum erat delectus et designatus. Denique, dicitur etiam [7] *Vnctus Dei*, et [8] *a Deo dilectus;* 1. quia consilio diuino secretus institutusque erat ad efficiendam rem, quae ad gloriam Dei amplificandam spectabat. 2. quia grande munus illud, a Deo assignatum, non modo suscepturus erat; sed etiam magno cum honore atque emolumento suo perfecturus: vnde [9] Jeremiae dicitur בחור ELECTVS, et [10] Jesaiae VIR CONSILII DEI. 3. quia necessariis ad id exequendum dotibus cura diuinae Prouidentiae erat instructus. 4. accedit huc, quod imbutus erat

1) Iesa. XLV, 1.
2) Iesa. XLV, 13.
3) c. XLI. v. 2. sic enim rectius, quam vulgo solet, verti possit locus.
4) v. 25.
5) c. 1. v. 2 et seq. Credibile est, Cyrum, vt verum agnosceret Deum, adduci potuisse partim hortationibus monitisque Danielis et piorum Iudaeorum, qui in eius et Cyaxaris aula versati sunt, Dan. VI, 29. partim Iesaiae Prophetiis, ipsi, Iosepho teste, *Antiq. Iud.* l. 11. c. 1. exhibitis.
6) Iesa. XLIV, 28. vide quae notauimus ad l. 8. p. 581. (485.)
7) Iesa. XLV, 1.
8) XLVIII, 14.
9) L. 44.
10) XLVI, 11.

erat fide et notitia veri Dei; eumque agnouit εὐτυχίας suae gloriaeque auctorem; id quod constat ex eius [1]edicto.

Me quidem non fugit, quam insigne Nebucadnezarus etiam, qui vir, qualisue princeps! epitheton in [2] Sacris libris plus vice simplici nactus est: ideo nempe *seruus Dei* hic adpellatus est, quod ei in consiliis suis exsequendis subseruiret. At vero multiplices, quae Cyrum respiciunt, vaticinationes, virum, qui totus foret ab illo diversus, designare videntur, qui se *iustum*, *reuerentem* erga Numen Diuinum, *prudentem*, *fortem*, *clementem* etiam atque *perhumanum* erat praebiturus. Itaque Xenophon, in effingendis Cyri moribus, adeo non imaginem iusti imperii, suo tantum ingenio, Philosophiae praeceptis exculto, Lectori proponit; vt ex veritate nomen eius scriptis celebrasse, imo vero a Sacris ipsius veritatis fontibus scribendi materiem hausisse, videatur.

Principem autem, cura tam [3] aui quam patris, ad optima quaeque institutum, tali ingenio moribusque praeditum, virtutes suas diu celatas esse noluisse credi par est. Itaque [4] Assyriis, Lydis, aliisque gentibus Asiaticis in Medos impressionem facientibus, domo Cyrus, non [5] sine iustissima causa, ad bellum egressus, [6] regem Armenium [7] atque Chaldaeos ad deditionem subigit, [8] aduersus Assyrios copias suas ducit, et, commisso proelio, victoria potitur: [9] trepidant Assyrii, eorumque socii: [10] Hyrcanii Cyro se dedunt: [11] Assyrios iterum adortus, magna strage fundit Cyrus; occisis in pugna Cappadocum et Arabum regibus: [12] Persicum equitatum instituit Cyrus: [13] Gobryas, [14] Gadatas, [15] Abradatas ei se adiungunt: [16] cum exercitu in Lydiam proficiscitur, [17] capit Sardes; [18] Cariam et Phrygiam in suam ditionem redigit: Babylonem obsidione

1) Ezr. I, 1, 2 et seq. lege omnino precationem, quam ei tribuit Xenophon pag. 647. (540.)
2) Ierem. XXV, 9. XXVII, 6. XLIII, 10.
3) Accedit hic Xenoph. Diodor. Excerp. Vales. p. 238.
4) K. Π. p. 57 et seq. (48.)
5) Ies. XLV, 13.
6) l. 3. p. 170. (143.)
7) p. 199. (167.)
8) p. 231. (194.) et seq.
9) p. 241. (202.)
10) p. 248. (208.) et seq.
11) p. 263. (219.) et seq.
12) p. 280. (233.)
13) p. 306. (256.)
14) l. 5. p. 351. (293.)
15) l. 6. p. 427. (356.)
16) p. 416. (348.) et seq.
17) l. 7. p. 493. (413.)
18) l. 7. p. 513. (429.) et seq.

obsidione cingit capitque. [1]Haec omnia imperio et auspicio Cyaxaris Medorum regis, eiusque auunculi, gerit. Nemini autem mirum videri debet, is si tot gentes regesque subegit, [2]*cuius ante faciem Gentes daturum; cuius imperio Reges se subiecturum, promiserat Deus.* Trepidasse Assyrios eorumque socios, vt Cyrum cum coniunctis Medorum ac Persarum copiis bellum suscepisse acceperunt, testatur idem [3]Vates: *Viderunt Insulae et timuerunt: extrema terrae timuerunt:* vbi vocem איים non solum *Insulas* aut Insularum incolas, sed, pro ratione stili Prophetici, omnes maris et maritimarum regionum accolas, *Asiae* sc. *minoris*, denotare censet doctissimus [4]Camp. Vitringa. De expedita Cyri in persequendis et caedendis hostibus celeritate nihil non credibile tradidit Xenophon, cum etiam Iesaias de eo vaticinatus, [5]*Dedit*, inquit, (siue posuit) *vt pulucrem gladium eius; vt stipulam propulsam arcum eius:* h. e. Gladium et Arcum bellator hic eiusque socii tam celeriter expediteque gerent atque mouebunt; tanta cum velocitate hostes persequentur suos, vt ista eorum arma videantur esse *pulueris* instar turbine collecti, stipulaeue ventorum vi agitatae. Ita nimirum Cyrus superuenit [6]Armenio, [7]Assyriis, [8]Chaldaeis, [9]Croeso, caeteriisque suis hostibus, quos vbique summa celeritate vel praeuertit vel adsequutus est, et imperio suo subiecit. Eadem est Prophetae mens, cum ait: [10]*Vocans ex Oriente volucrem rapacem;* (Aquilam) *ex terra longinqua virum consilii mei:* quippe verba haec Cyri μεγαλοψυχίαν, perspicaciam, alacritatem in omni re gerenda, morum rapidissimum ex Persia in longe dissitas, *Minoris* sc. *Asiae*, regiones; impetum denique, quo in hostes ruebat, instar Aquilae in praedam inuolantis. Quid isthuc autem tam mirum est, si tot ei se dedidere principes, cuius consilio viribusque nullae hactenus gentes vicinae pares esse potuerunt? cuiusque prosperi successus eo tandem Orientis incolas adduxere, vt cum [11]ἀπὸ θεῶν γεγονότα,

1) Lib. 5. 394. (328.) et seq. et l. 8. p. 630. (526.)
2) Iesa. XLI, 2.
3) XLI, 5.
4) Ad loc.
5) XLI, 2.
6) p. 170. (142.)
7) p. 262. (218.)
8) p. 194. (163.)
9) p. 493. (412.)
10) Iesa. XLVI, 11.
11) K. π. p. 248. (208.) et 501. (419.) confer Herodot. l. 1. c. 124. et 204.

γεγονότα, [1] a Deo excitatum ad eius consilia exsequenda agnoscerent. [2] In Sardes ille, vrbem munitissimam, per praeruptissimas eius partes penetrat: sic voluit Deus, *cius qui manum prehenderat, coram eo qui ibat, et viarum anfractus rectos faciebat:* quo tandem ille Lydorum opulentissimi regis [3] *opibus repositis, reconditis thesauris* potiretur. Iam diuitiis auxilioque Populorum atque Principum, quos suam in potestatem redegerat, auctus, [4] Babylonem permagno cum equitatu, permultis cum sagittariis et iaculatoribus, cum funditoribus innumeris venit. Haud aliter de suscepta aduersus Babylonem expeditione, apparatuque belli, quem Medis ac Persis tribuit Xenophon, [5] Prophetae vaticinati sunt. Ad vrbem istam expugnandam cum Medorum, Persarum, aliarumque gentium copiis vndique collectis se accingit: quippe dixerat de Babele Iehoua, [6] *Ascende ELAM, obside MEDE!* [7] *Excitauit* Idem *spiritum REGVM MEDIAE*, Cyaxaris scil. et Cyri: et mox [8] ibidem, *Sanctificate aduersus eam Gentes;* REGES MEDIAE. [9] Et, *Ecce ego*, inquit Deus, *in illos concito MEDOS, qui argentum non reputabunt, et auro non delectabuntur.* Similiter de iisdem Populis Xenophon, [10] Ἄνδρες Μῆδοι, καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐγὼ ὑμᾶς οἶδα σαφῶς ὅτι ἔτε χρημάτων δεόμενοι etc. idem fere, quod apud Prophetam legimus. Meminit etiam [11] Iesaias *Regnorum congregatarum gentium.* Itaque Xenophon omnino ex veritate Populos et regulos siue satrapas plures, tanquam Cyro aduersus Babylonem copias ducenti foedere iunctos, memorat. Nec minus vera tradit de istius expeditionis euentu: [12] Euphratis enim aquis abductis in fossam, quam prope murum vrbis ducendam curauerat; cum suis alueum fluminis iam fere exsiccati ingressus, in Babylonem atque ipsam adeo regiam die festo penetrat, et ad ignem ingentem potantibus supervenit;

1) Iesa. XLI, 2.
2) K. II. p. 493. (413.)
3) Iesa. XLV, 2, 3.
4) K. II. p. 517. (432.)
5) Vide sis loca citata in Notis ad p. 517. (432.)
6) Iesa. XXI, 2.
7) Ier. LI, 11.
8) v. 28. *Medorum* autem nomen *Persis* tribui solere notissimum est iis, qui Veterum euoluere monumenta. Iesaiae certe et Ieremiae temporibus vsitatum non erat *Persarum* nomen; ideoque *Persas* illi vel nomine *Elymaeorum* vel Medorum passim designant.
9) Iesa. XIII, 17.
10) p. 323. (269.)
11) XIII, 4.
12) p. 521. (436.) et seq.

venit; ibi tum rex atque ii, qui circa eum erant, perierunt. Fidelem autem in his tradendis Hiſtoricum ſe praeſtitiſſe Xenophontem, ipſi [1]Codices ſacri teſtantur. Cyrus Vrbis iam et imperii Babyloniorum potitus, τὰ ἀρχεῖα, *aedificia principum* in ſocios ſuos diſtribuit; quo reſpicere videtur, [2]Ieſaias: *agitate manum, vt INGREDIANTVR OSTIA PRINCIPVM.* Haec habui, quae de ortu, moribus, et geſtis Cyri dicerem: reſtat, vt de Cyaxare primum, deinde de morte Cyri, Xenophonteae narrationis defendendae gratia, pauca quaedam proferrem.

Cyaxares, ex mente Xenophontis, Aſtyage patre eius iam mortuo, Medorum potitus; Cyrum, Cambyſe Perſarum rege atque Mandane ſorore ſua natum, copiis, quas ad comprimendos Aſſyriorum impetus comparauerat, praefecit. Ipſe autem primis, in quas Cyrus illas eduxit, expeditionibus non interfuit modo, ſed et ſummae belli ſimul et imperii praefuit. Haec narratio mirifice congruit cum Sacris Codicibus: in quibus, vbi de Babylonis regno euertendo agitur, licet MEDORVM, tanquam Populi in iudicio Dei exequendo principis, ſubinde fiat mentio; cum iis tamen PERSAE quoque ſolent coniungi, [3]nunc *Elymaeorum*, (ſcil. antequam vſu receptum erat *Perſarum* nomen) nunc etiam [4]*Medorum* nomine deſignati; tum quod illo tempore *Medi* quidem *Perſis* nobiliores haberentur et longe potentiores; tum quod totum illud bellum, aduerſus Aſſyrios Babylonioſue geſtum, illorum potiſſimum nomine et auſpiciis adminiſtratum ſit; Perſaeque adeo aeque ac alii Populi tanquam auxiliarii aut foederati ad id cum Duce ſuo Cyro acceſſerint.

Id autem neutiquam ſilentio tranſeundum, quod Cyro iam vltimas illas aduerſus Lydos et Aſſyrios expeditiones ſuſcipiente, Cyaxares bello ſe quaſi ſubducit, [5]atque domi manet: ille vero hoſtes bello perſequi pergit, et Sardes primum, deinde Babylonem ipſam capit. In quo magnus

1) In locis p. 537. 528. (440.) et ſeq. citatis.

2) XIII, 2.

3) Vide Differt. huius p. XXVIII. (41.) et Reisk. not. ad Cluuer. l. 5. c. 22. Stanlei. in Aeſchyl. Perſ. v. 793.

4) Hinc loquutio iſta pluratiua מלכי מדי *reges* Mediae, (Ier. LI, 11, 28.) ſcil. Cyaxares, *Medorum* rex proprie dictus; et Cyrus, *Perſarum* quidem rex, at Medis obnoxius, eorumque fiduciarius.

5) K. II. p. 448. (375.)

magnus est Xenophonteae Historiae et oraculorum Prophetarum ore enuntiatorum consensus: ea quippe Cyrum etiam nominatim, [1]exemplo prope singulari adpellant; *thesauros ei reconditos* promittunt; idque praesertim muneris tribuunt, vt Dei contra Babylonem decreta exsequeretur.

Capta a Cyro Babylone, et occiso [2]Balthasare; Regnum Babyloniae, quaeso, quis suscepit? *Darius Medus;* teste [3]Propheta. At quis ille *Darius?* Respondet [4]Scaliger: *Nabonadius*, rex Babyloniorum vltimus, cuius meminit Canon Ptolemaicus. Aliud certe agebas, illustrissime Scaliger, tuam hanc cum posuisti sententiam: cui exagitandae quidem ideo tempero, quod eam iam olim redarguere [5]viri eruditi; in quibus est, Britanniae nostrae Decus insigne, [6]PRIDEAVXIVS. [7]Sunt, qui *Astyagem*, Cyri auum, *Darium* illum *Medum* esse arbitrati sunt; cum is, ex Herodoti, Ctesiae, aliorumque sententia, rex fuerit Medorum vltimus. Istorum de Astyage Cyroque narrationes quam parum fidei mereantur, iam supra vidimus: at, quoniam centies eadem obgannire libet, vide denuo, quam pulcre res succedit, si Herodoti Ctesiaeue nitaris auctoritate. Cyrus Astyagem regno Medorum exuit: interiectis deinde haud paucis annis, Babylonios subigit; quorum regnum mox suscipit Astyages. Commentum absurdum adeo, vt nihil amplius! Cyrum, credo, Astyagem regno exuisse poenituit; atque adeo, pro veteri ademto, nouum ei tribuit imperium! At Cyrum regno Astyagem, [8]non nisi post captam Babylonem, exuisse dicunt. Ne sic quidem ista mihi probari potest hypothesis. Nam, 1. haud probabile est, Astyagem, Cyri sc. auum, tempore ab hoc captae Babylonis, inter homines egisse; multo minus, [9]si tunc fuerit superstes, annos tantum 62. fuisse natum: quot tamen Darium tempore suscepti

1) Similiter *Iosiae* nomen prophetia exprimitur, plusquam CCCL. annis postea implenda, 1 Reg. XIII, 2. Cyrus autem, nomine expresso, ad Opus insigne delectus est, annis CLXX. amplius ante rei euentum, Ies. XLIV, 28.

2) Dani. V, 30.

3) Ibid. v. 31.

4) Quem Caluisius aliique secuti sunt.

5) Nic. Abramus in *Pharo.* Vossius in Chronol. Sacr. et alii.

6) Ad an. ante natum Christ. 538.

7) Syncel. Cedren. Chronogr. p. 232. et p. 142.

8) Act. Erudit. ad an. 1722.

9) Dan. V, 31.

ſuſcepti a ſe Babyloniorum regni habuiſſe tradit Propheta. 2. Idem Propheta adeo non aſſerit innuitue Cyrum, mota aduerſus Darium rebellione, hunc regno exuiſſe, vt contra ex eius verbis effici poſſe videatur ſummam inter eos fuiſſe voluntatum ſtudiorumque conſenſionem; quippe ſecundum vtriuſque Gentis (Medorum ſc. et Perſarum) leges regnum ille in Babylone exercebat: et [1]in vtriuſque praeterea regis aula non ſine honore verſatus eſt Daniel. Illuſtriſſimus Marshamus, cui nimirum hypotheſes modo memoratae minus placuere, nouam ipſe de Dario Medo ὑπόληψιν, leui tantum coniectura nixam, in medium protulit: cuius excutiendae labore ſuperſedendum eſt, cum eruditiſſimus [2]Vir iam olim ei refellendae operam non inanem dedit. [3]Fuit etiam, qui ipſum *Cyrum* eſſe *Darium Medum* exiſtimauit. Mirum ſane eſt, quenquam iudicio vel mediocri valentem, tantum in errorem delabi potuiſſe: ad quem coarguendum abunde ſufficit Libri Danielis lectio. His expoſitis et improbatis de *Dario* illo ſententiis, reſtat vt, quis nobis fuiſſe videatur, exponamus. Age ergo, primum quae de eo ſcripſit Propheta Daniel intueamur: deinde, num ea recte Cyaxari Xenophonteo tribui poſſint, diſpiciamus. 1. Ex libro Danielis conſtat, Darium Medum regnum ſtatim poſt occiſum Balthaſarem ſuſcepiſſe: 2. tunc temporis natum eſſe circiter 62. annos: 3. fuiſſe Medum genere: 4. Cyrum ei in regno ſucceſſiſſe. Haec de *Dario Medo* ex Daniele nullo licet negotio colligere: de Cyaxare, ſi non eadem, ſaltem his ſimillima, tradit Xenophon. Nam α. vt primum Cyrus apud Babylonem ſuo quaeque ordine diſpoſuerat, in Mediam tandem reuerſus, εἶπε τῷ Κυαξάρει ὅτι οἶκος αὐτῷ ἐξηρημένος εἴη ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἀρχεῖα, ὅπως ἔχῃ, καὶ ὅταν ἐκεῖσε ἔλθῃ, ὡς εἰς οἰκεῖα κατάγεσθαι, i. e. *Domum et curiam ei Babylone ſelectam eſſe; vt, cum eo etiam veniret, tanquam in ſua diuertere poſſet.* Cyrus, [4]vti quidem antea ſemper, ita nunc etiam Cyaxaris auctoritatem tanquam ſummam reſpicit: eique adeo Babyloniae regnum, a ſe modo bello partum, defert. Quod ille licet ſuſceperit, ita tamen adminiſtrauit, vt Cyrus etiam, vti

par

1) Dan. VI, 28.
2) Camp. Vitringa Obſeru. ſacr. l. 6. c. 4.
3) Nic. Abram. in Pharo p. 329.
4) K. Π. p. 391. (326.) et ſeq.

par erat, officium parteſque imperatoris obtineret, vivente adhuc Cyaxare. Nec mirum, ita ſi ſe res haberet; [1]quippe hic neque filium habuit; et Cyro filiam, addita dotis nomine Media vniuerſa, collocauit. Narrationem hanc Xenophonteam abunde teſtimonio ſuo comprobat [2]Propheta: quippe qui Beltaſari dixerit, *Regnum tuum diuiſum eſt;* ita ſcil. diuiſum, vt Darius Medus quidem ſummam eius obtineat; Cyrus in partem rerum adminiſtrationis ſit vocatus: mox enim addit, *Datum* eſt *Medis ac Perſis;* et proxime ſequenti capite narrat, Darium res adminiſtraſſe *ſecundum Leges Medorum et Perſarum.* Quid vero cauſae fuit, quare Populi vtriuſque Leges obſeruaret, niſi quod ipſi (*Medo*) pars imperii ceſſerat; pars Cyro (*Perſae;*) ita vt ille principem obtineret locum; ſecundum, hic: id quod inde effici poſſe videtur, quod *Medos* vbique prius nominet, quam *Perſas:* contra atque in [3]aliis Hiſtoriae Sacrae locis fieri ſolet; vbi, Dario illo mortuo, Cyroque ſummi imperii potito, *Perſae Medis* ſtudioſe praeponuntur: β De aetate, qua Cyaxares erat, cum ei regnum Babyloniae delatum erat, ſilet quidem Xenophon: at annorum 62. ſatis conuenit numerus, quot ſcil. Darius ille tunc temporis habuit; nam Cyrus, cuius ille auunculus erat et ſocer, eodem tempore annos plus minus 60. natus erat. Vtrumque hoc momentum [4]Ioſephi teſtimonio confirmatur: Δαρείῳ δὲ τῷ καταλύσαντι τὴν Βαβυλωνίων ἡγεμονίαν μετὰ Κύρε τὲ συγγενὲς, ἔτος ἦν ἑξηκοσὸν δεύτερον, ὅτε τὴν Βαβυλῶνα εἶλεν· ὃς ἦν Ασυάγε υἱὸς, ἕτερον δὲ παρὰ τοῖς Ελλησιν ἐκαλεῖτο ὄνομα· ſcil. *Cyaxares,* [5]interprete Theodoreto. γ Cyaxarem genere Medum fuiſſe, nemo inficias ibit: eique Cyrum in regno ſucceſſiſſe, in controuerſiam venire nequit. His, opinor, de cauſis, aliiſue, (quibus plus forſan inerat momenti, quaſque orbi erudito inuidere) [6]Viri eruditiſſimi, *Cyaxarem* Xenophonteum eundem eſſe cum *Dario Medo* Danielis, exiſtimauere. Quam quidem hypotheſin cum reiecerant Scaliger, Petauius, Marshamus, alii, hac in antiquae Hiſtoriae periodo omnia turbarunt.

Totum

1) p. 631. (526.)
2) Dan. V, 28.
3) In lib. Eſth. paſſim.
4) Antiq. Iud. l. 10. c. 11.
5) In Dani. c. V. v. 31. qui tamen a Ioſepho diſſentit.
6) Vſſerius, Prideaux, Vitringa, Calmetus, alii.

Totum autem Cyri regnum [1] Cteſias aliique annis triginta, Herodotus viginti nouem, definiunt. Xenophon (Annalium vtique ſi credas Auctoribus) regnum eius, poſt Cambyſis Cyaxariſque mortem, annis ſeptem circumſcribit. At mentem Xenophontis iſti parum acceperunt: en eius verba! Οὕτω δὲ αἰῶνος προκεχωρηκότος, μάλα δὴ πρεσβύτης ὢν ὁ Κῦρος ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας τὸ ἕβδομον ἐπὶ τῆς etc. et [2] quae ſequuntur: vbi τὸ ἕβδομον [3] verti debet *ſeptimam*, ſeu *vice ſeptima;* non, vt illis viſum eſt, *ſeptimo anno.* Ipſa Hiſtoriae Xenophonteae ratio verſionem hanc omnino reſpuit: nam paulo poſt tradit Auctor, Cyrum obiiſſe, cum alteri liberorum, [4] πρότερῳ ſcil. γενομένῳ, καὶ πλείονων, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἐμπείρῳ, regnum tribuerat. Quod ſi iam rerum peritus dici potuit Cambyſes, filius ille Cyri natu maximus, haud dubie, cum regnare occoepit, ex ephebis exceſſerat. Si vero ſeptimo vel octauo poſt captam Babylonem anno mortuus eſt Cyrus, nec ante ſubactos Babylonios vxorem duxit, ([5] vti Noſter antea) qui tandem fieri potuit, vt Cambyſes, ex eo matrimonio ſuſceptus, moriente patre iam pubertatem, ne dicam iuuentutem, attingeret? Per Xenophontem certe minime ſtat, quominus Chronologi (id ſi quando poſtulent eorum rationes) Cyri regnum vltra ſeptem producant annos; imo vero producant neceſſe eſt, illum ſi audiendum iudicent.

De morte Cyri parum inter Hiſtoricos conuenit. Herodotus, et Trogus aduerſus Maſſagetas pugnantem eum occubuiſſe tradunt; [6] at fatetur ille varios eſſe de ea re ſermones. Cteſias mortuum eum eſſe ait ex vulnere, quod Indus ei quidam aduerſus Derbices pugnanti inflixerat: [7] Diodoro Siculo ſi credas, cruci adfixus obiit: [8] Ioannes Malala dicit, eum e proelio nauali, cum Samiis commiſſo, fuga lapſum, et in terram ſuam reuerſum, ibi fuiſſe interemtum; eodem Antiocheno teſte, Pythagoras Samius ſcripſit, Cyrum in iſto bello occubuiſſe. Luciani verba parui pendo: quippe ſerio rem agere neque ſolet homo,

1) Excerp. 8. Cic. de Diu. 1. 23.
2) p. 646. (540.)
3) Vide quae notauimus p. 646. (540.)
4) p. 650. (543.)
5) pag. 635. (530.)
6) L. 1. c. 214.
7) L. 2. p. 128.
8) Hiſtor. Chron. p. 201. edit. Oxon.

homo, et [1]ipse secum pugnat: Xenophon domi eum placide morbo obiisse narrat. Haud certi quid hac quod de re statuat aliquis, inueniet: verum Xenophonti potius, quam caeteris fidem habendam iudico. Primum enim minus probabile est, Cyrum, cum ad [2] annum septuagesimum peruenerat, exercitum in expeditionem educere voluisse: deinde, [3]Arriano et [4]Curtio testibus, Alexander M. apud Pasargadas Cyri sepulchrum, in quo erat conditum eius corpus, inuenit: quod tamen, si in manus truculentae istius reginae Massagetarum incidisset, (vti caeteri fere tradunt Historici) sepulchro redditum fuisse neutiquam credibile est. Xenophonti certe tum in narratione de Cyri morte, tum in aliis omnibus ad eum spectantibus, accedit [5]Zonaras.

Hactenus de fide Xenophontis; causisque, cur ei potius, quam aliis, qui de Cyro scripserunt, Historicis, accedendum sit. Nunc pauca quaedam notare libet, quae Historiam hanc minus accuratam arguere videantur. In primis autem, qui Cyripaediam attentius paulo legerit, facile obseruauerit, Xenophontem nusquam fere *temporum*, raro *locorum*, vbi res quaeque gesta erat, meminisse: nusquam reges illos Assyriae, cum quibus res fuit Cyaxari et Cyro, nominibus suis adpellasse. Hinc quidem effeceris, Historiam esse minus perfectam; non vero Historicum esse infidum, aut in rebus Cyri memorandis parum diligentem. Nam Xenophontis aetate, nullam communem Aeram, ne Olympiadum quidem illam, in Historiam esse receptam, viri eruditi iam docuerunt: et de regibus illis, eorumque ordine, numero, nominibus, nihil habemus certi, nisi quae Oraculis diuinis inserta legimus. Eosdem autem Orientis reges variis insigniri nominibus, eademque nomina diuersis tribui principibus, multiplici probauit exemplo doctissimus [6]Bossuetus: quod et alii passim fecere viri eruditi. Itaque Xenophontem equidem existimauerim consulto se ab iis Historici muneribus suscipiendis abstinuisse, quibus accurate praeclareque,



1) Char. p. 215. et Macrob. p. 915.

2) Cic. de Diu. 1. 23. Lucianus in Macrob. ait eum 100um annum adsequutum esse.

3) L. 6. c. 29.

4) L. 10. c. 1. confer Strab. l. 15. p. 1061. et quae ibi notauit doctiss. Casaubonus.

5) Annal. l. 3.

6) Histor. Vniu. Epoch. 7.

hoc est, more suo, fungi se posse desperauit. Rerum certe, quarum ille condidit Historiam, seriem chronologicam ita contexere, vt nihil offendas, difficile est adeo, vt eo labore supersedere satius esse duxi, quam Schema successionis et Medici et Assyrii imperii incertum exhibere. Istiusmodi vero Schematis vsum ex Annalibus eruditissimi Vsserii ita supplendum curaui, vt regum Assyriorum nomina rerumque gestarum tempora in notis identidem exponerem.

Iis autem, quae Xenophonti solent imputari, annumeratum video, quod Cyaxarem origines suas ita iactantem inducat, Ὅτι δικαίων γε δὴ, ἐφ' ὅσον ἀνθρώπων μνήμη ἐφικνεῖται, καὶ τῶν πάλαι προγόνων καὶ πατρὸς βασιλέως πεφυκέναι, etc. cum secundum aliorum Historicorum hypotheses recentius sit Medorum regnum. At illum ita loqui, nemini mirum videri debet; cum affectibus eo tempore vehementissimis occupatus erat, atque [2] reges Orientales magnifice de ditione rebusque suis alias loqui solebant.

Quod ad sermonis attinet commercia, quae Cyro puero intercessere cum auo Astyage; cum Cambyse patre; cum Armenio rege, eiusque filio Tigrane; cum Gobrya, Gadata, Croeso, praefectisque exercitus, et quae sunt huius generis alia; ea quidem haud dubie ab ingenio Xenophontis, et delectandi et erudiendi lectoris gratia, profecta sunt et exornata. His licet adiicias quaedam ex iis, quae in Pantheae Historia occurrunt: cui fidem tamen, si τὸ ἦθος spectes, haud temere denegandam existimauerim. Eo quippe tempore Susis siue Susianae suum adfuisse regulum seu Satrapam, Babyloniis regibus subiectum, omnino credibile est: quin et pigmentis etiam huic narrationi inserendis locum dare potuit de eximia mulierum, ista regione natarum, pulchritudine Xenophontis aetate per Orientem vulgata fama: [3] imo vero etiam docet Historia sacra virgines ibi formosissimas exstitisse.

Iam vero singulis huius Historiae momentis causisque, cur fidem ea mereatur, excussis expositisque; de Populorum quorundam, in ea quorum fit mentio, quo susceptum

1) p. 390. (325. 326.)
2) Ephem. XXVI, 23. Dan. IV, 1.
3) Esth. II.

ſuſceptum Xenophontis tuendi munus cumulatius expleamus, ſitu diſſerendum eſt.

VI. Haud, opinor, quenquam fugit, qui hac in Hiſtoria non ſit peregrinus plane atque hoſpes, Xenophontem Populis quibuſdam alios longe, atque veteres ſolent fere Geographi, ſitus tribuere. Quocirca neceſſe habuimus Tabulam eiuſmodi Geographicam excudendam curare, quam Auctoris noſtri mens, non opinio vulgaris, poſtulare videbatur. Ne quis autem vel Xenophontem a vulgo Geographorum temere deſciuiſſe, parumue penſi habuiſſe, quam cuique, cuius meminit, Populo ſedem tribuit; vel nos ab eius aberraſſe mente, putauerit; libet obſeruationes adferre quaſdam Geographicas, quae et Hiſtoriae Xenophonteae et Tabulae illi noſtrae illuſtrandae poſſint inſeruire.

## DE CHALDAEIS.

Chaldaeorum (vt ab his ordiamur) nomine Populum adpellat Xenophon, qui ea incolunt loca, e quibus Euphrates, Tigris, Araxes, Cyrus oriuntur. Atque hanc quidem illis ſedem recte tribui poſſe [1] monſtrauimus ex Strabone, aliiſque.

## DE INDIS.

Duplicem Indorum nationem et antiqui et recentioris aeui Scriptores agnoſcunt: quorum vna inter Gangem fere Indumque amnes; altera, in Aethiopia, ſedem nacta eſt; de qua [2] Virgilius:

— *Septem diſcurrit in ora*
*Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis.*

Alius eſt ab iſtis Populus, cuius meminit Xenophon; et ita meminit, vt eum Armeniis et Chaldaeis vicinum eſſe doceat. Nam α [3] Chaldaei, Armeniis et Medis finitimi, ſtipendia ſaepe mereri ſolebant apud Indorum regem: β [4] Cyrus, ex ſuis quendam ad Indum miſſurus, ab illis petit, qui legato iſti et duces forent itineris et in iis, quae cupiebat, impetrandis adiumento: γ ſpatium tantum quatuor ad ſummum menſium in proficiſcendo ex Armenia ad Indiam; in negotio, quod eis dederat Cyrus, conficiendo,



1) In notis ad p. 191. (161.) et ſeq.
2) Georg. l. 4. v. 292.
3) Κύρ. π. p. 203. (170.)
4) pag. 204. (171.)

ficiendo, atque in Mediam redeundo nuntius ille eiusque comites consumpsere: ex quo efficitur, regiones istas haud ita longo inter se locorum interuallo disiunctas esse. Quapropter Indos oportet alibi quaeramus, in quos Xenophontea quadret narratio. Quaerenti autem videtur, eos, de quibus ille verba facit, commodissime in Colchide collocari posse: quem ne quis Indorum situm, non modo incongruentem, sed plane Historicorum omnium atque Geographorum testimoniis contrarium, existimet; pauca quaedam ex Veterum monumentis adferre libet, quae Xenophontem nec sui prorsus ingenii oblitum esse, nec quid in omni memoria inauditum scripsisse; cum Populo circa Colchidem habitanti Indorum nomen tribuerit. Itaque 1° notandum est, quod Antiqui Aethiopiae incolis Indorum, Indis Aethiopum, interdum dedere nomen. Vtrumque hoc verum esse docebunt ea quae sequuntur loca; [1]Virgilius, de Nilo (vt iterum eius adducam verba) canit:

*Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis.*

[2]Idem de Augusto:

*— super et Garamantas et Indos*
*Proferet imperium.*

Vbi per *Indos* intelligi debent *Aethiopes.* [3]Ouidius etiam Indos cum his confundit, cum dicit Perseum deuexisse Andromedem, regis scil. Aethiopum filiam, *nigris ab Indis.* Similiter [4]Appianus illos pro Afris sumit; vbi ait Annibalem iussisse, vt Indi conscensis elephantis in Claudii castra irrumperent. His adiicias licet [5]Hyginum, qui *Ammonem in India* memorat; i. e. in *Africa*, vbi templum Iouis Ammonis. Quibus vero rationibus adducti Veteres istorum inter se Populorum nomina confuderint, docet [6]Cl. FRERETVS;. cuius velim consulas Dissertationem supra laudatam. 2° Colchidi nomen Aethiopiae datum est apud Veteres: quod duobus probat exemplis doctissimus [7]Bochartus. Primum suppeditat [8]Hieronymus, qui beatum Matthiam ait Euangelium praedicasse *in altera Aethiopia, vbi est irruptio Apsari et Hyssi portus.* [9]Fluuius

1) Georg. IV, 293.
2) Aenei. VI. 794.
3) Art. am. l. 1. v. 53.
4) De bell. Annib. p. 337. ed. Steph.
5) Fab. 275.
6) In Dissertat. de Geogr. Cyrip.
7) G. S. l. 4. c. 31.
8) In catal. de Apost. Matthia.

[1] Fluuius autem Apsarus atque portus ille erant prope Phasidem, atque adeo ad antiquam illam Colchidem pertinebant. Alterum ex Sophronio adfert: qui [2] dicit, Aethiopas prope os Apsari, atque ripas Phasidis habitare. Auctor quidem vterque aetate Xenophontis longe recentior est: at credibile est, eos annalium monumenta sua ante tempora conditorum esse sequutos; quin et eorum testimonia Scriptorum aeui antiquioris auctoritate confirmata sunt, qui Aethiopas, h. e. gentem atram, regionem istam incoluisse tradunt. [3] Argonauticorum Auctor ad meridianam Phasidis partem gentem ponit atram siue Mauros. [4] Pindarus de Colchidis loquens incolis, eos vocat κελαινωπεῖς, i. e. *adspectu nigros*: quod ad epitheton obseruat Scholiastes, eos, cum ἄποικοι sint Aegyptiorum, esse μελανόχροας i. e. *atro colore*. Quae cum ita sint, 3° sequitur, Xenophontem citra vitium Colchidis quosdam incolas Indorum adpellare potuisse nomine; cum idem Aethiopibus nomen tribui soleat, et Aethiopes ex Colchis quidam dicantur; quod et illos colore referant atro, et [5] in Colchida forsan vna cum Aegyptiorum colonia a Sesostre erant deducti. Nec, opinor, Xenophon primus in iis oris Indos collocauit: nam [6] Herodotus ipse populum quendam incolentem loca a Bosphoro Cimmerio haud ita longe distantia, eo designat nomine.

## DE HYRCANIIS.

Populum hunc [7] Xenophon Assyriis finitimum; numero exiguum; equitatu instructum esse tradit. Quocirca, ab Hyrcaniis iuxta mare Caspium sitis, ad alius cuiusdam loci incolas oculos animumque conuertamus necesse est. Nam primo Caspii maris accolas illos ab Assyriis tota fere diuidebat Media; deinde, cum multitudine tum potentia iidem valebant; denique, regionem incolebant montosam, minusque adeo copiis aptam equestribus. Ex serie rerum, quas libro quinto memorat Xenophon, colligi posse videtur, Hyrcanios, de quibus agitur, quatuor aut quinque dierum iter a Babylone distare,



1) Scylac. Peripl. p. 32. Arri. Peripl. P.E. p. 6. Anonymi Desc. P.E. p. 14, 15.
2) In vita S. Andreae.
3) Vulgo Orpheus: v. 742.
4) Pyth. δ'. v. 377.
5) Vide Herodot. lib. 4. cap. 104. et seq. Valeri. Flac. l. 5. v. 421.
6) Lib. 4. cap. 28.
7) K. Π. p. 248. (208.)

atque ad meridianum latus esse sitos. Quare crediderim eos regionem incoluisse, quae hodie vocatur *Irac* prope Arabiam: quaeque nomen, opinor, ab antiquis illis Hyrcaniis, quorum meminit Xenophon, Graeca terminatione demta, ductum adhuc retinet.

## DE TERRA BACTRIANA.

Regionis quidem huius siue Populi, eam qui incolebat, saepe meminit Xenophon: at in Bactros vltra mare Caspium Parthiamque, atque haud ita longe ab Oxo flumine sitos, eius minime quadrant verba. [1] Ait enim regis Assyrii copiis illos obsideri, quod de regione ampla minus commode dici potest. Praeterea non satis intelligo, qua ratione populum adoriri potuit Assyrius, qui tam longo interuallo suis a finibus distabat; cum et Medi et Persae inter Assyriam et terram Bactrianam illam siti sint. [2] Infra Noster etiam tradit, quod Assyrius Abradatam, Susorum regem, ad Bactrianorum regem, societatis ineundae gratia, mittebat. Quod si Bactrianos hic intelleXeris vltra mare Caspium sitos; viam, quaeso, quam ingressus est Assyrii legatus ille, qua adiri poterat in istorum regionem? Haud, opinor, dixeris, Mediam illum Persiamque, hostium scil. regiones, qua maxime in longitudinem patent, ausum esse peragrare: neque aliud facile monstraveris iter, eo quod incolumem, qua par erat celeritate, duceret. Quapropter alium haud dubie locum, quam qui Oxo vicinus est, Bactrianam adpellauit Xenophon. Neque vero hunc alibi forsan vsquam aptius, quam in Susianis vicinia ponamus; nec Xenophon solus ibi Bactros inuenit. [3] Hesychius de loco quodam loquitur Susianem inter et Bactrianam; vbi certe nequit intelligi regio illa prope Oxum; quippe mira sane vagaque prorsus esset loci alicuius designatio, si quis eum iacere dixerit inter regiones tanto a se inuicem interuallo distantes, quantum inter Susianem et terram illam Oxo vicinam interiectum est. Eosdem etiam, quos Noster, Bactros respicere videtur [4] Plinius; ita nempe si Auctoris huius verba legas, vt ea distinxit elegantissimi [5] Vir ingenii; qui

1) p. 57. (49.)
2) p. 314. (263.)
3) Ad v. Νησαῖαι ἵπποι.
4) H. N. l. 6. c. 27.
5) D. Freretus in Dissert. supra memorata.

qui de Populorum omnium, quorum modo mentionem fecimus, ſitu egregie adeo copioſeque diſſeruit, vt nobis locus eius laudandi quidem amplus, argumenti, quod tractauit, noſtris illuſtrandi curis nullus fere relictus ſit.

Libet autem Caduſiorum Sacarumque, quorum ille non meminit in tractatu toties laudato, ſitum breuiter attingere; quo eam, quam in tabula Geographica ſequuti ſumus, rationem praeſtemus tueamurque.

## DE SACIS.

Sacas nolim hic intelligi, qui vltra Sogdianam ad Orientem verſus ſedem nacti ſunt. Noſter enim Caſtelli cuiuſdam [1] meminit, quo tanquam propugnaculo contra Hyrcaniorum et Sacarum impetus vtebatur Aſſyrius. Itaque gentes iſtas et Aſſyriae fines attigiſſe, et vicinitate inter ſe coniunctas eſſe putauerim; cum in iſta regione munimentum idem ad vtriuſque propellendos impetus fuerit idoneum. Quam autem Hyrcanii Xenophontei ſedem obtinuere, ſupra iam indicauimus. Quamobrem Sacarum forſan nomine terrae iſtius, ad ſeptentrionalem Arabiae deſertae partem ſitae, quam SACCAEAM vocat Ptolemaeus, incolas deſignauit Xenophon. His vero Caduſios tanquam vicinos adiungere viſum eſt:

## DE CADVSIIS.

Quippe Noſter has [2] paſſim gentes coniungit: idcirco non Caſpii maris accolas illos, ſed Populum alio quodam loco ſitum, Caduſios, opinor, adpellauit. Nec locus huic aptior Populo quiſquam viſus eſt, quam vbi CADESIAM poſuit Scriptor apud Arabas illuſtriſſimus [3] ABU'L-FEDAH; cuius haec mecum verba benigniſſime communicauit Vir doctiſſimus [4] Ioannes Gagnier: والقادسية والحيرة والخورنق جميعها على حافة البادية سواد العراق i. e. interprete Viro eodem Literarum Orientalium peritiſſimo, *Porro AL-KADESIAH, Al-Hirah*



1) p. 348. (291.)
2) p. 353. (295.) 371. (309.) 537. (447.)
3) In climate ſiue regione *Erak Arab.* num. 3.
4) Qui ABU'L FEDAE Geographiam vniuerſalem, (opus diu deſideratum) Verſione latina notisque donatam prelo mox ſubiecturus eſt.

*Al-Hirah et Al-Kalvarnack, omnes ſitae ſunt in margine Deſerti Salvad ſeu Pagorum Al-Erak:* de qua ſupra, cum de Hyrcaniis egimus. Idem Geographus ex Auctore libri *Al-Tartib* tradit, *Locum adpellatum fuiſſe AL-KADESIAH, eo quod incolae Kades in illa habitationem fixerunt: Kades autem eſt oppidum in territorio vrbis 'Marwa'l Rudh.* Itaque dicendum forſan erit, incolas vrbis CADES originem quidem a Caduſiis, ad meridionale Caſpii maris littus ſitis, duxiſſe; atque interiecto deinde tempore, coloniam quandam inde vltra Euphratem Arabiam verſus migraſſe, atque ibi ſedem fixiſſe.

Haec de Geographia Xenophontea: cuius adeo momenta paucis ſum perſequutus, quod multa, quae iis illuſtrandis inſeruire poſſint, iam occupauit, plura pollicitus eſt, Clariſ. FRERETVS; quodque demum, in hac cum nimium forſan Diſſertatione longus fuerim, ad alteram inſtituti, quae ſupereſt, perficiendi partem, tranſeundi tempus eſt.

1) Vrbs celebris in regione *Choraſan*; de qua Cluuer. l. 5. c. 13.

DISSER-

# DISSERTATIO SECVNDA,

IN QVA

I. *De Sacris*: II. *Ciuilibus*: III. *Militaribus Persarum institutis moribusque, quorum scilicet in hac Historia meminit* XENOPHON, agitur.

PERSARVM ritus moresque, quales nimirum antiquitus gentem apud istam viguere, Xenophon tantis quidem celebrauit laudibus, vt modum omnino excessisse, atque eos ex ingenio magis, quam veritate, Lectoribus plerisque suis exornasse videatur. Vt autem illi nullum a me studii deesset officium, hac etiam in parte fidem ei integram praestare mihi iam propositum est: quod vt rite munus explere possim, quam ipse Persicae disciplinae sapientiaeque speciem abumbrauit, primum exhibere; aliorumque deinde Scriptorum, suis qui narrationem Xenophonteam testimoniis comprobant, verba citare, vel loca, vbi reperiuntur, indicare, visum est. Et hunc quidem ideo quoque mihi libentius imposui laborem, quod huiusmodi praeludia et Auctorum sensum faciliorem expeditioremque reddere, et legentium animos confirmare, soleant.

Quamuis autem amplissimus de sapientia, quae in institutis illis elucet, sese nobis disserendi campus aperiat; ex eo tamen in gyrum arctiorem nostra sane compellenda est oratio: neque enim quod nacti sumus scripturae argumentum, multiplicem copiose disputandi rationem, sed vnum alterumue vniuscuiusque rei breuiter expositae postulat exemplum. Quod si quando minus ad Xenophontis auctoritatem confirmandam Scriptorum aliorum testimonia suppetant, nemini quidem id mirum videri debet; cum ille data quasi opera, atque adeo plenius, Persarum exponat consuetudines legesque, caeteri tantum obiter eas attingant. Sed iam ad susceptum munus exsequendum pergamus.

I. Vt autem nostram hanc a Sacris dissertationem auspicemur, et vnde Persae rerum agendarum, inde dicendi nos exordium capiamus: Numen eos, quod [1]ΖΕΥΣ apud Xenophontem caeterosque Scriptores Graecos nominatur, coluisse passim tradit [2] Noster: Κῦρος δὲ

1) De vocis istius origine vide *Indic. Etymol.*

2) p. 66. (56.) 471. (395.) 647. (540.)

δὲ ἐλθὼν εἶπε, καὶ προσευξάμενος — ΔΙΙ πατρῴῳ etc. Quem Deum Darius etiam apud [1] Plutarchum inuocat: Ζεῦ πατρῷε Περσῶν.

SOLI vero praecipue cultum eos praestitisse, vna voce profitentur Historici. [2] Xenophon Cyrum inducit, non IOVEM tantum, sed et SOLEM precantem: Ζεῦ πατρῷε καὶ Ηλιε, etc. [3] Herodotus: Θύουσι (Persae) δὲ Ηλίῳ etc. [4] Strabo: Τιμῶσι δὲ καὶ Ηλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Huic autem Deo Persas equos immolasse tradit [5] Noster: ἵπποι ἤγοιτο, θῦμα τῷ Ηλίῳ. Similiter [6] Philostratus, regem Persarum equum album Soli mactasse, scribit: λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον.— καταθύειν ἔμελλε τῷ Ηλίῳ. His fere suffragantur [7] Iustinus, [8] Strabo, [9] Pausanias. Huius rei rationem non illepidam reddit [10] Ouidius:

*Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,*
*Ne detur celeri victima tarda deo.*

Curruum etiam vtrique deo sacratorum meminit [11] Xenophon: μετὰ δὲ τάτες ἐξήγετο ἅρμα λευκὸν — Διὸς ἱερόν. Qua in re accedit ei [12] Curtius: *Currum deinde Ioui sacratum albentes vehebant equi.* Sic et [13] Historia Sacra currus ab aliis Orientis incolis Soli consecratos memorat. Atque hi fere *patrii* erant *Persarum Dii*, quorum non vno loco meminit Xenophon; per quos etiam milites suos Darius obtestatur apud [14] Curtium, quos rex idem, ad coelum manus tendens, precatur.

IGNEM quoque veneratos esse Persas, ex istis colligas licet Nostri verbis: [15] καὶ πῦρ ὄπισθεν αὐτῶν ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄιδρεϊ εἵποντο φέροντες. Eodem fere modo [16] Curtius in re simili: *Ignis, quem ipsi* (Persae) *sacrum et aeternum vocabant, argenteis altaribus praeferebatur.* [17] Fuit tamen, qui Persas nec MITHRAE seu SOLI, nec IGNI

1) De Fortu. Alex. l. 2. p. 338. vide Herodot. l. 1. c. 131. et Strabo l. 15. p. 1064.
2) p. 647. (540.)
3) L. 1. c. 131.
4) L. 15. Hoc ipsum Iustin. l. 1. c. 10. Macrob. l. 1. c. 6. et alii passim confirmant.
5) p. 595. (495.)
6) De vita Apollon. l. 1. c. 31.
7) L. 1. c. 10.
8) L. 11. p. 780.
9) Pausan. in Lacon. l. 3. p. 201.
10) Fast. l. 1. v. 385.
11) p. 595. (495.)
12) L. 3. c. 3.
13) 2 Reg. XXII, 11. vide Cl. Bocharti Hieroz. p. 1. l. 2. c. 10.
14) L. 4. c. 14 etc.
15) p. 595. (496.)
16) Lib. 3 et 4. 13. vide sis. M. Tyrii Dissert. 38. p. 396. edit. Cant.
17) Doctiss. Tho. Hyde, Histor. Relig. Vet. Pers. c. 4.

IGNI cultum diuinum praestitisse; nec Mithram ab ipsis Deum vnquam esse vocatum, adfirmaret. At testimonia, opinor, adtulit vir eruditus [1]Philippus a Turre, quae opinionem eius abunde refellunt. Nam Hesychius Mithram vocat *Deum:* nec vulgarem quidem, sed *supremum et maximum.* Quin et *mediatorem* eum inter Oromazam et Areimanium, bonum et malum deos, statuebant, teste [2]Plutarcho. *Necessitatum* etiam *petitiones* (contra quam sentit Cl. Hyde) Soli fuisse exhibitas ostendit [3]Darius, *Solem Mithrem, sacrumque et aeternum inuocans ignem, vt* militibus dignam vetere *gloria maiorumque monumentis fortitudinem inspirarent.* Quo ex loco et Ignem inuocatum discimus, et proinde deum ab isto Populo habitum. Accedit vetustissimum [4]Herodoti testimonium Πέρσαι θεὸν νομίζουσιν εἶναι τὸ πῦρ. Facile quidem adsentior, e Persis sapientiores non aliter ignem hunc terrenum diuinis honoribus coluisse, nisi quia coelestem ignem, scil. Solem, repraesentaret; vnde originem illum duxisse putabant.

Gentes autem Orientales ab antiquissimis etiam temporibus Solem coluisse liquet ex Historici sacri loco supra modo adpellato, tum quoque ex testimonio [5]Iob. Quare non possum non mirari, Cl. Hyde tantopere contendisse, Persas Soli cultum λατρείας nunquam detulisse; cum et tot luculenta Veteres testimonia contra eum dicant; et ad illud κτισεωλατρείας, vt ita dicam, genus, pronum sese hominibus, quorum animos coelesti suo lumine Deus ipse O. M. non collustrasset, aperiret iter. Cum enim in coelum ii suspicientes, tantum luminis splendidissimi globum, radiis suis micantibus et orbem in dies retexentem, et lustrantem fouentemque omnia suae tanquam ditioni simul et tutelae subiecta contemplati essent; cum mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesque, hominum commoda vitasque, ab eius ortu, occasu, efficientia pendere animaduertissent; hunc sibi, si quam deo speciem sensu percipiendam tribui oportere statuissent, obseruantiam ipsorum in primis cultumque iure optimo vindicare,

1) In Monum. Vet. Antii.
2) De Isid. et Osir. p. 369.
3) Curt. l. 4. c. 13.
4) L. 3. c. 16.
5) XXXI, 26. confer Deuter. IV, 19. et XVII, 3.

vindicare, facillime quidem ipſi ſibi perſuadere potuerunt.

TELLVREM quoque omniparentem, benignamque eorum, quae protulit, altricem, vt deam, Perſae venerabantur: hinc, Cyrum ei hoſtias immolaſſe ſcribit [1]Xenophon: — Επειτα Γῇ σφάξαντες, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ μάγοι, ἐποίησαν: et [2]ſupra, Γῆν ἱλάσκεσθο χοαῖς, — καὶ ἥρωας Ασσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. Non aliter [3]Strabo et [4]Herodotus: quorum ille de Perſis ait, Τιμῶσι — καὶ Πῦρ, καὶ Γῆν etc. hic, χοὰς δὲ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο: et [5]ſupra, θύεσι δὲ καὶ Γῇ etc. Denique [6]Diogenes Laërtius Magos credidiſſe tradit, θεὰς εἶναι καὶ Πῦρ, καὶ Γῆν. Sed a diis ad Sacros Perſarum ritus tranſeamus.

In templorum quidem parietibus Perſas deos ſuos non incluſiſſe, teſtimoniis exempliſque abundat vetuſtas. Iis itaque ſub dio, in editiſſimis quibuſque locis, ſacra faciebant. Ita [7]Xenophon de Cyro loquens, ἔθυε, ait, Διΐ τε πατρῴῳ, καὶ Ηλίῳ — ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς Πέρσαι θύεσιν. Cuius rei teſtimonium perhibet [8]Strabo: θύεσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ. Nec aliter atque illi [9]Herodotus: νομίζεσι Διΐ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἕρδειν. [10]Homerus etiam Troianorum templa et altaria in arce, aut ſummo Idae iugo collocat: ſic enim Iouem de Hectore loquentem inducit:

— ὅς μοι πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκηεν,
Ιδῃ ἐν κορυφῇσι πολυπτύχε, ἄλλοτε δ' αὖτε
Εν πόλει ἀκροτάτῃ·

[11]Variarum etiam gentium mos fuit, in editis potiſſimum locis ſacra facere: qua de re conſulas velim eruditiſſimi Viri IOANNIS POTTERI [12] *Archaeologiam Graecam.*

Coronatos

1) pag. 600. (499.)
2) p. 216. (182.)
3) p. 1064.
4) L. 7. c. 43.
5) L. 1. c. 131.
6) In proœm. ad vit. Philoſ.
7) p. 647. (540.)
8) L. 15. p. 1064.
9) L. 1. c. 131.
10) Ili. χ'. v. 170. et ſeq.
11) Leuit. XXVI, 30. Num. XXII, 41. Gen. XXII, 2.
12) L. 2. c. 2.

Coronatos autem sacrificasse Persas ostendit his verbis [1]Xenophon: Κῦρος μὲν ἐξεφανωμένος ἔθυε, παρήγγειλε δὲ etc. Quam in rem testem citare licet [2]Herodotum: τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐξεφανωμένος τὴν τιάραν etc. Hostias autem, quas caedebant, interdum totas igne absumebant, quod erat ὁλοκαυτεῖν, vti quidem ait [3]Xenophon: ἔθυσαν τῷ Διΐ, καὶ ὡλοκάυτωσαν· ἔπειτα etc. Et moris sane fuisse Orientis incolarum, vt eo modo sacrificarent, neminem nescire patitur [4]Historia sacra. Interdum, partem duntaxat victimae cremabant; reliquas vero carnes epulis destinabant; vnde [5]Noster: τοῖς δὲ νικῶσι πᾶσιν ἐδίδε βῆς τε, ὅπως ἂν θύσαντες ἑσιῷντο. Eodem spectant verba [6]Strabonis ista: μερίσαντος δὲ τῷ μάγῳ τὰ κρέα — ἀπιᾶσι διελόμενοι etc.

Epulas etiam diis libasse Persas, et velut coenae primitias iis dedisse, docet Xenophon: Ο δὲ Κῦρος, ὥσπερ εἶχεν ἑσηκὼς, ἀπαρξάμενος ἠρίζα, καὶ etc. Eundem respiciunt morem Philotae apud [7]Curtium verba, quibus ille vsus, cum Alexander mensam, in qua vesci solitus erat Darius, subduci iusserat: *minime vero haec feceris*, inquit, *rex, sed omen quoque accipe; mensam, ex qua libauit hostis epulas, tuis pedibus esse subiectam.*

Quin etiam Cyrus, capta Babylone, manubiarum primitias diis seligendas [8]curat: ὡς δορυαλώτῳ τῆς πόλεως ἔσης, ἀκροθίνια θεοῖς καὶ τεμένη ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. Hoc et apud alias tam Orientis quam Occidentis gentes factum esse, ex [9]sacra simul et profana constat Historia. [10]Herodotus: Οἱ δὲ Ελληνες, ἐπεί τε — τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια. Similiter a [11]Dionysio Halicarnasseo dicitur Romulus, Caenina capta, retulisse ἀκροθίνια λαφύρων θεοῖς.

Persae

1) p. 221. (186.)
2) L. 1. c. 132.
3) p. 599. (499.)
4) Leuit. XVI.
5) p. 603. (502.)
6) p. 471.
7) L. 5. c. 2.
8) p. 531. (442.) vide p. 303. (253.)
9) Gen. XIV, 20. coll. cum Heb. VII. 4.
10) L. 8. c. 121.
11) L. 2. p. 98. edit. Oxon. vide quae de voce ἀκροθίνιον notauimus in *Addend.* p. 682. (442.)

Perſae autem, cum nihil rite, nihilque prouidenter homines, ſine deorum ope, conſilio, honore auſpicari crederent; omnium rerum agendarum initium a patriorum deorum inuocatione capiebant: vti paſſim exemplo Cyri teſtatur [1]Xenophon. Sic et Xerxes exercitum in expeditionem aduerſus Graecos educturus, apud [2]Herodotum, νῦν δέ, ait, διαβαίνωμεν ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι τοῖσι Περσίδα γῆν λελόγχασι.

Iam vero Sacra omnia obire ſolebant Magi; et regibus populoque praeibant, quibuſnam diis, quoque modo, res diuina facienda eſſet: quod Graeci ἐξηγεῖσθαι et ὑφηγεῖσθαι dicunt. [3]Xenophon: Πρῶτον μὲν ἐν τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖτε ὅ, τι ἂν οἱ μάγοι ἐξηγῶνται. [4]Herodotus: Αἰσυ γὰρ δὴ μάγοι ἐσΦι νόμος ἐσὶ θυσίας ποιέεσθαι. [5]Ammianus Marcellinus de Magorum genere agens, *Eius*, ait, *myſteriis Perſicae poteſtates in rebus faciendis diuinis ſolemniter vtebantur. Eratque piaculum* etc. [6]Claudianus:

— *Rituque iuuencos*
*Chaldaeo ſtrauere Magi.*

Itaque Perſarum regi ſacrificanti adſtant Magi, apud [7]Philoſtratum, non ſecus ac Cyro, apud [8]Xenophontem. Quippe Magos ſapientiae ſtudiis et rerum diuinarum notitia Perſis praeluxiſſe, vt aliis gentibus, Druidas, Gymnoſophiſtas, Brachmanas, grauiſſimi tradiderunt [9]Auctores. Atque haec fere Xenophon de Sacris Perſarum inſtitutis, memoriae prodidit: cui fidem alios etiam Hiſtoricos et antiquioris aeui Scriptores praeſtare vidimus. Iam ergo, curſu mutato, a diuino illorum iure ad humanum tranſeamus.

II. Perſarum monarchiam bonis legibus, inſtitutis ac moribus fundatam fuiſſe, vbique fere docet Xenophon. Caetera-

1) Vide pag. 215. (181.) 221. (186.)

2) L. 7. c. 53.

3) p. 303. (253.) vbi vide notata: itemque p. 503. (421.) 540. (449.)

4) L. 1. c. 132. Strab. l. 15. p. 1065.

5) L. 23. c. 22.

6) De laud. Stilicon. l. 1. vide ſis Cicer. de Diuin. l. 1. c. 41.

7) L. 1. de vita Apoll. c. 29.

8) p. 563. (470.) collat. cum Herodot. l. 1. c. 132.

9) Strabo l. 15. p. 1106. Diog. Laërt. in prooem. de vit. Philoſ. Cyrill. Alex. adu. Iuli. l. 4. p. 133. edit. Spanh. Appi. de bell. ciu. l. 2. extremo.

Caeterarum autem gentium legibus ista ideo instituta [1]Noster anteferenda censuit, quod sincera puerorum pectora, nullis adhuc contaminata vitiis, virtute honestisque artibus imbuenda curent. Cum enim plerique omnes latores legum, de recta puerorum adolescentiumque educatione parum soliciti, genitos liberos parentum arbitrio tollendos alendosque permittant; Persae, pro legum apud eos vigentium sapientia, ludum instituere publicum, quo ciues liberos suos mittere solebant; vt ingenuis disciplinis atque bene beateque vivendi praeceptis ab ineunte statim aetate instituerentur. Ludus ille a Xenophonte adpellatur ΑΓΟΡΑ ΕΛΕΥΘΕΡΑ, *Forum Liberale;* ducto forsan nomine ab illo Foro, quod in Thessalia exstitisse scripsit [2]Aristoteles. In hoc itaque Foro Persae versabantur ingenui, in optimarum artium studiis occupati; nullo cum iis, qui sordidas exercebant artes, commercio interpellati: a foro rerum venalium, concursuque adeo istiusmodi hominum strepituque incondito remoti. [3]Strabo: Ἀγορᾶς δὲ ἐχ ἅπλονται· ἄτε γὰρ πωλοῦσιν, ἄτ' ὠνοῦνται. Imo vero apud Persas nulla huiusmodi fora fuisse, aperte asserit [4]Herodotus: αὐτοὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἀγορῇσι ὀδὲν ἐώθασι χρῆσθαι, etc. Propius etiam ad Xenophontem accedit [5]Themistius, qui huius sic meminit moris: ὃς διεχώρισε τῆς ἀγοραίας τύρβης τὰς ἐλευθέρας διατριβάς.

In eo autem Liberali Foro [6]Xenophon fuisse ait, τά τε Βασίλεια, i. e. regia: καὶ τὰ [7]Ἀρχεῖα, i. e. *Iudicum Praetoria*, siue loca, in quibus principes viri ad ius reddendum, docendum, interpretandum, iuuenumque mores effingendos considebant. Cum vero quatuor aetatum gradus statuerent distinguerentque Persae, [8]Forum etiam illud in totidem tribuere partes; quarum vna pueris; altera, adolescentibus; tertia, viris iam robur aetatis adultae vigoremque habilem adsequutis; quarta,

1) p. 7. (6.)
2) Polit. l. 7. c. 12.
3) L. 15. p. 1067.
4) L. 1. c. 153.
5) Orat. 21. p. 260. edit. Hard.
6) p. 8. (7.)
7) Suidas Ἀρχεῖα interpretatur Κριτῶν χωρία. Eodem sensu Aristot. vocem hanc vsurpat *Polit.* l. 7. c. 12. Sic et Charondas in Legibus, citante Stobaeo, Serm. 42.
8) pag. 8. (7.)

quarta, senectutem, atque adeo militiae vacationem, adeptis, erat destinata. Singulis his ordinibus viri praeerant duodecim, (nam et Persicus populus in tribus XII. diuidebatur:) [1] οἱ ἂν ἑκάστας δοκῶσι βελτίστας ἂν ἀποδεικνύναι, καὶ παρέχειν αὐτὰς μάλιστα τὰ τεταγμένα καὶ τὰ καθήκοντα ποιοῦντας. quos nimirum [2] Strabo vocat διδασκάλας σωφρονεστάτας.

Iam vero Persae, quanti sit a teneris adsuescere non ignari, in puerorum institutione studii diligentiaeque plurimum adhibere solebant: quorum itaque rudes adhuc animos veri in primis dicendi amore, vanitatis sucique omnis odio imbuebant. Ita [3] Xenophon: Ἐγένετο ἐν — ῥήτρα, ἣ καὶ νῦν χρώμεθα ἔτι, ἁπλῶς διδάσκειν τὰς παῖδας, ὥσπερ τὰς οἰκέτας πρὸς ἡμᾶς αὐτὰς διδάσκομεν, ἀληθεύειν, etc. [4] Stobaeus: οἱ δὲ παῖδες παρ' αὐτοῖς (de Persis loquitur) ὥσπερ μαθήματα, τὸ ἀληθεύειν διδάσκονται. [5] Herodotus: παιδεύσασι δὲ τὰς παῖδας — ἀληθίζεσθαι. Idem infra paulo: ὤσχισον δὲ αὐτοῖς τὸ ψεύδεσθαι νενόμισαι.

Iustitiam etiam in illis Fori Liberalis ἀρχείοις Persae a pueris addiscebant, [6] Xenophonte teste: Οἱ μὲν δὲ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην. Ad hanc itaque virtutem exerciti, ius cuique suum tribuendi erant adeo studiosi, vt turpissimum fere ducerent, τὸ ὀφείλειν χρέος, vti tradit [7] Herodotus. Et quo citius perciperent fideliusque tenerent ad istam quidquid virtutem spectaret, quoque modo lites dirimi, et iudicia exerceri oporteret, in rem pueros praesentem perducebant, atque controuersiis distrahendis interesse permittebant eis; vt, exemplis ob oculos propositis, et regere et regi discerent, duce ac magistra Iustitia. De consuetudine hac in vitium suo tempore detorta queritur [8] Xenophon: Καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, etc. Sic et Augustus fere, auctore [9] Suetonio, *liberis Senatorum, quo celerius reipublicae*

1) p. 9. (8.)
2) L. 15. p. 1066.
3) p. 90. (77.)
4) Serm. XLII. ex Nicol. περὶ ἰδεῶν.
5) L. 1. c. 136. confer Strabo l. 15. p. 1066. et Suidam ad v. Κῦρος.
6) p. 9. (9.)
7) L. 1. c. 138.
8) p. 666. (556.)
9) In August. c. 38.

*blicae adſueſcerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, et curiae intereſſe permiſit.* Porro, inter ipſos pueros ſiue puberes, ſiue pubertati proximos incidebant ſaepe lites, in quibus diiudicandis ἄρχοντες illi ſiue παίδων διδάσκαλοι maximam diei partem conſumebant. Οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν, ait Xenophon, διατελοῦσι πλεῖον μέρος τῆς ἡμέρας δικάζοντες etc.

Ab iiſdem praeceptoribus, qui non verbis tantum, ſed etiam exemplis, ſuis praeibant diſcipulis, temperantiam in victu praetermittendiſque voluptatibus [2] Perſica diſcebat iuuentus. Quippe tradit quoque [3] Strabo, Perſas διδασκάλοις vſos eſſe σωφρονεστάτοις. Hanc itaque virtutem colendo, adhibita etiam corporis exercitatione, eam ſiccitatem conſequebantur, vt neque [4] ſpuerent, neque ſe emungerent, neque flatum ventris emitterent. Varro, citante [5] Nonio, in his omnibus Xenophonti accedens, *Perſae*, inquit, *propter exercitationes pueriles modicas, eam ſunt conſequuti corporis ſiccitatem, vt neque ſpuerent, neque emungerentur, ſufflatoue corpore eſſent.* [6] Strabo quoque ſcribit τὰ μὲν ἔθη (Περσῶν) σωφρονικὰ τὰ πλείω. [7] Pueri docebantur etiam principibus obſequi, praeceptoribuſque: quam ad obedientiam Seniorum eos excitabat exemplum.

Quin etiam herbarum vires Perſas didiciſſe ſcribit [8] Xenophon: Αλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐν τῇ γῇ τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως etc. Ac plane, quam fuerint in venenis miſcendis celandisque ingenioſi ac induſtrii, Statirae (quae fuit Artaxerxis Mnemonis coniux) docet exitus; de quo [9] Cteſias et [10] Plutarchus ſcripſere.

Legibus autem moribuſque Perſarum erat receptum, vt in iudicium crimenque vocari poſſet is, qui beneficii accepti immemor gratias, cum poſſet, non retuliſſet. Quem morem, cauſis etiam additis, [11] Xenophon eleganter exſequitur: Δικάζεσι δὲ καὶ etc. eundem et alii memorant Auctores:



1) p. 10. (9.)
2) K. Π. p. 11. (10.)
3) L. 15. c. 1066.
4) p. 18. (16.) et 663. (554.)
5) In v. *Siccum*.
6) L. 15. p. 1068.
7) p. 11. (10.)
8) p. 666. (556.) lege locum integrum.
9) Photi. Biblio. p. 132.
10) In Artaxerx. p. 1020.
11) p. 10. (9.)

res: [1]Amm. Marcellinus: *Leges apud eos* (Perſas) *impendio formidatae, inter quas diritate exſuperant latae contra ingratos.* [2]Themiſtius: ὁ Περσικὸς νόμος δίκας εἰσπράτ∫εται ἀχαριςίας, ὅτι μάλιςα ἐμποιεῖ μῖσος ὅπη ἂν ᾖ.

Perſas vero ſumma obſeruantia pietateque parentes ſuos coluiſſe, argumento eſt quod Cyrus Cyaxari filiae nuptias ei offerenti hunc in modum reſpondere potius, quam ſtatim adſentiri voluit: [3]βέλομαι σὺν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ, καὶ τῇ τῆς μητρὸς, ταῦτά σοι συναινέσαι. Docet etiam [4]Curtius vel in conſpectu matris conſidere nefas eſſe, niſi illa annueret; nam Alexander Siſygambim, Darii matrem, quam filii pietate proſequebatur, adloquens, *Quotcunque*, ait, *ad te veni, donec vt conſiderem annueres, reſtiti.*

Iam vero, vt reliqua Perſicae inſtitutionis expediam capita, quae quidem ad corporis exercitationem ſpectant; ſumma, [5]Xenophonte teſte, cura diſcebant τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Similiter [6]Herodotus: Παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας — ἱππεύειν καὶ τοξεύειν. Et [7]Strabo: Ἀπὸ δὲ πέντε ἐτῶν ἕως τεττάρων καὶ εἴκοσι παιδεύονται τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Epheborum autem alia erat, atque puerorum conditio et vitae ratio; de qua [8]Xenophon haec ſcribit: Δέκα ἔτη ἀφ' ἧς ἂν ἐκ παίδων ἐξέλθωσι, etc. cuius verbis fidem conciliant ea, quae Strabo, loco ſaepe laudato, memorat. Quod ſi quando in campos venatum exire non liceret, viuariis et ſeptis incluſas feras reges agitare ſolebant: [9]Xenophon: Ἔπειτα

1) L. 23. c. 6.

2) Orat. 22. p. 268. vide et Tzetz. Chil. 3. c. 98. Aelia. H. V. l. 7. c. 3. Apud Senecam de Benef. l. 3. c. 6. quidem haec legere ſolemus: *Excepta Macedonum gente non eſt in vlla data adverſus ingratum actio.* At libens equidem H. Stephano et Mureto adſentior, qui ex vetere quodam libro, pro *Macedonum*, reponi *Medorum* debere contendunt. Quod et factum in editione Romana teſtatur Stephanus, in Epiſt. diorthot. quorundam Senecae locorum: et in Commeliniana quoque eandem ipſemet emendationem inueni. *Medos* autem pro *Perſis* Antiquos ſaepe dixiſſe, neminem fere vel literis mediocriter imbutum latet.

3) p. 631. (527.)

4) L. 5. c. 2.

5) p. 14. (13.).

6) L. 1. c. 136.

7) L. 15. p. 1066. His adde Himerium ἐν μελέταις.

8) p. 12. (11.) et 567. (473.)

9) p. 29. (25.) vbi vide quae notauimus, et 569. (474.)

Επειτα τά τε νῦν ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία etc. Saltatione quoque Persae sese exercebant; [1]Xenophon: Ορχεῖσθαι δεῖ τὸ Περσικόν. [2]Athenaeus: Πέρσαι γὰρ, ὥσπερ ἱππεύειν, ἕτω καὶ ὀρχεῖσθαι μανθάνουσι. Saltationis autem Persicae formam exprimit [3]Xenophon: Τέλος δὲ, τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο κροτῶν τὰς πέλτας· καὶ ὤκλασε καὶ ἀνίστατο· καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει.

Postquam vero ex ephebis excesserant, nouam vitae rationem Persae ordiebantur: ad cuius metas, decurso demum quinque et viginti annorum spatio, perveniebant: [4]ΑΦ' ἃ δ' ἂν ἐξέλθωσι χρόνε etc. At cum 25. annos in ciuilibus militaribusque muneribus et officiis τέλειοι isti ἄνδρες consumpserant, annos iam nati 50, aut plus eo, [5]senilem ordinem ingrediebantur: Επειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη etc. Similiter, ex [6]Strabonis sententia, Persae magistratus gessere, munera subiere publica, stipendiaque a vicesimo anno ad quinquagesimum vsque meruerunt: Στρατεύεσι δὲ καὶ ἄρχεσιν ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἕως πεντήκοντα, πεζοί τε καὶ ἱππεῖς. Apud eos etiam antiquitus obtinuisse, vt communis esset omnium, quocunque natorum loco, puerorum educandorum ratio, docet [7]Noster: ἔξεσι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τὰς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα. Haud sane aliter Iulianus apud Laconas et Carthaginienses κοινὰ τῆς ἀρετῆς γυμνάσια καὶ παιδεύματα exstitisse [8]tradit.

Porro apud Persas turpe habebatur et inhonestum [9]καὶ τὸ ἰόντα πε φανερὸν γενέσθαι ἢ τὲ ἐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ etc. [10]Herodotus etiam ait, καὶ σφι ἀπ ἐμέσαι ἔξεσι, ἀπὶ ἐρῆσαι ἀντίον ἄλλε. Idem [11]alibi: Πρός τε τέτοισι ἔτι γελᾶν καὶ πλύειν ἀντίον, καὶ ἅπασι τῆτό γε εἶναι αἰσχρόν. His adde [12]Amm. Marcellinum, qui, *Super his*,

 ait,

1) p. 616. (513.)
2) L. 10. c. 10.
3) Αναβ. l. 5.
4) p. 15. (14.)
5) p. 16. (14.)
6) L. 15. p. 1067.
7) p. 17. (15.)
8) Orat. 1. p. 14. ed. Spanh.
9) κ. π. p. 18. (16.) 570. (475. 476.) et 665. (555.)
10) L. 1. c. 133.
11) L. 1. c. 99. vbi de iis loquitur, quae Deioces instituit vetuitus.
12) Lib. 23. c. 6.

ait, *nec ſtando mingens, nec ad requiſita naturae ſecedens, facile viſitur Perſa.*

Victu autem tenui vſos eſſe Perſas, identidem tradit [1] Noſter: Φέρονται δὲ οἰκοθεν σῖτον μὲν, ἄρτον· ὄψον δὲ, etc. Eandem etiam victus rationem iis tribuit [2] Strabo: ἡ δὲ καθ' ἡμέραν δίαιτα ἄρτος, — καὶ μάζα, καὶ κάρδαμον· — ποτὸν δ' ὕδωρ. Cur vero prae caeteris herbis Cardamum eligerent, docent verba, quae ex Suida [3] adduximus. Parce etiam ac duriter Perſas primo victitaſſe docet Xenophon: nam de Cyro (p. 452.) loquens, Εἰδὼς ἐν, ait, Πέρσαις, τὰς οἰκοι, κακοδαιμονεστάτας etc. Hinc illa Sandanis, [4] apud Herodotum, verba: σιτέονται ἐκ ὅσα ἐθέλουσιν, ἀλλ' ὅσα ἔχουσιν, χώρην ἔχοντες τρηχείην. Πρὸς δὲ, ἐκ οἴνῳ διαχρέωνται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσι. Verum antiquos illos rigidoſque Perſarum mores paulatim Medicus Lydiuſque, vti fit, luxus ita infecit corrupitque, vt priſcam illam frugalitatem, tolerantiam, continentiamque funditus euerterit: earumque in locum virtutum ſubierint opipare adparata conuiuia, vinolentia, deliciaeque vitio non carentes; ita fere [5] Xenophon: Ην δὲ αὐτοῖς νόμιμον μηδὲ προχοΐδας εἰσφέρεσθαι — νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι etc. Perſas itidem [6] Herodotus vt vinoſos perſtringit: Οἴνῳ δὲ κάρτα προσκέαται. Idem tum Alii tum [7] Aelianus in iſto populo notauit vitium. Enimuero non regibus modo, ſed et purpuratis quoque lautiſſimae adponebantur coenae. Sic enim Satrapas adloquitur [8] Cyrus: Εχωσαν δὲ παρ' ὑμῖν etc. Et [9] Athenaeus, παρὰ τοῖς Πέρσαις, ait, τοῖς ἐν δυνάμει ὖσιν, ἄθρόα πάντα τὰ σιτία ἐπὶ τὴν τράπεζαν παρατίθεται. Επειδὰν δὲ οἱ σύνδειπνοι δειπνήσωσι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης παραλειπομένων (καταλείπεται δὲ τὰ πλεῖστα κρέα, καὶ ἄρτοι) ὁ τῆς τραπέζης ἐπιμελόμενος δίδωσιν ἑκάστῳ τῶν οἰκετῶν etc. Eos autem ſermone bono lepidoque inter coenan-

1) p. 11. (10.) et 14. (12. 13.) vide Cicer. Tuſc. diſp. lib. 5. 34. et de Fin. l. 2. 28. vox μάζα, qua vtitur Xenophon, Heſychio interprete, denotat ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ· quam Suidas interpretatur σφοδρὸν ἄρτον.

2) L. 15. p. 1067.

3) In notis ad p. 11. (10.) qua de re vide ſis Naudae. de Studio milit. p. 271.

4) L. 1. c. 71.

5) p. 664. (555.)

6) L. 1. c. 133.

7) H. V. l. 12. c. 1.

8) p. 640. (534.)

9) L. 4. c. 10. eadem de re paſſim Auctores teſtimonium dicunt.

coenandum vsos esse multiplici Xenophon demonstravit exemplo: ἐνενόησε δὲ αὐτῶν etc. quem locum respiciens [1]Plutarchus, τὸν Γωβρύαν φησὶ συνδειπνοῦντα τῷ Κύρῳ, τά τε ἄλλα θαυμάζειν τῶν Περσῶν, καὶ ὅτι τοιαῦτα μὲν ἀλλήλας ἠρώτων, ἃ ἥδιον ἦν ἐρωτηθῆναι, ἢ μὴ καὶ ὡς etc. Lautiores autem Persas habuisse σιτοποιὰς, καὶ ὀψοποιὰς, καὶ οἰνοχόους, καὶ παρατιθέντας, καὶ ἀναιροῦντας, testatur [2]Xenophon. Similiter in aulis regum Orientalium eiusmodi fuisse ministros non [3]Herodotus modo, sed et [4]Sacra docet Historia. Idem eis suo iam tempore voluptatum comparandarum artifices adfuisse non obscure [5]significat: Καὶ μὴν τὰ πετλόμενα etc. qua de re adsentitur ei [6]Athenaeus τῷ μὲν Πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχονται μαξεύοντες, τί ἂν ἡδέως πίοι· μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως φάγοι· etc.

Poculorum etiam numerosa varietate eximioque pretio eosdem delectatos ostendunt cum Xenophonte Strabo et Herodotus. [7]Noster: Καὶ μὴν ἐκπώματα ἦν μὲν ὡς πλεῖσα ἔχωσι, etc. [8]Strabo: κόσμος τε λαμπρὸς σολῆς ἐκπωμάτων τε τῶν ἄλλων, ὥστε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καταλάμπεσθαι.

Pretiosa autem veste stragula lecti eorum sterni atque ornari solebant: Ἐκείνοις γὰρ, inquit Noster, [9]πρῶτον μὲν τὰς εὐνὰς etc. Ac plane in epuli illius descriptione, quod exhibuisse [10]dicitur Assuerus, κλῖναι erant χρυσαῖ καὶ ἀργυραῖ ἐπὶ λιθοστρώτου σμαραγδίτου λίθου, etc. Neque vero in Persico luxu omittenda sunt vnguenta: in eorum quippe ministerio recenset [11]Xenophon κοσμητὰς, οἱ ὑποχρίουσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτὰς etc. [12]Plinius, *Vnguentum*, ait, *Persarum genti se debere* etc.

Musicae non imperitos experteque fuisse Persas ostendit [13]Xenophon φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ἁδέ-



1) Sympos. l. 2. προβλ. ά.
2) p. 625. (559.) et seq.
3) L. 9. c. 81.
4) Gen. 38, 1. 2 Reg. 18, 17.
5) p. 667. (557.)
6) L. 4. c. 10.
7) p. 668. (558.)
8) L. 15. p. 1067. vide sis Herodot. l. 9. c. 81. et Athen. l. 11. c. 3.
9) p. 667. (557.)
10) Esth. I, 6. vide Athen. l. 4. c. 10. Plutar. in Artaxerxe p. 1022.
11) p. 669. (559.) vide Philostr. V. A. l. 6. c. 10. et p. 931.
12) H. N. l. 13. c. 1. Vide sis etiam quae scribit Plutar. in Alex. p. 688.
13) p. 6. (6.) qui et alibi memorat μυσεργὲς: vide quae notauimus p. 312. (260.)

ται etc. [1] Strabo: Διδασκάλοις τε λόγων τοῖς σωφρονεστάτοις χρῶνται, οἱ — καὶ μέλας χωρὶς, καὶ μετ' ᾠδῆς ἔργα θεῶν τε, καὶ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἀναδιδόντες. Iisdem [2] πρόσθεν μὲν ἦν ἐπιχώριον μὴ ἐρᾶσθαι πεζῇ etc. Vsque adeo tandem equitandi studio atque peritia insignes exstitere, vt nomen inde suum traxisse [3] videantur.

Hortos etiam Persae diligenter colebant, agrique non exiguum modum septis claudebant. Cyrus Satrapas adloquens, [4] Κτᾶσθε δὲ, ait, καὶ παραδείσους etc. [5] Plutarchus: Ἐπεὶ δὲ εἰς ςαθμὸν κατέβη βασιλικὸν, παραδείσους ἔχοντα θυμαςὰς etc.

Porro, Persae (vt ad reliquos eorum mores transeamus) osculo dimittere abeuntes cognatos, eosdemque reuersos osculo excipere, solebant: id quod [6] Xenophon his verbis docet, λέγεται, ὅτε Κῦρος ἀπῄει, etc. [7] Herodotus: Ἐντυγχάνοντες δὲ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι — φιλέεσι τοῖσι ςόμασι etc.

Eosdem veste longa, laxa fluitantique indutos fuisse significant verba haec Xenophontea: [8] Στολὴν τε γὰρ εἵλετο Μηδικὴν etc. De vestibus his [9] Ammi. Marcellinus haec scribit: *Indumentis plerique eorum ita operiuntur, lumine colorum fulgentibus vario, vt licet sinus lateraque dissuta relinquant flatibus agitari ventorum, inter calceos tamen et verticem, nihil videatur intectum.* A Medis autem ad eos, teste [10] Xenophonte, manarunt οἱ πορφυροῖ χιτῶνες, καὶ οἱ κάνδυες, καὶ etc. et eos quidem [11] Sandanis ante subactos Medos vocat ἄνδρας, οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι. [12] Strabo: Τὰς μέντοι Μήδας ἀρχηγέτας εἶναι — Πέρσαις τοῖς ἔχουσιν αὐτὰς, καὶ διαδεξαμένοις τὴν τῆς Ασίας ἐξουσίαν. Ἡ γὰρ νῦν λεγομένη Περσικὴ ςολὴ, καὶ etc. εἰς τὰς Πέρσας παρὰ τῶν Μήδων ἀφῖκται. Et quae sequuntur. [13] Ammi. Marcellinus:

1) L. 15. p. 1066.
2) p. 668. (558.)
3) Indic. Etymol. p. 685. vide sis p. 280. (234.)
4) p. 640. (535.)
5) In Artax. p. 1024. vide dicta p. 29. (25.) et Indic. Etymol. ad v. Paradisus.
6) p. 54. (46.)
7) L. 1. c. 134. vide sis Strabo. l. 15. p. 1067. et quae notauimus p. 54. (46.)
8) p. 570. (475.)
9) L. 23. c. 6. vide Diodor. Sic. l. 2. p. 94.
10) p. 19. (18.)
11) Herod. l. 1. p. 71.
12) L. 11. p. 797.
13) L. 23. c. 6.

cellinus: *Armillis vti monilibusque aureis — adsuefacti.* Athenaeus: Κατασκευάζεσι δ' ἐξ αὐτῶν (margaritis) ὁρμίσκες τε καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὲς πόδας· περὶ ἃ σπεδάζεσιν οἱ Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ πάντες Ασιανοὶ, πολὺ μᾶλλον τῶν ἐν χρυσίῳ γεγενημένων.

Caeterum quod ad iudiciorum Persicorum rationem attinet, Cyrum constituisse scribit [2]Xenophon, ὅσα διακρίσεως δέοιτο, εἴτε δίκη, εἴτε ἀγωνίσματι, τὲς δεομένες διακρίσεως συντρέχειν τοῖς κριταῖς. Quibus de iudicibus haec [3]Amm. Marcellinus: *Ad iudicandum autem vsu rerum spectati destinantur et integri, parum alienis consiliis indigentes.*

Moris autem fuit Persarum, vt cadauera humarent, non comburerent. Cyrus moriens haec filiis mandat, [4]τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν etc. Quare Cambysi vitio datum est, quod Amasidis Aegyptii regis cadauer cremari iussisset: haec nos, causa addita, docet [5]Herodotus: Καμβύσης δὲ, ἐπεὶ εἰσῆλθε ἐς τὰ τῦ Αμάσιος οἰκία — ἐκέλευσέ μιν κατακαῦσαι ἐντελλόμενος ἐχ ὅσια. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζσι εἶναι τὸ πῦρ· τὸ ὦν κατακαίειν τὲς νεκρὲς, ἀδαμῶς ἐν νόμῳ ἐσί — Πέρσησι.

Iam vero pauca quaedam ad regii nominis decus imperiique maiestatem spectantia ex Auctore nostro proferenda sunt, atque aliorum testimoniis confirmanda. Itaque Persae, quoties in regis conspectum prodibant, proni eum cernuique salutabant. Ιδόντες δὲ (de Cyro loquitur [6]Xenophon) πάντες προσεκύνησαν. [7]Arrianus: λέγεται τὸν πρῶτον προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων Κῦρον. Moris etiam erat eiusdem populi, vt, cum regem propius adirent conspicerentue, manicis manus insererent: [8]καταβεβηκότες ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ διειρκότες τὰς χεῖρας διὰ etc. huius obseruantiae meminit etiam Noster Ελληνικῶν l. 11.



1) L. 3. c. 14.
2) p. 588. (490.)
3) L. 23. c. 6.
4) p. 658. (550.)
5) L. 3. c. 16. vide sis Diog. Laërt. in Prooem. Segm. 7.
6) pag. 596. (496.)
7) L. 4. c. 11. vbi vide quae notauit Cl. Gronouius. Vide sis Valer. Maxi. l. 7. c. 3. Curti. l. 8. c. 5. alibi passim.
8) p. 594. (495.) vbi vide quae notauimus.

Optimates autem procereſque Perſici ad regiae portam praeſto eſſe ſolebant: [1] Καὶ ἔδοξε τὰς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι etc. Ita Oroeten, nobilem Perſam, ἐπὶ τῶν βασιλέως θυρέων καθήμενον, proponit [2] Herodotus; vt et Amanem, qui proximum a rege tenebat locum, πρὸ τῆς αὐλῆς ſtantem, [3] Ioſephus. Et Perſarum quidem reges vſque adeo libere imperabant, vt omnes, qui ditioni eorum erant ſubiecti, pro ſeruis haberent: hinc Gobryas Cyro ſe dedens, [4] δίδωμι, ait, σοὶ ἐμαυτὸν δοῦλον καὶ etc. Secundum quem loquendi modum, Artemiſia, apud [5] Herodotum, Xerxem ita adfatur, Σοὶ, ἐόντι ἀρίζῳ ἀνδρῶν πάντων κακοὶ δοῦλοί εἰσιν.

Ab obſeruantia, qua ſuos Perſae reges colebant, ad horum inſignia iam ſe noſtra conuertit oratio. Vt autem a capitis ornatu initium capiam; Cyrum rectam Tiaram geſtaſſe tradit [6] Xenophon: apud [7] quem Tiſſaphernes ait: τὴν μὲν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ Τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεσιν ὀρθὴν ἔχειν. Similiter [8] Scholiaſtes Ariſtophanis: μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς (tiaris) ἐχρῶντο. Ad Tiaram Cyri Diadema acceſſiſſe docet [9] Xenophon. Haud aliter [10] Plutarchus de Xerxe, θεὶς τὸ Διάδημα, καὶ καταξαλὼν τὴν τιάραν. Regem eundem Noſter ϛολὴν Μηδικὴν, i. e. veſtem purpuream ad talos vſque demiſſam, geſtaſſe tradit [11] Xenophon. Eadem fere de Alexandro, in luxum Perſicum prono, [12] Iuſtinus: *Amicos quoque ſuos longam veſtem auratam purpureamque ſumere iubet, vt luxum quoque, ſicuti cultum imitaretur Perſarum.* Regum vtique amiculum purpureum, μεσόλευκον fuiſſe docet [13] Noſter: [14] Plutarchus etiam de his, qui Perſarum imperio ſubiecti erant, Οἱ τὴν Περσικὴν, ait, ζώνην καὶ τὸ διάλευκον αὐτῶν χιτῶνα προσκυνῆσι. Alexander etiam poſtquam in Perſarum mores

1) p. 556. (464.)
2) L. 3. c. 120.
3) Ant. I. l. 11. c. 6. vide ſis Plutarch. in Themiſt. p. 125. Eſth. III, 2. ſeq. et quae notauimus p. 20. (18.)
4) p. 307. (256.)
5) L. 8. c. 68. vide ſis eundem l. 7. c. 39.
6) p. 595. (496.)
7) Αναβ. 2.
8) Ορνιθ. v. 487. vide ſis Suid. et Heſych. ad v. Τιάρα.
9) p. 596. (496.)
10) περὶ φιλαδελ. p. 488.
11) p. 570. (475.)
12) L. 12. c. 3.
13) p. 595. (496.)
14) In vita Alex. p. 694.

mores transiit, τό τε Περσικὸν διάδημα περιέθετο, καὶ τὸν διαλευκον ἐνεδύσατο χιτῶνα, vti scribit [1]Diodorus Siculus. Postremo sceptrum aureum reges Persarum gestasse [2]Xenophon indicat: de aureo etiam Assueri sceptro mentio sit in [3]Estherae libro.

Reges interdum amicis, aut iis, quos honore prosequebantur, partes de coena mittere solebant. Sic enim de Cyro [4]Xenophon: Πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἀπόντων Φίλων etc. Atque ita Timagorae, qui Artaxerxem adorauerat, τῶν παρατιθεμένων βασιλεῖ, τινὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀπεσαλμένα, narrat [5]Athenaeus. Grata autem memoria reges eorum persequebantur virtutem, qui de iis bene meriti erant. Ita [6]Xenophon: πρόσθεν μὲν γὰρ εἴ τις etc. Hos vero εὐεργέτας τῆ βασιλῆος, vt loquitur [7]Herodotus; Ορσσάγγαι καλέονται Περσισί. Erat et summus apud Persas honor, regis concessu ac munere, aureum torquem collo gestare, armillis aureis vti. Τίνος δὲ δῶρα, inquit [8]Xenophon, γιγνώσκεται etc. [9]Idem: Κῦρος δ' ἐκείνῳ δῶρα, ἃ νομίζεται παρὰ βασιλέως τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον καὶ στρεπτὸν χρυσῆν, καὶ ψέλλια, καὶ ἀκινάκην, καὶ στολὴν Περσικήν. [10]Procopius etiam scribit: ἄτε δακτυλίῳ χρυσῷ, ἄτε ζώνῃ, ἄτε περόνῃ χρῆσθαι, ἄτε ἄλλῳ ὅτῳ ἔν θέμις, ὅτι μὴ ἐκ βασιλέως ἀξιωθέντι.

Vniuersum autem Persarum imperium in Satrapias distributum est: [11]ἐδόκει αὐτῷ (Cyro) σατράπας etc. [12]Herodotus: ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης — τὴν οἱ Πέρσαι σατραπηίην καλέσι. Satrapae etiam χωρῶν ἄρχοντες vocantur in Assueri epistola, quae in [13]Estherae libro reperitur. [14]Herodianus a Cyro ad Darium vsque Asiam omnem ὑπὸ σατράπαις Περσικοῖς διῳκῆσθαι scribit. Solebant vero Satrapiae filiis regum decerni. Sic filium natu

1) L. 17. p. 549.
2) p. 652. (545.)
3) c. 8. v. 4. confer Ioseph. A. I. l. 11. c. 6.
4) p. 613. (510.) et 575. (479.)
5) L. 2. c. 9. vide sis Ioseph. Ant. I. l. 10. c. 11. et Heliodor. l. 7. p. 338.
6) p. 661. (553.)
7) L. 8. c. 85. quem vide, nec non oseph. A. I. l. 11. c. 6. et Esth. VI, 3.
8) p. 578. (482.) et seq.
9) Αναβ. l. 1. confer Esth. VI. et Ioseph. A. I. l. 11. c. 6.
10) L. 1. c. 17. vide sis Dio. Chrysost. Orat. 11. p. 29. Curt. l. 3. c. 13. Plutar. in Crasso p. 563.
11) K. π. p. 635. (530.)
12) L. 1. c. 192. et 3. 89.
13) c. 8. v. 9. et Esdr. 8. 36.
14) L. 6. sub init.

natu minorem [1]adloquitur Cyrus: σοὶ δὲ, ὦ Ταναοξάρη, σατράπην etc. Hystaspem etiam, Xerxis filium natu minorem, obtinuisse τὴν ἐν Βάκτροις σατραπείαν [2]Diodorus Siculus refert. Quin etiam Persarum reges, vti testatur [3]Xenophon, ministros quosdam, qui *regis oculi*, *auresue* adpellabantur, habebant. [4]Aristides: ὁ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐδόκει τι διάφορον κεκτῆσθαι τὸν λαλέμενον βασιλέως ἐφθαλμὸν καὶ βασιλέως ὦτα. Et Cyrum quidem sibi decem millia δορυφόρων, οἳ κύκλῳ μὲν etc. tradit [5]Noster. Huiusmodi autem σωματοφύλακας regi Persico adfuisse testatur [6]Esdrae liber tertius. Ομότιμοι qui qualesue fuere, in notis [7]exposuimus: de Eunuchorum etiam ministeriis [8]alibi diximus.

III. Operi instituto fastigium eorum imponet enumeratio, quae ad militarem Persarum disciplinam diligentiamque spectant. De eorum armatura [9]sic generatim Xenophon: Ωπλισμένοι δὲ πάντες etc. Nec aliter fere [10]Herodotus: Πέρσαι μὲν ὧδε ἐσκευασμένοι· περὶ μὲν etc. Copidem autem eos gestasse [11]docet Xenophon: Καὶ οἱ πεζοὶ ἔχεσι μὲν etc. copidem etiam, vt gladii Persici genus, [12]Plutarchus non vno loco memorat. [13]Noster praeterea tribuit militibus Persicis θώρακα περὶ τὰ στέρνα. [14]Herodotus de Masistio Persa, ἐντὸς, ait, θώρηκα εἶχε etc. Priscis vero temporibus linteas fuisse loricas constat ex his verbis: [15]Επεὶ δ' ἔμελλε τὸν λινᾶν etc. Alexandrum quoque nouissimo contra Darium proelio θώρακα διπλοῦν λινοῦν gestasse, ἐκ τῶν ληφθέντων ἐν Ισσῷ refert [16]Plutarchus. Postea ex aere cudi apud Persas coepere. [17]Ωπλισμένοι δὲ πάντες etc. De Gerris Paltisque vide Indicem Etymologicum et Tacticum.

Nec

1) p. 651. (544.)
2) L. 11. p. 53.
3) p. 579. (483.)
4) Orat. Panegyr. Cyzic. p. 243. T. 1. edit. Oxon. Vide Aristoph. Αχαρν. v. 92. et Schol. ad locum Heliod. l. 8. extremo. Luci. de Merc. conduc. p. 253.
5) pag. 544. (453.)
6) c. 3. v. 4. et Esth. II. III.
7) p. 60. (51.)
8) p. 509. (425.) et 543. (452.)
9) p. 471. (395.)
10) Lib. 7. c. 61.
11) pag. 669. (560.)
12) In Alexandri et Aristidis vitis. Vide Curti l. 8. c. 14.
13) p. 105. (89.) et 274. (229.)
14) L. 9. c. 22.
15) p. 463. (388.) vbi vide notata.
16) Et in eius vita, p. 684.
17) p. 471. (395.) vbi vide quae notauimus.

Nec in armis Perſicis praeterire fas eſt arcum et pharetram, de quibus paſſim apud Noſtrum fit mentio. [1] Herodotus: ὑπὸ δὲ, Φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο. [2] Strabo: ἔχει δὲ ἕκαστος τόξον. Eandem armaturam Medis eorumque ſociis tribuunt [3] Prophetae: ex hac ſagittandi peritia Perſis *pharetrata* dicitur [4] a Virgilio. Fundis quoque Perſas vſos eſſe non modo [5] Xenophon, ſed et [6] Strabo docet. [7] Ille tradit item, eos, qui Cyrum ſequebantur, armatos fuiſſe κράνεσι χαλκοῖς etc. [8] Herodotus quoque de Perſis, ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι εἶχον, ait, ἔνιοι αὐτέων καὶ χάλκεα καὶ — ποιήματα.

Caeterum curribus equos Perſae in bello iungebant, [9] vti tradit Noſter. [10] Herodotus ita de Xerxe ſcribit: τότε δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ' ἅρματος etc. Ex curru quoque pugnaſſe Darium aduerſus Alexandrum teſtis [11] eſt Diodorus Siculus. Cyrum paſſim Noſter ſolicite curaſſe, vt exercitus abundaret commeatu, tradit: quod et [12] Herodotus his verbis ſignificat Perſarum regibus in primis fuiſſe curae: Στρατεύεται δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας, καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκε, καὶ προβάτοισι.

Ex popularibus vero ſuis potiſſimum conſcribere exercitum iidem ſolebant reges. Nam [13] Xenophon ait ἐπιχώριον illis fuiſſe, τὰς μὲν τὴν γῆν ἔχοντας etc. [14] Idem ait Satrapis mandaſſe Cyrum, ἱππέας καθιζάνειν ἐκ τῶν etc. Attamen Graecis tandem militibus mercede conductis vti [15] coepere: καὶ ἀδεὶς ἔτι ἄνευ τῶν Ελλήνων etc. [16] Arrianus de Dario: καὶ πρώτας μὲν τὰς ὁπλιτικὰς, τὰς Ελληνας τὰς μισθοφόρας ἔταξεν etc.

Excubias egiſſe Perſas teſtatur [17] Xenophon: apud [18] Curtium quoque Alexander ſuadenti Parmenioni, vt Perſas

1) L. 7. c. 61.
2) L. 15. p. 1067.
3) Ieſaias et Ierem.
4) Georg. 4. v. 290.
5) p. 516. (432.)
6) L. 15. p. 1067.
7) p. 571.
8) L. 7. c. 84.
9) p. 418. (349.) et ſeq.
10) Lib. 7. c. 40.
11) Lib. 17. p. 513. de curribus falcatis vide quae notauimus p. 419. (350.)
12) L. 1. c. 188.
13) p. 668. (558.)
14) p. 639. (534.)
15) p. 670. (560.)
16) L. 2. c. 8. vide ſis Curt. l. 3. c. 9. et Arri. l. 1. c. 17.
17) p. 432. (360.) et ſeq.
18) L. 4. c. 13.

Persas nocte adoriretur, respondet, *Vigilias agere Barbaros, et in armis stare*, etc. Exploratores etiam et speculatores habebant Persae: sic κατάσκοπον in Lydiam missum Araspam, ait [1]Xenophon. [2]Procopius: κατασκόπας ἐκ παλαιᾶ ἦν τε Ρωμαίοις καὶ Πέρσαις δημοσίᾳ σιτίζεσθαι νόμος.

Persas etiam vrbium, quos oppugnabant, muris scalas admouisse docet [3]Xenophon: Ὡς δ' ἐγένετο πρὸς τῷ τείχει etc. [4]Herodotus: ἐπολιόρκεον (Persae) τὴν Βάρκην — προσβολὰς καρτερὰς ποιεύμενοι. Atque adeo, in vrbibus obsidendis, balistis scorpionibusque, malleolis item et facibus vsos esse docet [5]Ammi. Marcellinus.

Verum, vt tandem receptui canamus, Persis quinquagesimus fere annus militiae vacationem [6]adtulit. [7]Strabo: στρατεύεσι δὲ — ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν, ἕως πεντήκοντα. Atque plura quidem huius generis alia, in notis partim, partim in Indice vocabulorum militarium, exposuimus. Itaque iam honestam, ipsa quidem re monente, mihi quoque missionem indulgere libet.

1) p. 423. (353.) vide p. 431. (360.) et 452. (378.)
2) d. B. P. l. 1. c. 21.
3) p. 493. (413.) et 510. (426.)
4) L. 4. c. 200.
5) L. 23. c. 4.
6) K. π. p. 16. (14.)
7) L. 15. p. 1067.

ΞΕΝΟΦΩΝ-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

EURO PÆ
PONTUS EUXINUS
Indi qui et Æthiopes
Colchis
MARE
CASPIUM
Thracia
PARS
Armenia
Phrygia Minor
Paphlagones
Chaldæi
Græcia
Chalybes
Major
Phrygia
Mariandyni
Magna
Pelopo nesus
Lydia
Ionia
ASSYRIA
Caria
Cilicia
MEDIA
Ecbatana
Creta Ins.
Cyprus I.
SY
Babylon
Bactri
MARE MEDITERRANEUM
RIA
Sacæ
Hyrcania
Susa
Caduſii
Cadeſia
PER - SIA
LIBYA
ÆGYPTUS
ARABIA PETRÆA
ARABIA DESERTA
SINUS PERSICUS
AFRICAE
Æthiopiæ Pars
SINUS ARABICUS
MARE ERYTHRÆUM
PARS
ARABIA
FELIX
IMPERII PERSICI
Typus
ex mente XENOPHONTIS

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

## ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ

### ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

### ΚΕΦ. α'.

Ἔννοια ποθ' ἡμῖν ἐγένετο, ὅσαι δημοκρατίαι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν ἄλλως πως βελομένων πολιτεύεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν δημοκρατίᾳ, ὅσαι τ' αὖ μοναρχίαι, ὅσαι τε ὀλιγαρχίαι ἀνῄρηνται ἤδη ὑπὸ δήμων· καὶ ὅσοι τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ταχὺ πάμπαν κατελύθησαν, οἱ δὲ, καὶ ὁποσονοῦν χρόνον ἄρξαντες διαγένωνται, θαυμάζονται ὡς σοφοί τε καὶ εὐτυχεῖς ἄνδρες γεγενημένοι. πολλὰς δ' ἐδοκοῦμεν καταμεμα-

# XENOPHONTIS

## DE INSTITVTIONE CYRI

## HISTORIARVM

### LIBER PRIMVS

### CAP. I.

Subiit aliquando nos cogitatio, quot populares administrationes, ab iis qui aliter potius, quam in populari reipublicae statu, degere vellent, euersae; quot item vel singulorum, vel paucorum principatus, a plebeis sublati sint: quotque regnum inuadere conati, partim perquam celeriter imperio sint deiecti, partim vt viri sapientes et felices, in admiratione sint; quantocunque tandem spatio temporis principatum retinuissent. Quin et plerosque videbamur animaduertisse, qui

μεμαθηκέναι, καὶ ἐν ἰδίοις οἴκοις, τὰς μὲν, ἔχονλας καὶ πλείονας οἰκέτας, τὰς δὲ, καὶ πάνυ ὀλίγας, καὶ ὅμως ἁδὲ τοῖς ὀλίγοις τούτοις πάντη δυναμένας χρῆσθαι πειθομένοις τὰς δεσπότας.

β'. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐνενοοῦμεν, ὅτι ἄρχοντες μέν εἰσι καὶ οἱ βουκόλοι τῶν βοῶν, καὶ οἱ ἱπποφορβοὶ τῶν ἵππων, καὶ πάντες δὲ οἱ καλούμενοι νομεῖς, ὧν ἂν ἐπιστατῶσι ζώων, εἰκότως ἂν ἄρχοντες τούτων νομίζοιντο. πάσας τοίνυν ταύτας τὰς ἀγέλας ἐδοκοῦμεν ὁρᾶν μᾶλλον ἐθελούσας πείθεσθαι τοῖς νομεῦσιν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ἄρχουσι. πορεύονταί τε γὰρ αἱ ἀγέλαι οἷ ἂν αὐτὰς εὐθύνωσιν οἱ νομεῖς, νέμονταί τε χωρία ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐφιῶσιν, ἀπέχονταί τε ὧν ἂν αὐτὰς ἀπείργωσι· καὶ τοῖς καρποῖς τοίνυν, τοῖς γιγνομένοις ἐξ αὐτῶν, ἐῶσι τοὺς νομέας χρῆσθαι ὅτως, ὅπως ἂν αὐτοὶ βούλωνται. ἔτι τοίνυν ἀδεμίαν πώποτε ἀγέλην ἠθόμεθα συσσᾶσαν ἐπὶ τοὺς νομέας, ὅτε ὡς μὴ πείθεσθαι, ὅτε ὡς μὴ ἐπιτρέπειν τῷ καρπῷ χρῆσθαι. ἀλλὰ καὶ χαλεπώτεραί εἰσιν αἱ ἀγέλαι πᾶσι

qui domi ſuae familiam, alii maiorem, alii ſane modicam alerent; quum tamen iidem domini etiam perpaucos illos magnopere ſibi obſequentes habere non poſſent.

2. Praeterea veniebat in mentem nobis, vt bubulcis in boues, ſic equariis in equos, adeoque omnibus, quos paſtores dicimus, illaec in animalia, quibus praeſunt, non ab re videri imperium eſſe. At vero videre videbamur, greges hos omnes lubentius paſtoribus ſuis parere, quam homines magiſtratibus. Pergunt enim greges, quocunque paſtores dirigunt; atque vt in locis paſtum quaerunt, in quae illi loca eos immittunt: ſic ab iis abſtinent, a quibus arcentur. Quinetiam fructibus, qui ex eis proueniunt, vti paſtores pro lubitu ſinunt: nec vnquam accepimus, vllum gregem aduerſus paſtores coiviſſe, quo vel minus eis pareret, vel eos vti fructu non permitteret. Immo quibuſuis aliis infeſtiores ſunt greges, quam

πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἢ τοῖς ἄρχουσί τε αὐτῶν, καὶ ὠφελημένοις ὑπ' αὐτῶν· ἄνθρωποι δὲ ἐπ' ὀλίγας μᾶλλον συνίασιν, ἢ ἐπὶ τάττας, ἃς ἂν οἴωνται ἄρχειν αὐτῶν ἐπιχειρῆσαι.

γ'. Ὅτε μὲν δὴ ταῦτα ἐνεθυμούμεθα, ἵνα ὡς ἐγνώσκομεν περὶ αὐτῶν, ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων ζώων εἴη ῥᾷον ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν· ἐπειδὴ δὲ ἐνενοήσαμεν, ὅτι Κῦρος ἐγένετο Πέρσης, ὃς παμπόλλας μὲν ἀνθρώπας ἐκτήσατο πειθομένας αὐτῷ, παμπόλλας δὲ πόλεις, πάμπολλα δὲ ἔθνη, ἐκ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν, μὴ ἵνα τῶν ἀδυνάτων, ἵνα τῶν χαλεπῶν ἔργων ἢ τὸ ἀνθρώπων ἄρχειν, ἤν τις ἐπισαμένως τοῦτο πράτῃ. Κύρῳ γοῦν ἴσμεν ἐθελήσαντας πείθεσθαι, τοὺς μὲν, ἀπέχοντας παμπόλλων ἡμερῶν ὁδὸν, τοὺς δὲ, καὶ μηνῶν, τοὺς δὲ, ὀλίγα ἑωρακότας πώποτε αὐτὸν, τοὺς δὲ, καὶ εὖ εἰδότας ὅτι ὀλίγα ἂν ἴδοιεν· καὶ ὅμως ἤθελον αὐτῷ ὑπακούειν.

δ'. Καὶ

quam iis qui et imperium in eos habent, et emolumenta ex eis capiunt: quum homines in nullos maiori coeant impetu, quam quos in se regnum affectare sentiunt.

3. Haec quum apud animum expenderemus, ita de his arbitrabamur; vt homini, prout est a natura, facilius existimaremus esse, quibusuis animantibus aliis, quam hominibus imperare. Sed vbi cogitauimus, fuisse Cyrum Persam, qui complures homines, complures ciuitates, complures etiam nationes sibi parentes habuerit: tum deinde relicta sententia priori, sic statuere coacti sumus; vt hominibus imperare, neque illarum in rerum numero, quae res fieri nequeunt, ponendum; neque factu esse difficile censeremus, modo scite quis hoc agat. Quippe Cyro sponte sua paruisse nouimus homines, qui partim ab eo complurium dierum, partim mensium interuallo abessent, partim nunquam ipsum vidissent, partim certo scientes, se non visuros, nihilo tamen ei minus obedire vellent.

δ'. Καὶ γάρ τοι τοσοῦτον διήνεγκε τῶν ἄλλων βασιλέων, καὶ τῶν πατρίας ἀρχὰς παρειληφότων, καὶ τῶν δι' ἑαυτῶν κτησαμένων, ὥστε ὁ μὲν Σκύθης, καίπερ παμπόλλων ὄντων Σκυθῶν, ἄλλῃ μὲν ὑδενὸς δύναιτ' ἂν ἔθνους ἐπάρξαι, ἀγαπῴη δ' ἂν εἰ τῷ ἑαυτῷ ἔθνους ἄρχων διαγένοιτο. καὶ ὁ Θρᾷξ Θρᾳκῶν· καὶ ὁ Ιλλυριὸς Ιλλυριῶν· καὶ τἆλλα δὲ ὡσαύτως ἔθνη ἀκούομεν· (τὰ γοῦν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἔτι καὶ νῦν αὐτόνομα εἶναι λέγεται, καὶ λελύσθαι ἀπ' ἀλλήλων.) Κῦρος δὲ παραλαβὼν ὡσαύτως καὶ τὰ ἐν τῇ Ασίᾳ ἔθνη αὐτόνομα ὄντα, ὁρμηθεὶς σὺν ὀλίγῃ Περσῶν στρατιᾷ, ἑκόντων μὲν ἡγήσατο Μήδων, ἑκόντων δὲ Υρκανίων· κατεστρέψατο δὲ Σύρους, Ασσυρίους, Αραβας, Καππαδόκας, Φρύγας ἀμφοτέρους, Λυδούς, Κᾶρας, Φοίνικας, Βαβυλωνίους· ἦρξε δὲ καὶ Βακτρίων καὶ Ινδῶν καὶ Κιλίκων· ὡσαύτως καὶ Σακῶν καὶ Παφλαγόνων, καὶ *Μεγαδινῶν, καὶ ἄλλων δὲ παμπόλλων ἐθνῶν, ὧν ὐδ' ἂν τὰ ὀνόματα ἔχοι τις εἰπεῖν. ἐπῆρξε δὲ καὶ

4. Etenim caeteris ille regibus tantum praestitit, cum iis qui accepissent paternos, tum qui sibi principatus ipsi acquisivissent; vt, quum Scytha, quamvis amplissimae Scytharum copiae sint, nullam regno suo nationem aliam adiicere possit, satisque sibi ducat, si suae gentis imperium retineat; et Thrax, si Thracum; Illyricus, Illyricorum; itidemque de caeteris eadem nationibus audiamus: (nam in Europa quidem etiam nunc sui iuris, et a se inuicem distinctae gentes esse perhibentur) Cyrus vnus, qui nationes Asiae similiter suis vtentes legibus liberasque reperisset, exigua cum Persarum manu domo profectus, Medis quidem Hyrcaniisque non inuitis imperavit: Syros vero, Assyrios, Arabes, Cappadoces, Phrygas vtrosque, Lydos, Cares, Phoenices, Babylonios subegerit: atque etiam Bactrios, Indos, Cilices, Sacas item, Paphlagonas, Megadinos, (Mariandynos) gentes alias complures, quarum ne nomina quidem referre quis possit, in ditione habuerit. Idem Graecos

* Alias Βαδινῶν, alias Μαγαδιῶν, vel potius Μαριανδυνῶν.

καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ· καταβὰς δὲ ἐπὶ θάλατταν, καὶ Κυπρίων, καὶ Αἰγυπτίων.

ε'. Καὶ τοίνυν τούτων τῶν ἐθνῶν ἦρξεν, ἅθ' ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, ἅτε ἀλλήλοις· καὶ ὅμως ἠδυνήθη ἐφικέσθαι μὲν ἐπὶ τοσαύτην γῆν τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ φόβῳ, ὥστε καταπλῆξαι πάντας, καὶ μηδένα ἐπιχειρεῖν αὐτῷ· ἐδυνήθη δὲ ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν τοσαύτην τοῦ πάντας αὐτῷ χαρίζεσθαι, ὥστε ἀεὶ τῇ αὐτοῦ γνώμῃ ἀξιῶν κυβερνᾶσθαι. ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα, ὅσα καὶ διελθεῖν ἔργον ἐστὶν, ὅποι ἂν ἄρξηταί τις πορεύεσθαι ἀπὸ τῶν βασιλείων, ἥν τε πρὸς ἕω, ἥν τε πρὸς ἑσπέραν, ἥν τε πρὸς ἄρκτον, ἥν τε πρὸς μεσημβρίαν. ἡμεῖς μὲν δὴ, ὡς ἄξιον ὄντα θαυμάζεσθαι τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐσκεψάμεθα τίς ποτε ὢν γενεὰν, καὶ ποίαν τινὰ φύσιν ἔχων, καὶ ποίᾳ τινὶ παιδείᾳ παιδευθεὶς, τοσοῦτον διήνεγκεν εἰς τὸ ἄρχειν ἀνθρώπων. ὅσα δ' ἂν καὶ ἐπυθόμεθα, καὶ ἠθέλομεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι.

ΚΕΦ.

Graecos incolentes Asiam, et Cyprios, et Aegyptios, ad mare quum descendisset, suam in potestatem redegit.

5. Harum igitur gentium imperio potitus est, quibus neque cum ipso, neque inter se lingua communis erat. Nihilominus ita metu sui tantum terrarum obire potuit, vt omnibus formidine percussis, aduersus ipsum nemo quidquam moliri auderet. Idem tantum in hominum animis excitare potuit desiderium praestandi ea, quae essent ipsi grata: vt omnes ipsius arbitrio regi perpetuo cuperent. Tot nationes vt ex ipso penderent, effecit; quot etiam enumerando percurrere fuerit operosum, quacunque scilicet ex parte a regia quis ordiatur; siue ad ortum, seu occasum; siue ad septentriones, seu meridiem. Nos quidem certe de hoc viro, velut admiratione digno, quo genere natus, quali praeditus indole, quali excultus disciplina, tantum gubernandis hominibus excelluerit, alios consuluimus: et idcirco narrare conabimur, quaecunque de ipso vel percunctando resciuimus, vel intellexisse videmur.

## ΚΕΦ. β'.

Πατρὸς μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, Περσῶν βασιλέως. (ὁ δὲ Καμβύσης ἦτος τῦ Περσειδῶν γένους ἦν, οἱ δὲ Περσεῖδαι ἀπὸ Περσέως κληΐζονται) μητρὸς δὲ ὁμολογεῖται Μανδάνης γενέσθαι· ἡ δὲ Μανδάνη αὕτη Ἀστυάγους ἦν θυγάτηρ, τῦ Μήδων γενομένου βασιλέως. φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται, καὶ ἄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος, καὶ φιλομαθέστατος, καὶ φιλοτιμότατος· ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι τῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα.

β'. φύσιν μὲν δὴ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς μορφῆς τοιαύτην ἔχων διαμνημονεύεται· ἐπαιδεύθη γε μὴν ἐν Περσῶν νόμοις. ἦτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἄρχεσθαι τῦ κοινῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελούμενοι. *ἐκ ἔνθεν γὰρ, ὅθεν περ ἐν ταῖς πλείσαις πόλεσιν ἄρχονται. αἱ μὲν γὰρ πλεῖσαι πόλεις ἀφεῖσαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλοι τὸς ἑαυτῦ παῖδας, καὶ

## CAP. II.

Cyrum, Cambyſe patre, Perſarum rege, natum fuiſſe fertur. Cambyſes ipſe Perſidarum e gente fuit ortus: qui auctore Perſeo celebrantur. Matrem ei fuiſſe Mandanam conſtat, Aſtyagis Medorum regis filiam. Fuiſſe autem Cyrus ita comparatus a natura perhibetur, atque etiam nunc decantatur a Barbaris, vt et forma pulcherrimus, et animo praeditus humaniſſimo, et diſcendi, adipiſcendique honoris auidiſſimus eſſet: adeoque nullum non laborem perferret, nullum non laudis gratia periculum adiret.

2. Tali quum a natura indole animi, formaque Cyrus eſſet, quemadmodum ſane hactenus memoratur; etiam ſecundum leges Perſarum eſt inſtitutus. Earum vero princeps eſſe cura videtur, id efficere, quod bono publico maxime conducat. Non enim inde faciunt initium, vnde quamplurimis in ciuitatibus leges exordiuntur. Nam pleraeque ciuitates cuiuis educandi liberos ſuos, qua ipſi viſum ratione fuerit, poteſtatem faciunt,

* Al. ἐκ ἐμοίως γὰρ ταῖς πλείσαις εκ.

καὶ αὐτὰς τὰς πρεσβυτέρας ὅπως ἐθέλωσι διάγειν. *ἔπειτα προστάττωσιν αὐτοῖς μὴ κλέπτειν, μὴ ἁρπάζειν, μὴ βίᾳ εἰς οἰκίαν παριέναι, μὴ παίειν ὃν μὴ δίκαιον, μὴ μοιχεύειν, μὴ ἀπειθεῖν ἄρχοντι, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ὡσαύτως. ἢν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίας αὐτοῖς ἐπέθεσαν.

γ'. Οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι προλαβόντες, ἐπιμέλονται ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, ὥστε πονηρόν τινος ἔργον ἢ αἰσχρὸν ἐφιέσθαι. ἐπιμέλονται δὲ ὧδε· ἔστιν αὐτοῖς Ἐλευθέρα ἀγορὰ καλουμένη, ἔνθα τά τε βασίλεια καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεποίηται· ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλίαι ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον, ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ.

δ'. Διῄρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ, ἡ περὶ τὰ ἀρχεῖα, εἰς τέτταρα μέρη· τούτων δ' ἔστιν ἓν μὲν παισὶν, ἓν δὲ ἐφήβοις, ἄλλο

faciunt, atque ipsis etiam provectioribus viuere sui ex animi sententia permittunt: deinde edicunt, nequis furetur, ne rapiat, ne per vim domum in aliquam irrumpat, ne quem per iniuriam pulset, adulterium ne committat, magistratus imperio parere ne detrectet, atque his itidem alia consimilia. Quod si quis horum aliquid transgrediatur, poenae propositae sunt.

3. At vero Persicae leges hoc anteuertentes, primum procurant, ne prorsus eiusmodi ciues sint, qui praui alicuius foediue facinoris libidine ducantur. Atque hoc huiusmodi quadam ratione procurant. Est apud eos forum, quod Liberum vocant, in quo cum regia, tum curiae magistratuum caeterae sunt extructae. Hinc et res venales, et nundinatores, et clamores horum ac insolentiae alium in locum reiectae sunt: ne horum turbulenta confusio cum decoro illorum ordine, qui sunt instituendi, permisceatur.

4. Forum hoc ad curias situm, quatuor in partes est diuisum. Earum prima pueris est attributa, puberibus altera,



* Al. ἐπιτάττειν.

ἄλλο τελείοις ἀνδράσιν, ἄλλο τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονόσι. νόμῳ δὲ εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας ἕκαστοι τούτων πάρεισιν, οἱ μὲν παῖδες, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, καὶ οἱ τέλειοι ἄνδρες· οἱ δὲ γεραίτεροι, ἡνίκ' ἂν ἑκάστῳ προχωρῇ, πλὴν ἐν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, ἐν αἷς δεῖ αὐτοὺς παρεῖναι· οἱ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται περὶ τὰ ἀρχεῖα, σὺν τοῖς γυμνικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν γεγαμηκότων. ὅτοι δὲ ὅτε ἐπιζητῶνται, ἢν μὴ προῤῥηθῇ παρεῖναι· ὅτε πολλάκις ἀπεῖναι καλόν.

ε'. Ἀρχοντες δ' ἐφ' ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσι δώδεκα, (δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διήρηνται) καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παισὶν ἐκ τῶν γεραιτέρων ἡρημένοι εἰσὶν, οἳ ἂν δοκῶσι τοὺς παῖδας βελτίστους ἀποδεικνῦναι· ἐπὶ δὲ τοῖς ἐφήβοις, ἐκ τῶν τελείων ἀνδρῶν, οἳ ἂν αὐτοὺς τοὺς ἐφήβους βελτίστους δοκῶσι παρέχειν· ἐπὶ δὲ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, οἳ ἂν δοκῶσι παρέχειν αὐτοὺς μάλιστα τὰ τεταγμένα ποιοῦντας, καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γεραιτέρων προστάται ἡρημένοι, οἳ προστατεύσουσιν, ὅπως καὶ αὐτοὶ τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν.

ς'. A

tertia plenam adeptis aetatem viris, quarta militares annos egressis. Et ex lege singuli suis in locis adsunt, pueri quidem, et aetatis maturae viri, primo diluculo: seniores vero, vbi cuique commodum est, extra statos dies, quibus oportet eos adesse. Puberes etiam propter curias cum armis gymnicis dormiunt: maritis exceptis, quorum praesentia ne quidem requiritur, nisi denuntiatum fuerit, vt adsint: nec honestum, hos abesse saepius.

5. Harum partium cuique duodecim sunt praesides, quod Persarum natio totidem in tribus sit distincta. Praesunt autem pueris delecti quidam ex senioribus, qui eos effecturi quam optimos videantur. Ephebis item, de virorum aetatis integrae numero lecti quidam, qui hos reddituri optimos existimentur. Viris etiam maturae iam aetatis praeficiuntur, qui tales reddituri putentur, vt potissimum sibi praescripta, et a magistratu summo imperata praestent. Ne senioribus quidem sui praefecti desunt, quippe quod his etiam qui praesint, deligantur; vt et ipsi officium faciant.

6. Ac

ς'. Α δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προσέταξαν ποιεῖν, διηγησόμεθα, ὡς μᾶλλον δῆλον γένηται, ἢ ἐπιμέλονται ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται. οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην, καὶ λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ παρ' ἡμῖν οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι. οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν διατελοῦσι τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀνδράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων οἵων εἰκός. ὃς δ' ἂν γνῶσι τούτων τὶ ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται.

ζ'. Κολάζουσι δὲ καὶ ὃς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι· δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος, ὃ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ *ἥκιστα, ἀχαριστίας· καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ Θεοὺς ἂν μάλιστα

6. Ac nos etiam illa commemorabimus, quae cuilibet aetati praestanda legum ex praescripto sunt, vt qua cura studioque efficiant, quo ciues optimi sint, magis etiam pateat. Pueri ergo magistrorum domos frequentando, in discenda iustitia, versantur; et aiunt, ad hoc se non aliter itare, atque soleant apud nos, qui literis operam daturi sunt. Horum autem praesides, maximam diei partem, iure dicundo conterunt. Nam et inter hos pueros nihilo sequius, ac inter viros, mutuae criminum accusationes exiſtunt, furti, rapinae, vis illatae, doli, conuitii, et aliorum, quae accusari solent. In illos autem, quos intelligunt talis alicuius iniuriae reos, animaduertunt.

7. Eos etiam plectunt, quos per iniuriam accusare comperiunt: iudicium vero dant de illo quoque crimine, propter quod inter homines odia mutua potissimum exiſtunt, quum postulationes in iudiciis de eo minime fiant, nimirum de ingratitudine. Itaque si quem intellexerint gratiam non referre, quum possit; in eum etiam valde animaduertunt. Nam ingratos homines imprimis nulla

* Al. οὐχ ἥκιστα.

μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. ἔπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία· καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών.

η'. Διδάσκουσι δὲ τοὺς παῖδας καὶ σωφροσύνην. μέγα δὲ συμβάλλεται εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὐτούς, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν σωφρόνως διάγοντας. διδάσκουσι δὲ αὐτοὺς καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι· μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἰσχυρῶς. διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ. μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὑπ' πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα, πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ ἄρχοντες· καὶ ὅτι ὑπὸ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται καὶ οἴκοθεν σῖτον μὲν, ἄρτον· ὄψον δὲ, κάρδαμον· πιεῖν δὲ, ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν

Deorum cura, nulla parentum, patriae, amicorum, affici arbitrantur. Quin et impudentia potiſſimum ingratitudinem comitari creditur, quod haec vna omnium eſſe maxima dux ad turpiſſima quaeque videantur.

8. Praeterea pueros ad temperantiam condoceſaciunt. Plurimum vero ad hanc diſcendam confert, quod ipſos etiam ſeniores toto die temperanter ac moderate vitam agere vident. Addunt praecepta de praeſtanda magiſtratibus obedientia: quam ad rem multum confert, quod et ſeniores enixe vident magiſtratibus obtemperare. Docent eos et ventris ac potus abſtinentiam: nec parum ad hoc adfert adiumenti, tum quod ſeniores quoque non prius ventris cauſa diſcedere vident, quam ſuis a praeſidibus dimittantur; tum etiam, quod apud matrem pueri non paſcuntur, ſed apud magiſtrum, poſtquam id praeſides eis ſignificant. Afferunt autem domo panes quidem ad cibum, naſturtium vero ad obſonium; itemque ampullam, vt, ſi quis ſitiat, e praeterfluente hauriat. Ad haec arcum tendere, ſagittis

τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπτακαίδεκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς οἱ παῖδες ταῦτα πράττουσιν· ἐκ τούτου δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐξέρχονται.

θ'. Οὗτοι δ' αὖ οἱ ἔφηβοι διάγουσιν ὧδε· δέκα ἔτη, ἀφ' ἧς ἂν ἐκ παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται μὲν περὶ τὰ ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως καὶ σωφροσύνης. δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι. παρέχουσι δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτοὺς μάλιστα τοῖς ἄρχουσι χρῆσθαι, ἤν τι δέωνται ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. καὶ ὅταν μὲν δέῃ, πάντες μένουσι περὶ τὰ ἀρχεῖα. ὅταν δὲ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς. ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας, τόξα παρὰ τὴν φαρέτραν, καὶ ἐν κολεῷ κοπίδα, ἢ σάγαριν· ἔτι δὲ καὶ γέρρον, καὶ παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ', ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι.

ι. Διὰ τοῦτο δὲ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται, καὶ βασιλεύς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστι, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται ὅπως ἂν θηρῶεν,

sagittis et iaculis ferire discunt. Exercent autem in his se pueri, vsque ad sextum septimumue ac decimum aetatis annum: a quo iam tempore ad ephebos abeunt.

9. Hi autem hoc modo degunt. Decem annis, postquam e pueris excesserunt, ad curias somnum capiunt, vt dictum est, cum ciuitatis custodiendae, tum exercendae temperantiae gratia. Nam haec potissimum aetas requirere curam videtur. Iidem interdiu quoque magistratibus vtendos se praebent, si qua in re ipsorum opera publice desideretur. Ac siquidem vsus ita postulet, vniuersi ad curias manent. Rex vero, quum venatum exit, (et exit per mensem saepius) dimidiam custodiae partem educit. Quotquot autem exeunt, arcus habere iuxta pharetram oportet, ac copidem in vagina, vel securim: Praeterea cetram, et hastas binas, vt harum alteram emittant; altera, si sit opus, comitus vtantur.

10. Cur vero publice venationi operam dent, in qua rex ducis officio perinde ac belli tempore fungitur, quum et ipse venetur, et, vt venentur alii, curam adhibeat; haec causa est; quod

ρῶεν, ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι. καὶ γὰρ πρωὶ ἀνίσασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι, γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιποίαις καὶ δρόμοις. ἀνάγκη δὲ καὶ τοξεῦσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι ὅπου ἂν παραπίπτῃ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ πολλάκις ἀνάγκη θήγεσθαι ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνθίστηται. παίειν μὲν γὰρ δεῖ τὸ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ τὸ ἐπιφερόμενον· ὥστε ῥᾴδιον εὑρεῖν, τί ἐν τῇ θήρᾳ ἄπεστι τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων.

ια'. Ἐξέρχονται δὲ ἐπὶ τὴν θήραν, ἄριστον ἔχοντες πλεῖον μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν παίδων, τἆλλα δὲ ὅμοιον. καὶ θηρῶντες μὲν, οὐκ ἂν ἀρισήσαιεν· ἢν δέ τι δέῃ θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι, ἢ ἄλλως βουληθῶσι διατρίψαι περὶ τὴν θήραν, τὸ ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες, τὴν ὑστεραίαν οὐ θηρῶσι μέχρι δείπνου· καὶ μίαν ἄμφω ταύτας τὰς ἡμέρας λογίζονται, ὅτι μιᾶς ἡμέρας σῖτον δαπανῶσι. τοῦτο δὲ ποιοῦσι τοῦ ἐθίζεσθαι ἕνεκα, ἵνα καὶ ἐάν τι ἐν πολέμῳ δεήσῃ, δύνωνται τοῦτο ποιεῖν. καὶ

quod bellicarum rerum iſtaec exercitatio veriſſima videatur eſſe. Conſuefacit enim ad ſurgendum mane, et ad frigora caloreſque perferendos, atque etiam ad itinera et curſus exercet. Praeterea ſagittis iaculiſque feram petere neceſſe eſt, vbicunque inciderit. Saepe etiam acui animum in venatione oportet, obiiciente ſe robuſta et feroci aliqua beſtia. Nam quae offerunt ſeſe beſtiae, feriendae ſunt: ab iis autem cavendum, quae in venantem irruunt. Adeoque non facile quis reperiat, quidnam eorum quae bellum habet, a venatione abſit.

11. Quum autem venatum exeunt, prandium ſecum ferunt, copioſius illud quidem, ceu par eſt, quam puerorum: alioqui tamen ſimile. Ac dum venantur, haud quaquam prandent. Sin autem vel ferae cauſſa praeſtolari oporteat, vel caeteroqui diutius immorari venationi libeat: illo prandio coenae tempore ſumto, poſtridie rurſus ad coenam vſque venantur. Itaque biduum hoc vnum diem putant, propterea quod vnius diei cibum abſumant. Faciunt autem hoc conſuefcendi cauſſa, vt, ſi quid tale in bello etiam vſus poſtulet, praeſtari ab eis poſſit.

Quid-

καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν οἱ τηλικοῦτοι ὅ, τι ἂν θηράσωσιν· εἰ δὲ μή, τὸ κάρδαμον. εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἡδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἡδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω, πῶς μὲν ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν.

μίοις δὲ τὸ φεύγειν, ἢ τὸ μένειν. αἱρετώτερον. τάττομεν δὲ, ἔφη, ἡμᾶς μὲν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς μένοντας· οἵ γε μέν τ' ἂν αὐτῶν φεύγωσι, τούτους ὑμῖν καὶ τοῖς ἵπποις νέμομεν, ὡς μὴ σχολάζωσι μήτε φεύγειν μήτ' ἀναστρέφεσθαι.

γ'. Κῦρος μὲν ὅτως ἔλεξε. τῷ δὲ Κυαξάρῃ ἔδοξέ τε εὖ λέγειν· καὶ τὸ μὲν πλείους μεταπέμπεσθαι ἀκέτι ἐμέμνητο, παρεσκευάζετο δὲ ὅπλα τὰ προειρημένα· καὶ σχεδόν τε ἕτοιμα ἦν, καὶ τῶν Περσῶν οἱ ὁμότιμοι παρῆσαν, ἔχοντες τὸ ἀπὸ Περσῶν στράτευμα. ἔνθα δὴ εἰπεῖν λέγεται ὁ Κῦρος, συναγαγὼν αὐτούς, τάδε.

δ'. Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ ὑμᾶς ὁρῶν αὐτοὺς μὲν καθωπλισμένους ὅτως, καὶ ταῖς ψυχαῖς παρεσκευασμένους, ὡς εἰς χεῖρας συμμίξοντας τοῖς πολεμίοις, τοὺς δ' ἑπομένους ὑμῖν Πέρσας γινώσκων ὅτι ὅτως ὡπλισμένοι εἰσὶν, ὡς ὅτι προσωτάτω ταχθέντες μάχεσθαι, ἔδεισα μὴ, ὀλίγοι ὄντες, καὶ ἔρημοι συμμάχων συμπίπτοντες πολεμίοις πολλοῖς, πάθοιτέ τι. νῦν ἂν, ἔφη, σώματα μὲν ἔχοντες ἀνδρῶν ἥκετε ἃ μεμ-

ipsis futurum sit consultius fugere, quam subsistere. Ac nos quidem Persas aduersus illos hostes collocamus, qui subsistent: quotquot autem fugerint, eos vobis et equitibus attribuimus, vt eis nec fugere vacet, nec conuerti.

3. Hoc modo quum Cyrus disseruisset, visus est Cyaxari recte dicere. Quare nullam de arcessendis pluribus mentionem faciebat amplius, sed arma, de quibus modo dictum, parabat. Ea prope iam perfecta quum essent, aderant Aequales Persarum cum illo, qui a Persis mittebatur, exercitu. Ibi tum Cyrus ad eos conuocatos, haec fecisse verba perhibetur:

4. Ego vos quidem, amici, quum sic et armatos, et animis paratos viderem, vt qui manus cum hoste conserturi essetis; Persas vero, qui vos sequuntur, eiusmodi armis instructos animaduerterem, vt in hostem pugnare, nisi ab eo quam longissime collocati, non possent: veritus sum, ne si pauci consistereris, et soli absque proelii sociis magnam in hostium multitudinem incideretis, aduersi quid vobis eueniret. Iam vero et corpora virorum haud contemnenda vobiscum

ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν· κἄν τι ἐκ τούτων καλὸν κἀγαθὸν γίγνηται, τῶν ὁμοίων ἡμῖν ἀξιοῦσθαι.

Τὸν μὲν οὖν πρόσθεν χρόνον, ὑμεῖς τε τοξόται καὶ ἀκοντισταὶ ἦτε, καὶ ἡμεῖς· καὶ εἴ τι χείρους ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε, οὐδὲν θαυμαστόν· ὃ γὰρ ἦν ὑμῖν σχολὴ, ὥσπερ ἡμῖν, τούτων ἐπιμελεῖσθαι· ἐν δὲ τῇδε τῇ ὁπλίσει οὐδὲν ἡμεῖς ὑμῶν προέξομεν. Θώραξ μὲν γὰρ περὶ τὰ στέρνα ἁρμόζων ἑκάστῳ ἔσται, γέρρον δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ὃ πάντες εἰθίσμεθα φορεῖν, μάχαιρα δὲ ἡ σάγαρις ἐν τῇ δεξιᾷ, ἣ δὴ παίειν τοὺς ἐναντίους δεήσει, οὐδὲν φυλαττομένους μή τι παίσαντες ἐξαμάρτωμεν. τί οὖν ἂν ἐν τούτοις ἕτερος ἑτέρου ἡμῶν διαφέροι; πλὴν ἐν τόλμῃ, ἣν οὐδεὶς ὑμῖν προσήκει ἧττονα ἡμῶν παρέχεσθαι. νίκης τε γὰρ ἐπιθυμεῖν, ἣ τὰ καλὰ πάντα καὶ τὰ ἀγαθὰ κτᾶται καὶ σώζει, τί μᾶλλον ἡμῖν ἢ ὑμῖν προσήκει; κράτους τε, ὃ πάντα τὰ τῶν ἡττόνων τοῖς κρείττοσι δωρεῖται, τί εἰκὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἢ καὶ ὑμᾶς τοῦτο δεῖσθαι;

Τέλος,

nobiſcum periculum adeatis: ac ſi quid praeclare ſucceſſerit, praemia noſtris paria conſequamini.

Hactenus quidem vos quoque ſagittis et iaculis vſi eſtis, ſicut et nos: ac ſi forte in his minus, quam nos, induſtrii fuiſtis, mirum id videri non debet. Neque enim vobis ea ſingulari cum cura tractandi, perinde ac nobis, otium erat. In hoc vero armatorum genere nulla re vobis potiores nos erimus. Nam lorica ſingulis erit apta cuiuſque pectori, laeuaque in manu cetra, quam omnes geſtare conſueuimus, in dextra gladius vel ſecuris, qua hoſtis caedendus erit, neque quidquam verendum, niſi ne quem ictus fruſtretur. Quid eſt igitur in his, quo noſtrum aliquis ab alio ſuperetur, extra audaciam, quam non minorem par eſt a vobis, quam a nobis ipſis praeſtari? Quid enim cauſſae fuerit, quamobrem vos non aeque ac nos, victoriam (qua bona praeclaraque omnia parantur et conſervantur) expetere par ſit? Qui fuerit conſentaneum, magis noſtra quam veſtra intereſſe, vt rerum potiamur; quod quidem vnum facultates deuictorum vniuerſas victoribus largitur?

Tandem

ὁμοτίμως καθισάμενοι, βεβαιοτέρως σφίσιν ἡγήσονται ἔχειν τᾶτο, ὑπὸ βασιλέως τε παιδὸς καὶ ὑπὸ στρατηγᾶ γιγνόμενον, ἢ εἰ ὑφ' ἡμῶν εἰς τὸ αὐτὸ τᾶτο ἄγοιντο. ἀπεῖναι μέντοι ἀδὲ τὰ ἡμέτερα χρή· ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ δεῖ τῶν ἀνδρῶν θήγειν πάντως τὸ φρόνημα. ἡμῖν γὰρ ἔσται τᾶτο χρήσιμον, ὅ, τι ἂν ἄτοι βελτίονες γένωνται.

5'. Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος καταθεὶς τὰ ὅπλα εἰς τὸ μέσον, καὶ συγκαλέσας πάντας τὰς Περσῶν στρατιώτας, ἔλεξε τοιάδε· Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν χώρᾳ, καὶ ἐτράφητε· καὶ τὰ σώματά γε ἡμῶν ἀδὲν χείρονα ἔχετε, ψυχάς τε ἀδὲν κακίονας ὑμῖν προσήκει ἡμῶν ἔχειν. τοιᾶτοι δ' ὄντες, ἐν μὲν τῇ πατρίδι ἀ μετείχετε τῶν ἴσων ἡμῖν, ἀχ ὑφ' ἡμῶν ἀπελαθέντες, ἀλλ' ὑπὸ τᾶ τὰ ἐπιτήδεια ἀνάγκην ὑμῖν εἶναι πορίζεσθαι. νῦν δὲ ὅπως μὲν ταῦτα ἕξετε, ἐμοὶ μελήσει σὺν τοῖς Θεοῖς· ἕξεσι δ' ὑμῖν, εἰ βέλεσθε, λαβᾶσιν ὅπλα, οἷάπερ ἡμεῖς ἔχομεν, καὶ εἴ τι χείρονες ἡμῶν ἐσὲ, εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν

lium in ordinem illi cooptati, beneficium hoc ducturi sunt longe solidius, si et a filio regis, et ab imperatore, proficiscatur; quum si eodem opera nostra perueniant. Quamquam ne illa quidem abesse debent, quae nostrarum sunt partium; sed omnino quouis modo nobis illorum animi sunt exacuendi. Quidquid enim illorum virtuti accesserit, id e re nostra fuerit.

6. Itaque Cyrus, armis in medium propositis, atque omnibus Persarum militibus conuocatis, huiusmodi orationem habuit. Vos quidem, Persae, vt orti estis altique nobiscum eodem in solo, et vt corpora vobis nihilo deteriora nostris sunt: ita par est etiam, vestros animos nostris haudquaquam ignauiores esse. Atque huiusmodi quum sitis, in patria tamen pari nobiscum conditione non eratis: non quod a nobis inde repulsi sitis, sed quia vobis onus parandi victus incumberet. Nunc et mihi, Diis bene iuuantibus, erit curae, vt ille ne desit: et facultas vobis conceditur, siquidem ita libuerit, vt tametsi nobis aliqua in re forte inferiores sitis, sumtis tamen eiusmodi armis, qualia nostra sunt, idem

nobiscum

οἱ ἂν ἀφέμενοι τῶ πολλοῖς προσέχειν τὸν νῶν, ἐπὶ ἓν ἔργον τράπονται. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν πολεμικῶν περιελὼν καὶ τὸ τόξῳ μελετᾶν καὶ ἀκοντίῳ, κατέλιπε τῶτο μόνον αὐτοῖς, τὸ σὺν μαχαίρᾳ καὶ γέρρῳ καὶ θώρακι μάχεσθαι. ὥστε εὐθὺς αὐτῶν παρεσκεύασε τὰς γνώμας, ὡς ὁμόσε ἰτέον εἴη [ἐπὶ] τοῖς πολεμίοις, ἢ ὁμολογητέον μηδενὸς ἀξίους εἶναι συμμάχους. τῶτο δὲ χαλεπὸν ὁμολογῆσαι, οἵ τινες ἂν εἰδῶσιν ὅτι οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο τρέφονται, ἢ ὅπως μάχωνται ὑπὲρ τῶν τρεφόντων.

θ'. Ἔτι δὲ πρὸς τῶτοις ἐννοήσας, ὅτι περὶ ὁπόσων ἂν γένωνται ἀνθρώποις φιλονεικίαι, πολὺ μᾶλλον ἐθέλουσι ταῦτα ἀσκεῖν, ἀγῶνάς τε αὐτοῖς προεῖπεν ἁπάντων, ὁπόσα ἐγίνωσκεν ἀσκεῖσθαι ἀγαθὸν εἶναι ὑπὸ στρατιωτῶν. ἃ δὲ προεῖπε, τάδε ἦν· ἰδιώτῃ μὲν ἀγαθὸν ἑαυτὸν παρέχειν εὐπειθῆ τοῖς ἄρχουσι, καὶ ἐθελόπονον, καὶ φιλοκίνδυνον μετ' εὐταξίας, καὶ ἐπιστήμονα τῶν στρατιωτικῶν, καὶ φιλόκαλον περὶ ὅπλα, καὶ φιλότιμον ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιῶτοις. πενταδάρχῳ

a ſtudio rerum plurium reuocantes, multiſue occupationibus, vni ſe totos darent. Quin etiam militibus ab arcus et iaculorum exercitiis abſtinere iuſſis, hoc reliquit; vt duntaxat inſtructi gladio, cetra, lorica, pugnarent. Itaque ſtatim ſic eorum praeparauit animos, vt vel comminus cum hoſte congrediendum ſtatuerent; vel fatendum, ſe nullius in bello momenti ſocios eſſe. Id vero fateri graue eſt illis, qui aliam nullam ob cauſſam annonas accipere ſe norunt, quam vti pro illis pugnent, qui eas praebent.

9. Praeterea quum in mentem ei veniret, homines ad illa exercitia multo alacriores eſſe, quae cum quibuſdam contentionibus ſuſcipiuntur: certamina militibus indixit earum rerum omnium, in quibus exerceri milites, vtile iudicaret. Erant autem haec quae indicebat: Militi gregario, praefectis ſe obedientem exhiberet, ad labores impigrum, ad ſubeunda pericula promptum, ſed ordinis tamen obſeruantem, peritum rerum militarium, in armis elegantiae ſtudioſum, et in huiuſmodi rebus omnibus laudis auidum. Quinario,

Τέλος, εἶπεν· ἀκηκόατε πάντα, ὁρᾶτε τὰ ὅπλα πάντα· ὁ μὲν χρήζων λαμβανέτω ταῦτα, καὶ ἀπογραφέσθω πρὸς τὸν ταξίαρχον εἰς τὴν ὁμοίαν τάξιν ἡμῖν· ὅτῳ δ' ἀρκεῖ ἐν μισθοφόρᾳ χώρᾳ εἶναι, καταμενέτω ἐν τοῖς ὑπηρετικοῖς ὅπλοις.

ζ'. Ὁ μὲν ὅτως εἶπεν. ἀκούσαντες δὲ οἱ Πέρσαι, ἐνόμισαν εἰ παρακαλέμενοι ὥστε τὰ ὅμοια πονοῦντες τῶν αὐτῶν τυγχάνειν, μὴ θελήσοσι ταῦτα ποιεῖν, δικαίως ἂν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἀμηχανοῦντες βιοτεύειν· καὶ ὅτω δὴ ἀπογράφοιαν πάντες, ἀνέλαβόν τε τὰ ὅπλα πάντες ἐν ᾧ δὲ οἱ πολέμιοι ἐλέγοντο μὲν προσιέναι, παρῆσαν δὲ ὐδέπω, ἐν τούτῳ ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος ἀσκεῖν μὲν τὰ σώματα τῶν μεθ' ἑαυτοῦ πρὸς ἰσχύν, διδάσκειν δὲ τὰ τακτικὰ, θήγειν δὲ τὰς ψυχὰς εἰς τὰ πολεμικά.

η'. Καὶ πρῶτον μὲν λαβὼν παρὰ Κυαξάρου ὑπηρέτας, προσέταξεν ἑκάστοις τῶν κρατίστων ἱππαγῶν, ὧν ἐδέοντο, πάντα πεποιημένα παρασχεῖν· τοῦτο δὲ παρασκευάσας, ὐδὲν αὐτοῖς ἄλλο ἐλελοίπει, ἢ ἀσκεῖν τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον, ἐκεῖνο δοκῶν καταμεμαθηκέναι, ὅτι ὅτοι κράτιστοι ἑκάστα γίγνονται; οἳ

Tandem dixit: Audistis omnia, et arma ipsa cernitis: quibus si quis indiget, licet ea capiat, nomenque professus apud cohortis praefectum, nobiscum eodem sit loco. Qui autem conditione mercenarii militis contentus est, arma ministro conuenientia retineat.

7. Haec Cyri verba fuerunt: quae Persae quum audissent, iure se arbitrabantur omnem deinde aetatem in rerum inopia et egestate acturos, si ad pares labores eademque praemia inuitati, non paruissent. Itaque omnes nomina sua professi, arma acciperunt. Interea vero, dum hostes aduentare quidem illi dicerentur, nec dum tamen adessent: Cyrus et corpora suorum ad robur exercere nitebatur, et ordinum rationem ostendere, et ad res bellicas animos acuere.

8. Ac primum apparitoribus a Cyaxare acceptis, mandabat vt abunde militibus singulis omnia, quibus esset opus, parata suppeditarent. Quod quum ita curasset, nihil iam militi reliquum erat, nisi rei militaris exercitatio. Videbatur enim animaduertisse sibi, singulis illos in rebus effici praestantissimos, qui animum a studio

ια'. Προεῖπε δὲ νικητήρια καὶ ὅλαις ταῖς τάξεσι, καὶ ὅλοις τοῖς λόχοις· καὶ ταῖς δεκάσιν ὡσαύτως καὶ ταῖς πεμπάσιν, ἐὰν φαίνωνται εὐπειθέσταται τοῖς ἄρχουσιν ἕπεσθαι, καὶ προθυμότατα ἀσκῆσαι τὰ προειρημένα. ἦν δὲ ταύταις τὰ νικητήρια, οἷα δὴ εἰς πλῆθος πρέπει. ταῦτα μὲν δὴ προείρητό τε καὶ ἤσκητο ὑπὸ τῆς στρατιᾶς.

ιβ'. Σκηνὰς δὲ αὐτοῖς κατεσκεύασε, πλῆθος μὲν, ὅσοι ταξίαρχοι ἦσαν; μέγεθος δὲ, ὥστε ἱκανὰς εἶναι τῇ τάξει ἑκάστῃ· ἡ δὲ τάξις ἦν ἑκατὸν ἄνδρες. ἐσκήνουν μὲν δὴ ὕστω κατὰ τάξεις. ἐν δὲ τῷ ὁμοσκηνᾶν ἐδόκουν μὲν αὐτῷ ὠφελεῖσθαι πρὸς τὸν μέλλοντα ἀγῶνα, τοῦτο, ὅτι ἑώρων ἀλλήλους ὁμοίως τρεφομένους, καὶ οὐκ ἐνῆν πρόφασις μειονεξίας, ὥστε ὑφίεσθαί τε τινὰ, κακίω τε ἕτερον ἑτέρου εἶναι πρὸς τὰς πολεμίας. ὠφελεῖσθαι δὲ ἐδόκουν αὐτῷ καὶ πρὸς τὸ γίγνώσκεσθαι ἀλλήλοις ὁμοσκηνοῦντες. ἐν γὰρ τῷ γιγνώσκεσθαι, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι πᾶσιν ἐδόκει μᾶλλον ἐγγίνεσθαι· οἱ δὲ ἀγνοούμενοι ῥᾳδιουργεῖν πως μᾶλλον δοκοῦσιν, ὥσπερ οἱ ἐν σκότει ὄντες.

ιγ'. Εδό-

11. Totis etiam cohortibus, totis manipulis, decuriis, quinionibus, praemia victoriae promisit, si praefectis se suis obedientissimos declararent, et exercitationes demonstratas summa cum alacritate obirent. Praemia quidem erant eiusmodi, qualia multitudini conueniunt. Atque haec sunt, quae et ipse indicebat, et in quibus se miles exercebat.

12. Tabernacula, quod numerum attinet, tot eis instruxit, quot erant praefecti cohortium; magnitudine vero tanta, singulis vt cohortibus sufficerent. Quaelibet autem cohors militibus centum constabat. Atque hoc modo centuriatim in tabernaculis degebant. Existimabat autem eos ad futurum certamen ex tali contubernio consequuturos hoc commodi, quod pari ratione sibi annonas praeberi cernerent: itaque nemo remissius agere, vel gerere se aduersus hostem ignavius, eo praetextu poterat, quasi minus ipsi suppeditaretur. Etiam aliquid vtilitatis ipsi videbantur ex contubernio ad cognoscendum sese mutuo capere. Nam ex eo, quod se nossent inter se, maiorem in omnibus verecundiam excitari arbitrabatur: quum ignoti qui sunt, illorum hominum more, qui in tenebris versantur, magis esse procliues ad actiones improbas videri possint.

δάρχῳ δ', αὐτὸν ὄντα οἷόν περ τὸν ἀγαθὸν ἰδιώτην, καὶ τὴν πενταάδα, εἰς τὸ δυνατὸν, τοιαύτην παρέχειν· δεκαδάρχῳ δὲ, τὴν δεκάδα· ὡσαύτως δὲ λοχαγῷ, τὸν λόχον· ὡς δ' αὕτως ταξιάρχῳ, ὡς δ' αὕτως ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ἀρχόντων, ἀνεπίκλητον αὐτὸν ὅλα ἐπιμελεῖσθαι καὶ τῶν ὑφ' αὑτῷ ἀρχόντων, ὅπως ἐκεῖνοι αὖ ὧν ἂν ἄρχωσι, παρέξωσι τὰ δέοντα ποιοῦντας.

ι. Ἆθλα δὲ προὔφηνε, τοῖς μὲν ταξιάρχαις οἱ κρατίστας δόξαιεν τὰς τάξεις παρασκευάσαι, χιλιάρχους ἔσεσθαι· τῶν δὲ λοχαγῶν οἱ κρατίστους δόξαιεν τοὺς λόχους ἀποδεικνύναι, εἰς τὰς τῶν ταξιαρχῶν χώρας ἐπαναβήσεσθαι· τῶν δ' αὖ δεκαδαρχῶν τοὺς κρατίστους, εἰς τὰς τῶν λοχαγῶν χώρας καταστήσεσθαι· τῶν δ' αὖ πεμπαδαρχῶν, ὡσαύτως εἰς τὰς τῶν δεκάρχων. τῶν γε μὴν ἰδιωτῶν τοὺς κρατιστεύοντας, εἰς τὰς τῶν πεμπαδαρχῶν. ὑπῆρχε δὲ πᾶσι τούτοις τοῖς ἄρχουσι, πρῶτον μὲν θεραπεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλαι τιμαὶ, αἱ πρέπουσαι ἑκάστοις, συμπαρείποντο· ἐπανέτεινε δὲ καὶ μείζονας ἐλπίδας τοῖς ἀξίοις ἐπαίνου, εἴ τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἀγαθὸν μεῖζον φαίνοιτο.

ια'. Προεῖπε

rio, vt et ipse boni militis gregarii more se gereret, et quinionem, pro virili, talem exhiberet: decurioni, vt decuriam; manipulario, manipulum: itidemque praefecto cohortis, et aliorum praefectorum vnicuique; tum vt ipse culpa et reprehensione vacaret, tum daret operam vt constituti suo sub imperio duces, vicissim sibi subiectos in officio continerent.

10. Praemia vero proponebat, cohortium quidem praefectis, vt qui cohortes longe optimas reddidisse viderentur, tribuni fierent: manipularibus autem, vt qui manipulos effecisse optimos viderentur, eorum in locum succederent, qui fuissent praefecti cohortium: itidem optimi decuriones, in manipulariorum, quinarii in decurionum, gregariorum militum praestantissimi quinariorum in loca substituerentur. Atque omnes hi praefecti primum hoc habebant, quod a subiectis sibi colerentur: deinde honores etiam alii, quos cuique par erat tribui, sequebantur. Quin et maiores spes laude dignis ostentabat, si qua sequuturo tempore fortuna lautior adfulsisset. 11. Totis

ἢ παιδιὰς τοιαύτας ἐξεύρισκεν, αἳ ἱδρῶτα ἔμελλον παρέχειν· ἢ καὶ πρᾶξαι εἴ τι δεόμενος τύχοι, ὅτως ἐξηγεῖτο τῆς πράξεως, ὡς μὴ ἐπανίοιεν ἀνιδρωτί. τοῦτο γὰρ ἡγεῖτο καὶ πρὸς τὸ ἡδέως ἐσθίειν ἀγαθὸν εἶναι καὶ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν, καὶ πρὸς τὸ δύνασθαί τι πονεῖν. καὶ πρὸς τὸ ἀλλήλοις δὲ πρασσέρους εἶναι ἀγαθὸν ἡγεῖτο τοὺς πόνους εἶναι, ὅτι καὶ οἱ ἵπποι συμπονοῦντες ἀλλήλοις, πρασσέτεροι συνεστήκασι. πρός γε μὴν τὰς πολεμίους μεγαλοφρονέστεροι γίγνονται, οἳ ἂν ξυνειδῶσιν ἑαυτοῖς εὖ ἠσκηκότες.

ιέ. Κῦρος δὲ αὐτῷ σκηνὴν μὲν κατεσκευάσατο, ὥστε ἱκανὴν ἔχειν ἂς καλοίη ἐπὶ τὸ δεῖπνον· ἐκάλει δὲ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ταξιαρχῶν ἂς καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι· ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν λοχαγῶν καὶ τῶν δεκάρχων τινὰς καὶ τῶν πεμπαδάρχων ἐκάλει, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν στρατιωτῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν πεμπάδα ὅλην, καὶ δεκάδα ὅλην, καὶ λόχον ὅλον, καὶ τάξιν ὅλην. ἐκάλει δὲ καὶ ἐτίμα, ὅτε τινὰς ἴδοι τοιοῦτό τι ποιήσαντας, ὃ πάντας ἐβούλετο ποιεῖν.

ἦν

bat, vel eiusmodi ludos excogitabat, qui sudorem elicerent; vel si quid etiam ipsi forte agendum esset ita se ducem ad eam rem agendam praebebat, vt absque sudore non redirent. Hoc enim et ad perceptionem cibi gratiorem, et ad bonam valetudinem, et ad laborum tolerantiam, vtile putabat. Quin ad hoc etiam conducere labores arbitrabatur, vt inter se mansuetiores essent: idque propterea, quod etiam equi labores eosdem sustinentes, placidius eodem loco stare consueuerint. In hostes quidem certe redduntur animosiores, qui mutuo sibi conscii sunt quam egregie se simul exercuerint.

15. Sibi autem Cyrus tabernaculum fieri curauerat, quod eorum capax esset, quos ad coenam inuitasset. Et inuitabat plerumque praefectos cohortium, quos ipsi visum esset opportunum. Nonnunquam et manipularios, et decuriones, et quinarios, et milites quosdam: immo etiam interdum quinionem totum, totam decuriam, totum manipulum, totam denique cohortem inuitabat. Atque hac inuitatione ac delatione honoris vtebatur, quoties cerneret aliquos eiusmodi quiddam facere, quod ab omnibus fieri vellet.

ιγ'. Εδόκει δὲ αὐτῷ καὶ εἰς τὸ τὰς τάξεις ἀκριβῶν μέγα ὠφελεῖσθαι διὰ τὴν ὁμοσκηνίαν. εἶχον γὰρ οἱ μὲν ταξίαρχοι ὑφ' ἑαυτοῖς τὰς τάξεις *κοιμωμένας, ὥσπερ ὁπότε εἰς ἕνα πορεύοιτο ἡ τάξις· οἱ δὲ λοχαγοὶ τοὺς λόχους, ὡσαύτως οἱ δεκάδαρχοι τὰς δεκάδας, καὶ οἱ πεμπάδαρχοι τὰς πεμπάδας. τὸ δὲ ἀκριβῶν τὰς τάξεις σφόδρα ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ εἰς τὸ μὴ ταράττεσθαι, καὶ εἰς τὸ, εἰ ταραχθείεν, θᾶττον καταστῆναι· ὥσπερ γε καὶ λίθων καὶ ξύλων, ἃ ἂν δέῃ συναρμοσθῆναι, ἔστι, κἂν ὁπωσοῦν καταβεβλημένα τύχῃ, συναρμόσαι ταῦτα εὐπετῶς, ἢν ἔχῃ γνωρίσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι ἐξ ὁποίας χώρας ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν. ἐδόκει δὲ ὠφελεῖσθαι αὐτῷ ὁμοῦ τρεφόμενοι καὶ πρὸς τὸ ἧττον ἀλλήλους ἂν ἐθέλειν ἀπολείπειν, ὅτι εἴρα καὶ τὰ θηρία τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα, δεινὸν ἔχοντα πόθον, ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων.

ιδ'. Επεμέλετο δὲ καὶ τῶδε ὁ Κῦρος, ὅπως μήποτε ἀνίδρωτοι γενόμενοι ἐπὶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ δεῖπνον εἰσίοιεν. ἢ γὰρ ἐπὶ θήραν αὐτοὺς ἐξαγων ἱδρῶτα αὐτοῖς παρεῖχεν, ἢ παι-

13. Itidem huiusmodi contubernium ei multum momenti afferre videbatur ad accuratam ordinum instructionem. Quippe cohortium praefecti, perinde sub se dispositas cohortes habebant, atque si procederent in cohorte singuli; itidemque manipularii, manipulos; decuriones, decurias; quinarii, quiniones. Instrui autem ordines accurate, vtilissimum ei videbatur esse, cum ad id ne perturbarentur, tum vt perturbati citius redintegrari possent: quemadmodum et lapides et ligna, quae coagmentanda sunt, tametsi temere disiecta fuerint, facile tamen coaptari possunt, si notas quasdam habeant, de quibus agnosci, quem ad locum singula pertineant, haud difficulter possit. De hoc denique coniectu mutuo capturos hoc etiam commodi putabat, vt minus sese deserere vellent: quod videret etiam bestias, quae vna pascuntur, miro sui desiderio teneri, si quis eas a se diuellat.

14. Praeterea Cyrus hoc quoque studiose curabat, ne vnquam, nisi prius sudassent, ad prandium coenamue accederent. Nam vel in venationem productos ad sudorem vsque exercebat,

* Rectius κεκτσμμένας.

ἢ οὐδὲν ἄρα διοίσουσιν ἡμῶν ὅτε ἐν ταῖς συνουσίαις, ὅτε ὅταν ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους δέῃ;

Καὶ ὁ Ὑστάσπης ὑπολαβὼν εἶπεν· ἀλλ' ὁποῖοι μέν τινες ἔσονται εἰς τοὺς πολεμίους, ἔπω ἔγωγε ἐπίσαμαι· ἐν μέντοι τῇ συνουσίᾳ δύσκολοι, ναὶ μὰ τοὺς Θεούς, ἔνιοι αὐτῶν ἤδη φαίνονται. πρώην μέν γε, ἔφη, Κυαξάρης ἔπεμψεν εἰς τὴν τάξιν ἑκάστην ἱερεῖα, καὶ ἐγένετο ἑκάστῳ ἡμῶν τρία κρέα, ἢ καὶ πλείω, τὰ περιφερόμενα· καὶ ἤρξατο μὲν δὴ ἀπ' ἐμοῦ ὁ μάγειρος τὴν πρώτην περίοδον περιφέρων. ὅτε δὲ τὸ δεύτερον εἰσῄει περιιόντων, ἐκέλευσα ἐγὼ ἀπὸ τοῦ τελευταίου ἄρχεσθαι, καὶ ἀνάπαλιν περιφέρειν. ἀναμαρτήτως δ' ἂν τις τῶν κατὰ μέσον τὸν κύκλον κατακειμένων στρατιωτῶν· μὰ Δί', ἔφη, τῶνδε μὲν οὐδὲν ἴσον ἐστίν, εἴγε ἀφ' ἡμῶν τῶν ἐν μέσῳ ἄρξεται.

Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, ἠχθέσθην τε εἴ τι μεῖον δοκοῖεν ἔχειν, καὶ ἐκάλεσα εὐθὺς αὐτὸν πρὸς ἐμέ. ὁ δὲ μάλα τοῦτό γε εὐτάκτως ὑπήκουσεν. ὡς δὲ τὰ περιφερόμενα ἦκε πρὸς ἡμᾶς, ἄτε, οἶμαι, ὑστάτους λαμβάνοντας, τὰ σμικρότατα λελειμμένα ἦν, ἐνταῦθα

an nullum inter nos et illos discrimen erit, siue mutuis in congressibus, siue quum erit in hostem dimicandum?

Et Hystaspes excipiens: Equidem quo pacto, ait, aduersus nostem nostri se gesturi sint, nec dum scire possum: in familiari quidem congressu, nonnulli profecto iam quoque morosi videntur. Mittebat nuper cohortibus singulis victimas Cyaxares, et pertinebant ad vnumquemque nostrum portiones de carnibus, quae circumferebantur, tres aut plures. Et coquus a me quidem exorsus, primo eas ambitu circumferebat; quum autem secundo accederet, vt circumferret; iussi eum ordiri ab vltimo, et vice versa circumferre. Ibi tum quidam militum in media corona discumbentium, exclamans: Nulla profecto, ait, heic aequalitas est, si a nobis, qui sumus in medio, nemo vnquam incipiet.

Quod ego quum audissem, moleste tuli, videri medios esse loco deteriori, ac militem ad me statim arcessiui. Paruit in hoc ille mihi perquam modeste. Quumque ad nos peruenissent ea quae circumferebantur, minimaeque partes relictae nobis essent,

ἦν δὲ τὰ μὲν παρατιθέμενα ἀεὶ ἴσα αὐτῷ τε καὶ τοῖς καλουμένοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον.

15'. Καὶ τὰς ἀμφὶ τὸ στράτευμα δὲ ὑπηρέτας ἰσομοίρους ἀεὶ πάντων ἐποίει. ἀδὲν γὰρ ἧττον τιμῶν ἄξιον ἐδόκει αὐτῷ εἶναι τὰς ἀμφὶ τὰ στρατιωτικὰ ὑπηρέτας ἤτε κηρύκων ἤτε πρέσβεων. καὶ γὰρ πιστὰς ἡγεῖτο δεῖν εἶναι τούτους, καὶ ἐπιστήμονας τῶν στρατιωτικῶν, καὶ συνετούς, προσέτι δὲ σφοδρούς. καὶ ταχεῖς καὶ ἀόκνους καὶ ἀταράχους. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὅσα οἱ βέλτιστοι νομίζομενοι ἔχουσιν, ἐγίγνωσκεν ὁ Κῦρος δεῖν τὰς ὑπηρέτας ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀσκεῖν, ὡς μηδὲν ἀναίνοιντο ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὐτοῖς πράσσειν, ὅσα ἂν ὁ ἄρχων προστάττοι.

## ΚΕΦ. Β'.

Ἀεὶ μὲν δὴν ἐπεμέλετο ὁ Κῦρος, ὁπότε συσκηνοῖεν, ὅπως εὐχαριστότατοί τε ἅμα λόγοι ἐμβληθήσονται, καὶ παροξυνθέντες εἰς τἀγαθὸν. ἀφίκετο δ' ἂν καὶ εἰς τόνδε ποτὲ τὸν λόγον. ἆρά γε, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἐνδεέστεροί τι ἡμῶν διὰ τοῦτο φαίνονται εἶναι οἱ ἕτεροι, ὅτι οὐ πεπαίδευνται τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν; ἢ οὐδὲν

Semper vero eadem tam Cyro quam inuitatis ad coenam apponebantur.

16. Etiam apparitoribus in exercitu partes aequas semper distribuendas curabat, quod castrenses illos apparitores non minus honore dignos existimaret, quam caduceatores ac legatos. Nam fideles hos esse debere statuebat, rerumque castrensium peritos, intelligentes, gnauos, celeres, impigros, formidinis expertes. Praeterea censebat Cyrus in his apparitoribus esse illa debere, quae optimis quibusque adsint; et sic eos consuefaciendos, ne opus vllum recusent, sed conuenire sibi putent, omnia facere quae princeps iusserit.

## CAP. II

Ac quoties quidem Cyrus cum suis eodem erat in contubernio, semper operam dabat vt facetissimi quidam sermones iniicerentur, et qui ad egregium aliquid incitarent. Itaque hunc etiam aliquando in sermonem incidit: Videnturne vobis, inquit homines caeteri propterea nobis aliquanto inferiores, quod ea, qua nos disciplina non sunt instituti? an

β'. Ἐπὶ μὲν δὴ τούτῳ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐγέλασαν. ἄλλος δέ τις ἔλεξε τῶν ταξιαρχῶν· οὗτος μὲν δή, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὡς ἔοικεν, οὕτω δυσκόλως ἐπέτυχεν· ἐγὼ δὲ, ὡς σὺ διδάξας ἡμᾶς τὰς τάξεις ἀπέπεμψας, καὶ ἐκέλευσας διδάσκειν τὴν ἑαυτῷ ἕκαστον τάξιν ἃ παρὰ σοῦ ἐμαθόμεν, οὕτω δὴ καὶ ἐγὼ, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἐποίουν, ἐλθὼν ἐδίδασκον ἕνα λόχον. καὶ στήσας τὸν λοχαγὸν πρῶτον, καὶ τάξας δῆτα ἐπ' αὐτῷ ἄνδρα νεανίαν, καὶ τοὺς ἄλλους, ἦ ὤμην δεῖν, ἔπειτα σοὺς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν, βλέπων εἰς τὸν λόχον, ἡνίκα μοι ἐδόκει καιρὸς εἶναι, προιέναι ἐκέλευσα.

Καὶ ὁ ἀνὴρ σοι ὁ νεανίας ἐκεῖνος προσελθὼν τοῦ λοχαγοῦ ἔμπροσθεν, πρότερος ἐπορεύετο. κἀγὼ ἰδὼν εἶπον· ὦ ἄνθρωπε, τί ποιεῖς; καὶ ὃς ἔφη, προέρχομαι, ὥσπερ σὺ κελεύεις. κἀγὼ εἶπον, ἀλλ' ἐγώ σε μόνον ἐκέλευον, ἀλλὰ πάντας, προιέναι· καὶ ὃς ἀκούσας τοῦτο, μεταστραφεὶς πρὸς τοὺς λοχίτας εἶπεν, οὐκ ἀκούετ', ἔφη, προσάττοντος προιέναι πάντας; καὶ οἱ ἄνδρες πάντες παρελθόντες τὸν λοχαγὸν, ἦσαν

2. Heic quum omnes, vt par erat, risissent; alius quidam ex cohortium praefectis: Hic quidem, inquit, in hominem morosum, Cyre, quemadmodum videtur, incidit. Ego vero, quum tu nos rationes ordinum edoctos dimisisses, ac iussisses vti quisque suam cohortem ea doceret, quae nos abs te didicissemus: et ipse discedens abs te, quemadmodum facere videbam caeteros, manipulum vnum erudiebam. Quumque loco primo statuissem praefectum manipularium, ac post hunc iuuenem quendam collocassem, itidemque caeteros, quo quemque loco putabam disponendum: stabam deinde ab anteriore parte, versusque manipulum respiciens, quum opportunum mihi visum esset, progredi iussi.

Ibi tum iuuenis ille progressus ante manipularium, prior incedebat. Quod ego videns: Heus tu quid agis? inquam. Et ille: Progredior, ait, vti iubes. Ego vero non te, inquam, solum iubebam progredi; sed omnes. Id ille quum audiisset, ad socios manipulares conuersus: an non auditis, ait, iubere hunc, vt procedamus omnes? Tum illi omnes manipularium praetergressi,

ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνος πάνυ ἀνιαθεὶς δῆλος ἐγένετο· καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. καὶ ἐγὼ εἶπον, ἀλλὰ μὴ φρόντιζε· αὐτίκα γὰρ ἀφ' ἡμῶν ἄρξεται, καὶ σὺ πρῶτος λήψῃ τὸ μέγιστον. καὶ ἐν τοσούτῳ περιέφερε τὸ τρίτον, ὅπερ δὴ λοιπὸν ἦν τῆς περιφορᾶς· κἀκεῖνος ἔλαβε μετ' ἐμὲ δεύτερος· ὡς δ' ὁ τρίτος ἔλαβε, καὶ ἔδοξεν αὐτὸν μεῖζον ἑαυτῷ λαβεῖν, καταβάλλει ὃ ἔλαβεν, ὡς ἕτερον λήψόμενος.

Καὶ ὁ μάγειρος οἰόμενος αὐτὸν ὀδέν τι δεῖσθαι ὄψου, ᾤχετο περιφέρων πρὶν λαβεῖν αὐτὸν ἕτερον. ἐνταῦθα δὴ ὕστω βαρέως ἤνεγκε τὸ πάθος, ὥστε ἀνήλωτο μὲν αὐτῷ ὃ εἰλήφει ὄψον· ὃ δὲ ἔτι αὐτῷ λοιπὸν ἦν τοῦ ἐμβάπτεσθαι, τοῦτό πως, ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαί τε καὶ ὀργίζεσθαι τῇ τύχῃ δυσφορούμενος ἀνέτρεψεν. ὁ μὲν δὴ λοχαγὸς ὁ ἐγγύταλα ἡμῶν, ἰδὼν, συνεκρότησέ τε τῷ χεῖρε, καὶ τῷ γέλωτι ἡυφραίνετο. ἐγὼ μέντοι, ἔφη, προσεποιούμην βήττειν. ὀδὲ γὰρ αὐτὸς ἠδυνάμην κατέχειν τὸν γέλωτα. τοιοῦτον μὲν δή σοι, ὦ Κῦρε, ἕνα τῶν ἑταίρων ἐπιδεικνύω, ἔφη.

quippe quibus vltimo loco ſumendum erat, heic ille non diſſimulato dolore ſecum: Infortunatum me, ait, qui iam huc ſim arceſſitus. Et ego: Ne ſollicitus ſis, inquam. Modo enim a nobis incipiet, ac tu primus quod maximum erit, capies. Interim [coquus] tertium circumferebat, quod ſolum vt circumferretur, reſtabat; et ſumebat ille poſt me ſecundo loco. Quum autem et tertius ſumſiſſet, viſus eſt huic maiorem ſua portionem accepiſſe: quapropter id, quod ſumſerat, abiicit; velut aliud ſumturus.

At coquus, qui hominem obſonio non egere putaret, diſcedens; prius circumferebat, quam aliud ille ſumſiſſet. Ibi tum vſque adeo grauiter hunc caſum tulit, vt quum abſumtum eſſet obſonium, quod acceperat, etiam quod reliquum erat intinctionis, ex perturbatione et commotione animi fortunae irascentis, euerteret. Id quum proximus nobis manipularius videret, manibus complosis ridens gaudebat. Ego vero tussire me ſimulabam, qui ne ipſe quidem riſum continere poſſem. Eiusmodi, Cyre, quendam e ſociis tibi noſtris indico.

β'. Ἐπὶ

2. Heic

λως ἀνακτήσασθαι· πιθανοὶ δ' ὅτως εἰσί τινες, ὥστε πρὶν εἰδέναι τὸ προσατ[illegible]όμενον, πρότερον πείθονται· ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα ποίους τινὰς χρὴ μᾶλλον εὔξασθαι, ἢ τοιούτους στρατιώτας ἔχειν.

δ'. Ο μὲν δὴ Κῦρος ἅμα γελῶν, ὅτως ἐπῄνεσε τοὺς στρατιώτας. ἐν δὲ τῇ σκηνῇ ἐτύγχανέ τις ὢν τῶν ταξιαρχῶν, Αγλαϊτάδας ὄνομα, ἀνὴρ τὸν τρόπον τῶν *συφοτέρων ἀνθρώπων· ὅτος ὧδέ πως εἶπεν· ἦ γὰρ οἴει, ἔφη, ὦ Κῦρε, τούτους ἀληθῆ λέγειν ταῦτα; ἀλλὰ τί μὴν βουλόμενοι, ἔφη ὁ Κῦρος, ψεύδονται; τί δ' ἄλλο γε, ἔφη, εἰ μὴ γέλωτα ποιεῖν ἐθέλοντες; ὑπὲρ ἃ λέγουσί τε ταῦτα καὶ ἀλαζονεύονται.

ε'. Καὶ ὁ Κῦρος· εὐφήμει, ἔφη, μὴ λέγε ἀλαζόνας εἶναι τούτους· ὁ μὲν γὰρ ἀλαζὼν ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προσποιουμένοις καὶ πλουσιωτέρους εἶναι ἢ εἰσί, καὶ ἀνδρειοτέρους, καὶ ποιήσειν ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν ὑπισχνουμένους, καὶ ταῦτα, φανεροῖς γιγνομένοις, ὅτι τοῦ λαβεῖν ἕνεκα καὶ κερδᾶναι ποιοῦσιν. οἱ δὲ μηχανώμενοι γέλωτα

conciliari queat: et qui adeo sunt obedientes, vt prius quam norint quid imperetur, obtemperent. Equidem qui potius optandi sint, quam huiusmodi milites, nescio.

4. Atque hoc modo Cyrus, simul ridens, milites hosce collaudabat. Aderat autem forte tum in tabernaculo quidam ex praefectis cohortium, cui nomen Aglaitadas; homo, quod mores adtineret, ex numero asperiorum: Is in hunc modum orsus: Tune, inquit, hos vera narrare putas Cyre? Quid ergo, subiecit Cyrus, mentiendo quaerunt? Quid aliud, inquit, nisi quod risum mouere volunt? cuius rei causa et narrant haec, et ostentant sese.

5. Tum Cyrus, Bona verba quaeso, ait, ne hos ostentatores appellaueris. Quippe nomen hoc ostentatoris imponi mihi quidem videtur iis qui se simulant, vel esse ditiores, quam sint; vel fortiores, quique pollicentur ea se praestaturos, quibus ipsi praestandis non sufficiant: atque id tum demum, si pateat ipsos haec accipiendi aliquid, et quaestus causa facere: Qui vero risum aliis



* Al. σφυφοτέρων.

ἦεσαν πρὸς ἐμέ. ἐπεὶ δὲ ὁ λοχαγὸς αὐτὰς ἀνεχώριζεν, ἐδυσφόρουν τε, καὶ ἔλεγον· ποτέρῳ χρὴ πείθεσθαι; νῦν γὰρ ὁ μὲν κελεύει προϊέναι, ὁ δ' οὐκ ἐᾷ. ἐγὼ μέντοι ἐνεγκὼν ταῦτα πράως ἐξαρχῆς οὐ καταχωρίσας, εἶπον, μηδενα τῶν ὄπισθεν κινεῖσθαι, πρὶν ἂν ὁ πρόσθεν ἡγῆται, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁρᾶν πάντας τῷ πρόσθεν ἕπεσθαι.

Ὡς δ' εἰς Πέρσας τις ἀπιὼν ἦλθε πρὸς ἐμὲ, καὶ ἐκέλευσέ με τὴν ἐπιστολὴν δοῦναι, ἣν ἔγραψα οἴκαδε, κἀγὼ, (ὁ γὰρ λοχαγὸς ᾔδει ὅπου ἔκειτο ἡ ἐπιστολή,) ἐκέλευσα αὐτὸν δραμοντα ἐνεγκεῖν τὴν ἐπιστολήν· ὁ μὲν δὴ ἔτρεχεν, ὁ δὲ νεανίας ἐκεῖνος εἵπετο τῷ λοχαγῷ σὺν αὐτῷ τῷ θώρακι καὶ τῇ κοπίδι· καὶ ὁ ἄλλος δὲ πᾶς λόχος, ἰδὼν ἐκεῖνον, συνέτρεχε, καὶ ἦκον οἱ ἄνδρες φέροντες τὴν ἐπιστολήν. ὕτως, ἔφη, ὀγε ἐμὸς λόχος ἀκριβοῖ σοι πάντα τὰ παρὰ σοῦ.

γ'. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι, ὡς εἰκὸς, ἐγέλων ἐπὶ τῇ δορυφορίᾳ τῆς ἐπιστολῆς. ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν· ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοὶ, οἵους ἄρα ἡμεῖς ἔχομεν ἄνδρας ἑταίρους, οἵ γε εὐθεράπευτοι μὲν ὕτως εἰσὶν, ὥστε εἶναι αὐτῶν καὶ μικρῷ ὄψῳ παμπόλλους

ad me accedebant. Quum autem manipularius eos priorem in locum reduceret, stomachabantur; et, vtri parendum erit? quaerebant. Iam enim hic progredi iubet, ille vetat. Haec ego ferens aequo animo, deque integro quemque suo loco disponens, ne quis se posteriorum prius commoueret edicebam, quam anterior praecederet: adeoque vnum hoc spectarent omnes, vt anteriorem sequerentur.

Quidam vero profecturus in Persiam, quum ad me veniret, epistolamque posceret, quam ad meos perscripseram: iubeo, manipularium (is enim quo esset loco sita epistola, norat) currere adlatum eas litteras. Ibi tum hoc currente, iuuenis ille cum lorica copideque manipularium sequitur, idque videns ille manipulus vniuersus, vna currebat: atque hoc pacto epistolam omnes adferunt. Sic adeo meus, inquit, manipulus omnia accurate tenet abs te imperata.

3. Heic alii quidem, vt par erat, propter hoc satellitium epistolae ridebant. Cyrus autem: Pro Iupiter, vosque Dii omnes, ait, cuiusmodi nobis socii sunt, quos tam facile demereri licear, vt multorum ex ipsis amicitia etiam exiguo obsonio conciliari

ἀγαθὰ μαθήματα· καὶ νόμοι γε πολίτας διὰ τῶν κλαίοντας καθίζειν, εἰς δικαιοσύνην προτρέπονται· τὰς δὲ γέλωτα μηχανωμένους ἔχοις ἂν εἰπεῖν ἢ σώματα ὠφελοῦντας, ἢ ψυχὰς οἰκονομητικωτέρας ποιοῦντας ἢ πολιτικωτέρας;

η'. Ἐκ τούτου ὁ Ὑστάσπης ὧδέ πως εἶπε· σὺ, ἔφη, ὦ Ἀγλαϊτάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ, εἰς μὲν τὰς πολεμίους θαῤῥῶν δαπανήσεις τοῦτο τὸ πολλοῦ ἄξιον, καὶ κλαίοντας ἐκείνους πειράσῃ καθίζειν· ἡμῖν δὲ πάντως, ἔφη, ἐν ταῖς δὲ τοῖς φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ. καὶ γὰρ οἶδ' ὅτι πολύς σοι ἐστὶν ἀποκείμενος· ὅτε γὰρ αὐτὸς χρώμενος ἀνήλωκας αὐτὸν, οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἐκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις. ὥστε εὐδεμία σοι πρόφασίς ἐστιν, ὡς οὐ παρεκτέον σοι ἡμῖν γέλωτα. καὶ ὁ Ἀγλαϊτάδας εἶπε· καὶ σὺ δ' αὖ, ὦ Ὑστάσπη, γέλωτα πειρᾷ ποιεῖν ἐξ ἐμοῦ; καὶ ὁ λοχαγὸς εἶπε· ναὶ μὰ Δί', ἀνόητος ἄρα ἐστίν· ἐπεὶ ἔκ γε σοῦ πῦρ, οἶμαι, ῥᾷον ἄν τις ἐκτρίψειεν, ἢ γέλωτα ἐξαγάγοι.

θ'. Ἐπὶ τούτῳ μὲν δὴ οἵ τε ἄλλοι ἐγέλασαν, τὸν τρόπον

disciplinas honestas studeant. Leges etiam, dum eo ciues adigunt, vt sedentes plorent; ad iustitiae cultum eos impellunt. Illos vero qui risum excitant, an dicere possis, vel corporibus aliquid adferre commodi; vel animos ad rei priuatae publicaeue administrationem magis idoneos efficere?

8. Heic vero Hystaspes: At tu Aglaitada, inquit, si me audias; in hostes illud, tanti aestimandum fidenti animo expendes, et efficere conaberis, vt sedentes plorent: nobis autem, amicis hisce tuis, aliquid risus, vilis illius rei, largieris. Nam huius apud te magnam repositam esse copiam scio. Neque enim vel ipse risum vsu expendisti, neque amicis et hospitibus, tua quidem sponte quod fiat, aliquid eius praebes. Itaque nihil praetexere potes quominus risum nobis impertias. Et Aglaitadas: Tune etiam Hystaspa, inquit, ex me risum elicere conaris? Ibi tum is, quem diximus, manipularius: Demens fuerit profecto, ait. Nam ex te quidem, vt arbitror, facilius quis ignem excusserit, quam risum elicuerit.

9. Heic et alii, qui genium ipsius nossent,

γέλωτα τοῖς συνοῦσι, μήτε ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κέρδει, μήτ' ἐπὶ ζημίᾳ τῶν ἀκουόντων, μήτε ἐπὶ βλάβῃ μηδεμιᾷ, πῶς οὐχ ὅτοι ἀστεῖοι ἂν καὶ εὐχάριτες δικαιότερον ὀνομάζοιντο μᾶλλον ἢ ἀλάζονες; ὁ μὲν δὴ Κῦρος ὅτως ἀπελογήσατο περὶ τῶν τὸν γέλωτα παρασχόντων.

ἱστέρα

5'. Αὖθις δὲ ὁ λοχαγὸς, ὁ τὴν τοῦ λόχου χαριτίαν διηγησάμενος, ἔφη, ἦ που ἂν ὦ Αγλαϊτάδα, εἰ γε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν, σφόδρα ἂν ἡμῖν ἐμέμφου· (ὥσπερ ἔνιοι καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν λόγοις οἰκτρὰ ἄτα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν) ὁπότε γε νῦν καὶ αὐτὸς εἰδὼς ὅτι εὐφραίνειν μέν τι σε βουλόμεθα, βλάπτειν δ' οὐδὲν, ὅμως ὅτως ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ ἡμᾶς ἔχεις.

ζ'. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Αγλαϊτάδας, καὶ δικαίως γε· ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τοῦ κλαίειν καθίζοντος τὰς φίλας, πολλαχῆ ἔμοιγε δοκεῖ ἐλάττονος ἄξια διαπράττεσθαι ὁ γέλωτα αὐτοῖς μηχανώμενος. εὑρήσεις δὲ καὶ σὺ, ἢν ὀρθῶς λογίζῃ, ἐμὲ ἀληθῆ λέγοντα. κλαύμασι μέν γε καὶ πατέρες υἱοῖς σωφροσύνην μηχανῶνται, καὶ διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ

aliis secum versantibus neque lucri sui, neque detrimenti audientium, neque vllius adeo damni causa mouent. quo pacto non vrbani ac faceti iustius quam ostentatores appellentur? Atque hunc in modum sane Cyrus eos, qui risum mouerant, defendebat.

6. Manipularius autem ipse, facetae illius de manipulo narrationis auctor: Nimirum Aglaitada, inquit, si ad fletum commouere te conati essemus (quemadmodum nonnulli tam carminibus quam orationibus commenti miserabilia quaedam lacrumas ciere nituntur) admodum nos reprehendisses: quando nunc quidem, quod ipse non ignoras, nos exhilarare te, non laedere velle, sic tamen contumeliose nos habes.

7. Iure quidem id profecto, ait Aglaitadas. Nam mea sententia quiddam longe minoris aestimandum efficit, qui risum amicis excitat; quam qui eos inducit, vt sedentes plorent. Quod quidem a me vere dici, tu quoque reperies, si recte rem existimabis. Nam fletu parentes indere modestiam liberorum suorum, magistri puerorum animis disciplinas

περὶ τούτου, ἀλλ' οὐχὶ προειπεῖν ὅτι οὕτω ποιήσεις; ἢ σὺ καὶ τοὺς ἀγῶνας, ἔφη, προεῖπας καὶ τὰ ἆθλα; ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, οὐχ ὅμοια ταῦτα ἐκείνοις. οἱ μὲν γὰρ ἂν στρατευόμενοι κτήσωνται, κοινὰ, οἶμαι, ἑαυτοῖς ἡγήσονται εἶναι· τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς στρατείας ἐμὴν ἴσως ἔτι οἴκοθεν νομίζουσιν εἶναι· ὥστε διατάττοντα ἐμὲ τοὺς ἐπιτάττας, οὐδὲν, οἶμαι, ἀδικεῖν νομίζουσιν.

ιϐ'. Ἢ καὶ οἴει, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ψηφίσασθαι ἂν τὸ πλῆθος συνελθὸν, ὥστε μὴ ἴσων ἕκαστον τυγχάνειν, ἀλλὰ τοὺς κρατίστους καὶ τιμαῖς καὶ δώροις πλεονεκτεῖν; ἔγωγ', ἔφη ὁ Κῦρος, οἶμαι, ἅμα μὲν ὑμῶν συναγορευόντων, ἅμα δὲ καὶ αἰσχρὸν ὂν, ἀντιλέγειν μὴ οὐχὶ τὸν πλεῖστα καὶ πονοῦντα καὶ ὠφελοῦντα τὸ κοινὸν, τοῦτον καὶ μεγίστων ἀξιοῦσθαι. οἶμαι δὲ, ἔφη, καὶ τοῖς κακίστοις σύμφορον φανεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς πλεονεκτεῖν.

ιγ'. Ὁ δὲ Κῦρος ἐβούλετο καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν ὁμοτίμων γενέσθαι τοῦτο τὸ ψήφισμα· βελτίους

hoc referre potius, quam edicere, ita te facturum? An non et certamina tu indixisti et constituisti praemia? Sed profecto, subiecit Cyrus: haec illis non sunt similia. Nam quaecunque hac in expeditione adquirent, ea putabunt, vt arbitror, futura sibi communia: imperium vero hac in expeditione summum fortassis etiam domestico iure mihi deberi existimant. Quamobrem si praefectos ego constituo, nihil me praeter fas, opinor, et aequum, agere putant.

12. Tu vero futurum arbitraris, inquit Chrysantas, vt vulgus omne collectum sciscat, non aequalia singulis tribuenda; sed praestantissimos quosque magis etiam prae caeteris cum honoribus, tum donis augendos esse? Equidem sic arbitror, ait Cyrus, tum quia vos vna mecum haec suadebitis; tum quod turpe sit contradicere, quin is qui et plurimum laboris sustinet, et plurimum reipublicae vtilitatis adfert, etiam maxima quaeque consequatur. Immo vel ignavissimis conducere videbitur, vt arbitror, viros fortes esse conditione priori.

13. Et Cyrus quidem ipsorum etiam Aequalium causa decretum hoc fieri volebat. Nam

πον εἰδότες αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ὁ Αγλαϊτάδας ἐπεμειδίασε, καὶ ὁ Κῦρος ἰδὼν αὐτὸν φαιδρωθέντα, ἀδικεῖς, ἔφη, ὦ λοχαγέ, ὅτι ἄνδρα ἡμῖν τὸν σπουδαιότατον διαφθείρεις, γελᾶν ἀναπείθων, καὶ ταῦτ', ἔφη, ὄντα τῷ γέλωτι. ταῦτα μὲν δὴ ἐνταῦθ' ἔληξεν.

ι'. Επι δὲ τούτῳ Χρυσάντας ὧδε ἔλεξεν· ἀλλ' ἔγωγ', ἔφη, ὦ Κῦρε, καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐννοῶ ὅτι ἐξεληλύθασι μὲν σὺν ἡμῖν οἱ μὲν καὶ βελτίονος, οἱ δὲ καὶ μείονος ἀξιοι· ἢν δέ τι γένηται ἀγαθὸν, ἀξιώσουσι πάντες ἴσοι ἰσομοιρεῖν· καί τοι ἔγωγε οὐδὲν ἀνισωτερον νομίζω τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, τῷ τῶν ἴσων τόν τε κακὸν καὶ τὸν ἀγαθὸν ἀξιοῦσθαι· καὶ ὁ Κῦρος εἶπε πρὸς ταῦτα· ἆρ' οὖν, πρὸς τῶν θεῶν, κρατιστον ἡμῖν, ἄνδρες, ἐμβαλεῖν περὶ τούτου βουλὴν εἰς τὸν στρατὸν, πότερα δοκεῖ, ἤν τι ἐκ τῶν πόνων δῷ ὁ θεὸς ἀγαθὸν, ἰσομοίρους πάντας ποιεῖν, ἢ σκοπῶντας τὰ ἔργα ἑκάστου, πρὸς ταῦτα καὶ τὰς τιμὰς ἑκάστῳ προτιθέναι;

ια'. Καὶ τί δεῖ, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ἐμβαλεῖν λόγον περὶ

nosset, riserunt, et leniter subrisit etiam Aglaitadas ipse. Quem Cyrus exhilaratum videns: Iniurius es, inquit, manipularie; quod dum huic, vt rideat, persuades; hominem maxime serium nobis corrumpis, praesertim qui adeo risui sit infestus. Et haec quidem heic finem habuerunt.

10. Chrysantas vero deinceps huiusmodi quiddam protulit. Mihi quidem, ait, Cyre, vosque omnes, qui adestis, ad animum accidit, nobiscum nonnullos plaris, minoris alios faciendos domo profectos esse. Iam si fortuna prospera fuerit, omnes hi partes aequales consequi volent. At ego nihil in rebus humanis inaequalius esse duco, quam fortem et ignauum aequalibus praemiis ornari. Fuerit igitur, ait Cyrus, optimum profecto, referri ad exercitum, vt consultet; vtrum videatur, si quid de laboribus boni Deus dederit, aequales facere partes omnium: an consideratis cuiusque factis, ad rationem horum esse cuique constituenda praemia.

11. Et quid opus est, inquit Chrysantas, ad exercitum de hoc

ιέ. Αλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ Κῦρος, ὦ ἄνδρες, γιγνώσκω τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, οἷον καὶ νῦν ὁδὶ λέγει, εἴπερ δεῖ ἐνεργὸν καὶ πειθόμενον ἔχειν τὸ στράτευμα, ἐξαιρετέους εἶναι ἐκ τῆς στρατιᾶς. δοκεῖ γάρ μοι τὸ μὲν πολὺ τῶν στρατιωτῶν εἶναι, οἷον ἕπεσθαι, ἤ ἄν τις ἡγῆται· ἄγειν δ', οἶμαι, ἐπιχειρῆσιν οἱ μὲν καλοὶ κἀγαθοὶ ἐπὶ τὰ καλὰ κἀγαθὰ, οἱ δὲ πονηροὶ ἐπὶ τὰ πονηρά. καὶ πολλάκις τοίνυν πλείονας ὁμογνώμονας λαμβάνουσιν οἱ φαῦλοι ἢ οἱ σπουδαῖοι. ἡ γὰρ πονηρία διὰ τῶν παραυτίκα ἡδονῶν πορευομένη, ταύτας ἔχει συμπειθούσας πολλοὺς αὐτῇ ὁμογνωμονεῖν· ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς ὄρθιον ἄγουσα, ὑ πάνυ δεινή ἐστιν ἐν τῷ παραυτίκα εἰκῇ συνεπισπᾶσθαι· ἄλλως τε καὶ ἢν ἄλλοι ὦσιν, ἐπὶ τὸ πρανὲς καὶ τὸ μαλακὸν ἀντιπαρακαλοῦντες· καὶ τοίνυν ἢν μέν τινες βλακείας καὶ ἀπονίας μόνον κακοὶ ὦσι, τούτους ἐγὼ νομίζω, ὥσπερ κηφῆνας, δαπάνῃ μόνον ζημιοῦν τοὺς κοινωνούς· οἱ δ' αὖ τῶν μὲν πόνων κακοὶ ὦσὶ κοινωνοὶ, πρὸς

16. Et Cyrus: Ego vero ſtatuo, inquit, homines tales, qualem nobis hic etiam modo narrat, ſi quidem nauum et dicto audientem habere exercitum velimus, eximendos ac remouendos eſſe. Nam militum plerique mihi ſic comparati eſſe videntur, vt ſequantur, quacumque quis duxerit. Ducere vero, mea quidem ſententia, viri fortes ac praeclari conantur ad res praeclaras et honeſtas; ad improbas, improbi. Atque adeo frequentes accidit, vt homines improbi ſuam in ſententiam plures pertrahant, quam virtute praediti. Nam improbitas per voluptates in praeſentia ſe offerentes procedendo, multis harum opera perſuadet, vti ſecum ſentiant. Virtus autem in ardua directo ducens, non admodum efficax eſt in hominibus illico temereque ſibi adiungendis: maxime ſi ſint alii, qui e diuerſo ad decliuem mollemque viam cohortentur. Idcirco ſi qui ex ignauia laborumque detrectatione ſolum improbi ſint, eos equidem arbitror quaſi fucos ſumtu modo ſocios defraudare: Qui vero et mali ſunt in laboribus ſocii, et

τίνες γὰρ ἂν καὶ αὐτοὺς ἡγεῖτο εἶναι, εἰ εἰδεῖεν ὅτι ἐκ τῶν ἔργων καὶ αὐτοὶ κρινόμενοι, τῶν ἀξίων τεύξοιντο. καιρὸς ἦν αὐτῷ ἐδόκει εἶναι νῦν ἐμβαλεῖν περὶ τούτου ψῆφον, ἐν ᾧ καὶ οἱ ὁμότιμοι ὤκνουν τὴν τοῦ ὄχλου ἰσομοιρίαν. οὕτω δὴ συνεδόκει τοῖς ἐν τῇ σκηνῇ ἐμβαλέσθαι ἐπὶ τοῦτο λόγον, καὶ συναγορεύειν ταῦτα ἔφασαν χρῆναι ὅστις περ ἀνὴρ εἴοιτο εἶναι.

ιδ'. Ἐπιγελάσας δὲ τῶν ταξιαρχῶν τις εἶπεν· Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, ἄνδρα καὶ τοῦ δήμου οἶδα, ὃς συνερεῖ ὥστε μὴ εἰκῇ οὕτως ἰσομοιρίαν εἶναι. ἄλλος δ' ἀντήρετο τοῦτον, τίνα λέγοι. ὁ δ' ἀπεκρίνατο, ἔστι, νὴ Δί', ἀνὴρ σύσκηνος ἐμοὶ, ὃς ἐν παντὶ μαστεύει πλέον ἔχειν. ἄλλος δ' αὖ ἐπήρετο αὐτὸν, ἦ καί τῶν πόνων; μὰ Δί', ἔφη, ἀ μὲν δή· ἀλλὰ τοῦτό γε ψευδόμενος ἑάλωκα. καὶ γὰρ πόνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, πάνυ πρᾴως ἀεὶ ἑᾷ τὸν βουλόμενον πλέον ἔχειν.

ιε. Ἀλλ'

Nam et hos magis ſtrenuos futuros arbitrabatur, ſi viderent, ſe quoque pro factorum ſuorum aeſtimatione praemia digna conſequuturos. Quapropter ei maxime opportunum videbatur, hoc tempore de hac re decreti faciendi cauſa referri, dum Aequales etiam ipſi hanc vulgi aequalitatem reformidabant. Itaque placuit pariter iis qui tunc aderant in tabernaculo Cyri, de hoc eſſe referendum, ac debere vnumquemque ſuadendis his operam nauare, qui virum ſe perhiberi vellet.

14. Heic e praefectis cohortium quidam ſubridens: Equidem noui quemdam, inquit, etiam media de plebe, qui nobiſcum aequalitatem non ita temere ſeruandam eſſe ſuadebit. Quemnam hunc dicis? quaerebat alius. Eſt mihi profecto, ait, contubernalis quidam, qui plus aliis in omnibus habere quaerit. Tum alius: Etiam ne plus laborum? interrogat. Minime vero, ait, nam heic quidem in mendacio deprehenſus ſum. Semper enim aequo admodum fert animo, in laboribus, et ceteris huiuſmodi, plus alium habere, qui quidem velit.

16. Et

ἀλλὰ καὶ ἐνδεόμενος οἰκετῶν, ἧττον σφάλλεται, ἢ ὑπὸ ἀδίκων ταρατ̣τόμενος. εὖ δὲ ἴστε, ὦ ἄνδρες, ἔφη, φίλοι, ὅτι ἡδὲ τῦτο μόνον ὠφελήσσσιν οἱ κακοὶ ἀφαιρεθέντες, ὅτι κακοὶ ἀπέσονται, ἀλλὰ καὶ τῶν καταμενόντων, ὅσοι μὲν ἀνεπίμπλαντο ἤδη κακίας, * ἀποκαθαρθῆνται πάλιν αὐτήν· οἱ δὲ ἀγαθοὶ τὰς κακὰς ἰδόντες ἀτιμαθέντας, πολὺ εὐθυμότερον τῆς ἀρετῆς ἀνθέξονται.

ις'. Ο μὲν ἅτως εἶπε· τοῖς δὲ φίλοις ἅπασι συνέδοξε ταῦτα, καὶ ἅτως ἐποίησν. ἐκ δὲ τύτυ πάλιν αὖ καὶ σκώμματος ἦρχεν ὁ Κῦρος. κατανοήσας γάρ τινα τῶν λοχαγῶν σύνδειπνον ἀγόμενον, καὶ παρακλίτην πεποιημένον, ἄνδρα ὑπέρδασύν τε καὶ ὑπέραισχρον, ἀνακαλέσας τὸν λοχαγὸν ὀνομασὶ, εἶπεν ὧδε· ὦ Σαμβαύλα, ἔφη, ἀλλ' ἦ καὶ σὺ, κατὰ τὸν Ελληνικὸν τρόπον, ὅτι καλόν ἐς̣ι, περιάγεις τῦτο τὸ μειράκιον τὸ παρακαλακείμενόν σοι; νὴ τὸν Δί', ἔφη ὁ Σαμβαύλας, ἥδομαι καὶ συνὼν τύτῳ, καὶ θεώμενος αὐτόν. ἀκύσαντες δὲ ταῦτα οἱ σύσκηνοι, προς-

ἐβλεψαν·

Immo etiam minus detrimenti accipit, si seruis egeat: quam si ab iniustis perturbetur. Hoc quidem certe, amici, scire vos volo, remotionem militum malorum non eam modo nobis vtilitatem adlaturam, quod mali aberunt: sed illi etiam, qui nobiscum manebunt, quotquot sane pleni iam improbitatis esse coeperunt, rursum ab ea repurgabuntur: et boni malos ignominia notatos quum viderint, multo alacrius virtutem colent.

16. Haec Cyri fuit oratio: quae quum ab amicis omnibus esset comprobata, sic ab iis res instituta fuit. Atque heic rursum Cyrus iocari coepit. Nam quum animaduertisset vnum de manipulariis ad coenam secum quemdam ducere, iuxtaque se inter discumbendum retinere, hominem et hirsutum et deformem admodum, nominatim manipulario compellato: Num et tu, inquit, more Graecis familiari, Sambaula, hunc accumbentem tibi adolescentulum, quia formosus sit, tecum circumducis? Et Sambaulas: Ita me Iupiter amet, ait, vt huius et consuetudine et adspectu delector. Quae vbi contubernales audissent, respexerunt:

* Al. ἀνακαθαρθῆνται.

πρὸς δὲ τὸ πλεονεκτεῖν σφοδροὶ καὶ ἀναίσχυντοι, ἔτοι καὶ ἡγεμονικοί εἰσι πρὸς τὰ πονηρά. πολλάκις γὰρ δύνανται τὴν πονηρίαν πλεονεκτοῦσαν ἀποδεικνύναι· ὥστε παντάπασιν ἐξαιρετέοι οἱ τοιοῦτοι ἡμῖν εἰσι.

Καὶ μηδὲ μέντοι σκοπῆτε, ὅπως ἐκ τῶν πολιτῶν ἀντιπληρώσεσθε τὰς τάξεις. ἀλλ' ὥσπερ ἵππους, οἳ ἂν ἄριστοι ὦσιν, οὐχ οἳ ἂν πατριῶται, τούτους ζητεῖτε· οὕτω καὶ ἀνθρώπους ἐκ πάντων, οἳ ἂν ἡμῖν μάλιστα δοκῶσι συνισχυριεῖν τε ὑμᾶς καὶ συγκοσμήσειν, τούτους λαμβάνετε. μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τόδε πρὸς τὸ ἀγαθόν· ὅτε γὰρ ἅρμα δή ποτε ταχὺ γένοιτ' ἄν, βραδέων ἵππων ἐνόντων, ὅτε (a) δίκαιον, ἀδίκων συνεζευγμένων. οὐδέ γε οἶκος δύναται εὖ οἰκεῖσθαι πονηροῖς οἰκέταις χρώμενος. ἀλλὰ

et ad captandum commoda ſua ſtrenui ſunt atque impudentes, hi etiam ad res improbas ſe duces praebent: quippe qui efficere ſaepenumero poſſint, vt improbitati praecipua commoda cedant. Quapropter omnino ſunt homines eiuſmodi nobis eximendi.

Neque vero circumſpiciendum nobis eſt, qua ratione de ciuibus ordines expleatis: ſed quemadmodum equos optimos quaeritis, non veſtra in patria natos; ſic homines ex omnibus ſumite, quoſcumque vobis et roboris et ornamenti plurimum allaturos exiſtimabitis. Mihi quidem hoc quoque teſtimonio eſt, recte nobis id ceſſurum: quia nequit eſſe currus celer, cuius equi ſunt ſegnes; nec bene inſtructus, ſi coniuncti ſint [equi] male inſtructi. Neque domus recte adminiſtratur, quae famulis improbis vtitur. Immo

(a) Multis verbis contendit Leunclauius in notis ad hunc locum δίκαιον male referri ab aliis omnibus Interpretibus ad ἅρμα; quid eſt enim (inquit) ἅρμα δίκαιον? quis hoc modo locutus eſt vnquam? Reſponſionem ipſe (ni fallor) ſuggeſſit in iiſdem notis, vbi obſeruat Xenophontem lib. 4. Απομνημ. c. 4. §. 5. hiſce verbis vſum eſſe: φασὶ δέ τινες καὶ ἵππον καὶ βοῦν τῷ βελτίονα δικαίως πεπῆσθαι etc. cum enim ἵππος vel βοῦς dicitur δίκαιος, qui ad operas ſuas idoneus eſt (vti monet ipſe Leuncl. in margine) cur non et ἅρμα dici poteſt δίκαιον, quod ad vſum debitum eſt idoneum?

τας σπονδὰς ποιήσαντες, καὶ εὐξάμενοι τοῖς Θεοῖς τὰ ἀγαθὰ, τὴν σκηνὴν εἰς κοίτην διέλυον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Κῦρος συνέλεξε τοὺς στρατιώτας πάντας, καὶ ἔλεξε τοιάδε.

β'. Ανδρες φίλοι, ὁ μὲν ἀγὼν ἡμῖν ἐγγύς· προσέρχονται γὰρ οἱ πολέμιοι. τὰ δ' ἆθλα τῆς νίκης, ἣν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν, δῆλον ὅτι οἵ τε πολέμιοι ἂν ἡμέτεροι, καὶ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα· ἣν δὲ ἡμεῖς αὖ νικώμεθα, (τοῦτο γὰρ ἀεὶ καὶ λέγειν δεῖ) καὶ ἄτω τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται. ἄτω δὴ, ἔφη, δεῖ ὑμᾶς γιγνώσκειν, ὡς, ὅταν μὲν ἄνθρωποι κοινωνοὶ πολέμου γενόμενοι, *ἐν ἑαυτοῖς ἔχωσιν ἕκαστοι, ὡς, εἰ μὴ αὐτός τις προθυμηθήσεται, οὐδὲν ἐσόμενον τῶν δεόντων, ταχὺ πολλά τε καὶ καλὰ διαπράττονται· οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἀργεῖται τῶν πράττεσθαι δεομένων. ὁπόταν δὲ ἕκαστος διανοηθῇ, ὡς ἄλλος ἕξει ὁ πράσσων καὶ ὁ μαχόμενος, κἂν αὐτὸς μαλακίζηται, τοῖς τοιούτοις, ἔφη, εὖ ἴσθι ὅτι πᾶσιν ἅμα πάντα ἥξει τὰ χαλεπὰ φερόμενα. καὶ ὁ Θεὸς ἄτω πως ἐποίησε τοῖς

tiam libationem a Diis fausta feliciaque precati, soluto contubernio cubitum iuerunt. Postridie Cyrus militibus vniuersis conuocatis, huiusmodi orationem habuit:

2. Prope, amici, a certamine absumus, quum hostes aduenient. Victoriae vero constat haec futura praemia, si nos quidem vicerimus, vt hostes nostri, et omnia hostium bona nostra sint. Sin ipsi vincamur (nam et hoc indicari semper oportet) itidem nostra superatorum bona omnia victoribus, vt praemia, proposita erunt. Sic ergo vobis est existimandum, homines belli societate iunctos, si apud se singuli statuant, res agendas minime successuras, nisi quisque suo loco sit alacer; breui et multa, et praeclara gesturos, idque propterea, quod ab his nihil eorum quae peragenda sunt, per socordiam negligatur. Quum autem quisque cogitat, alium fore, qui rem gerat, ac pugnet, licet ipse segniter agat; tum vero scire vos volo, huiusmodi hominibus vniuersis omnia simul aduersa imminere. Atque hoc ipsius quodammodo Dei opus est.



* Al. ἐν ἑαυτοῖς ἕκαστοι διανοῶνται.

ἐβλεψαν· ὡς δὲ εἶδον τὸ πρόσωπον τῦ ἀνδρὸς ὑπερβάλλον αἴσχει, ἐγέλασαν πάντες.

ιζ'. Καί τις εἶπε, πρὸς τῶν Θεῶν, ὦ Σαμβαύλα, ποίῳ ποτέ σε ἔργῳ ἀνὴρ ὅτος ἀνήρτηται; καὶ ὃς εἶπεν, ἐγὼ ὑμῖν. νὴ τὸν Δία, ὦ ἄνδρες, ἐρῶ. ὁποσάκις γὰρ αὐτὸν ἐκάλεσα εἴτε νυκτὸς, εἴτε ἡμέρας, ὃ πώποτέ μοι ὅτ' ἀσχολίαν πρὸφασίσατο, ὅτε βάδην ὑπήκυσεν, ἀλλ' ἀεὶ τρέχων· ὁποσάκις τὲ πρᾶξαί τι αὐτῷ προσέταξα, ὐδὲν ἀνιδρωτὶ πώποτε εἶδον αὐτὸν ποιῦντα· πεποίηκε δὲ καὶ τὰς δώδεκα ἅπανλας τοιάτας, ὃ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ ἀποδεικνὺς, οἵας δεῖ εἶναι. καί τις εἶπε, κἄπειτα τοιῦτον ὄντα ὃ φιλεῖς αὐτὸν ὥσπερ τὰς συγγενεῖς; καὶ ὁ αἰσχρὸς ἐκεῖνος πρὸς τῦτο εἶπε· μὰ Δία, ἔφη· ὃ γὰρ φιλόπονός ἐστι. ἐπεὶ ἥρκει ἂν αὐτῷ, εἰ ἐμὲ ἤθελε φιλεῖν, τῦτο ἀντὶ πάντων τῶν γυμνασίων.

## ΚΕΦ. γ'.

Τοιαῦτα μὲν δὴ, καὶ γελοῖα καὶ σπυδαῖα, καὶ ἐλέγετο καὶ ἐπράτ]ετο ἐν τῇ σκηνῇ. τέλος δὲ, τὰς τρίτας

spexerunt: et faciem hominis nimiopere deformem intuiti, riserunt omnes.

17. Quidam autem, Quaeso, inquit, mi Sambaula, quo tandem facto vir hic tuam sibi benevolentiam conciliauit? Et Sambaulas: Dicam profecto vobis ait. Quoties eum vel noctu, vel interdiu vocaui; numquam mihi neque occupationem suam praetexuit, neque pedetentim, sed cursim perpetuo paruit. Quoties item, vt aliquid faceret, imperaui: nihil eum vidi vnquam sine sudore facere. Quin et reliquos mihi duodecim tales effecit, non verbis, sed re demonstrando, quales esse oporteat. Heic quidam subiiciens: Tu vero, quum talis sit, inquit, non eum oscularis, vt cognatos soles? Et deformis ille ad hoc: Non profecto, ait, nam minime laborum est tolerans. Quippe si me vellet osculari, omnium hoc ei certaminum loco esset.

## CAP. III

Huiusmodi quaedam partim ridicula, partim seria tum dicebantur in tabernaculo, tum gerebantur. Tamdem post tertiam

НБ ОНУ имени Г. Мавлютова

ὅτε πρῶτος, ὅτε δεύτερος, οἶομαι δὲ οὐδὲ χιλιοστὸς, ἴσως δὲ οὐδὲ μυριοστός. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο σαφῶς ἐπίσταμαι, ὅτι εἰ μὲν οἱ δυνατοὶ ἐρρωμένως ἀντιλήψονται τῶν πραγμάτων, ἀγαθοῦ τινός μοι μετέσται μέρος, ὅσον ἂν δίκαιον ᾖ· εἰ δ' οἱ μὲν κακοὶ μηδὲν ποιήσουσιν, οἱ δ' ἀγαθοὶ καὶ δυνατοὶ ἀθύμως ἔξουσι, δέδοικα, ἔφη, μὴ ἄλλου τινὸς μᾶλλον, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ, μεθέξω πλέον μέρος ἢ ἐγὼ βούλομαι.

δ'. Χρυσάντας μὲν δὴ οὕτως εἶπεν. ἀνέστη δ' ἐπ' αὐτῷ Φεραύλας, Πέρσης, τῶν δημοτῶν, Κύρῳ πως ἔτι οἴκοθεν συνήθης καὶ ἀρεσὸς ἀνὴρ, καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἀφυὴς, καὶ τὴν ψυχὴν οὐκ ἀγεννεῖ ἀνδρὶ ἐοικώς· καὶ ἔλεξε τοιάδε·

ε. Ἐγὼ, ἔφη, ὦ Κῦρε, καὶ πάντες οἱ παρόντες Πέρσαι, ἡγοῦμαι μὲν ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἴσου νῦν ὁρμᾶσθαι πάντας εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς. ὁρῶ γὰρ ὁμοίᾳ μὲν τροφῇ πάντας ἡμᾶς τὸ σῶμα ἀσκοῦντας, ὁμοίας δὲ συνουσίας πάντας ἀξιουμένους, τὰ

ρευόμενος ἔτως ἐν ταῖς γιγνομέναις ἡμέραις ἀφικνεῖτο πρὸς τὰ μεθόρια τῶν Ασσυρίων καὶ Μήδων, ὅθενπερ ὥρμᾶτο, ἐνταῦθα δὴ τρία ὄντα τῶν Ασσυρίων φρούρια, ἓν μὲν αὐτῶν τὸ ἀσθενέστατον προσβαλὼν βίᾳ ἔλαβε, τὼ δὲ δύο φρουρίω φοβῶν μὲν Κῦρος, πείθων δὲ Γαδάτας ἔπεισε παραδῶναι τὺς φυλάττοντας.

## ΚΕΦ. ε'.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεπράξατο, πέμπει πρὸς Κυαξάρην, καὶ ἐπέστελλεν ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὸ στράτευμα, ὅπως περί τε τῶν φρουρίων ὧν εἰλήφεσαν βουλεύσαιντο ὅ,τι χρήσαιντο, καὶ ὅπως θεασάμενος τὸ στράτευμα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων σύμβουλος γίγνοιτο ὅ, τι ἂν δοκοίη ἐκ τούτου πράττειν. ἦν δὲ κελεύῃ, εἰπὲ, ἔφη, ὅτι ἐγὼ ἂν ὡς ἐκεῖνον ἴοιμι στρατοπεδευσόμενος. ὁ μὲν δὴ ἄγγελος ὤχετο ταῦτ' ἀπαγγέλλων. ὁ δὲ Κῦρος ἐκέλευσεν ἐν τούτῳ τὸν Γαδάταν τὴν τῶ Ασσυρίω σκηνὴν, ἣν Κυαξάρει οἱ Μῆδοι ἐξεῖλον, ταύτην κατασκευάσαι ὡς κάλλιστα τῇ τε ἄλλῃ κατασκευῇ, ἣν εἶχε, καὶ τὼ γυναῖκε εἰσαγαγεῖν εἰς τὸν γυναικῶνα

do pergens, diebus insequentibus ad Assyriorum Medorumque limites peruenit, vnde initium expeditionis fecerat. Ibi quum essent Assyriorum castella tria, vnum, quod erat infirmissimum, vi adortus cepit: reliqua duo, Cyro metum incutiente, suadente Gadata, perfectum est, vt praesidiarii dederent.

## CAP. V.

Quibus rebus confectis, ad Cyaxarem misit, atque vti ad exercitum adesset, per epistolam petiit: quo et de castellis captis quid esset agendum, deliberarent; et exercitum ipse contemplatus, de ceteris etiam rebus consuleret, quid deinceps agendum arbitraretur. Quod si iusserit, ait, dicito me ad ipsum venturum, et istic castra locaturum. Itaque nuntius, qui haec exponeret, abibat. Cyrus interea Gadatae mandat, vt tabernaculum Assyrii, quod Cyaxari Medi selegerant, cum adparatu reliquo, quem habebat, instrueret elegantissime: tum vtramque mulierem in conclaue tabernaculi muliebre

κῶνα τῆς σκηνῆς, καὶ σὺν αὐταῖς τὰς μισθοφορὰς, αἵπερ ἐξῃρημέναι ἦσαν Κυαξάρει.

β'. Οἱ μὲν δὴ ταῦτ' ἔπραττον. ὁ δὲ πεμφθεὶς πρὸς τὸν Κυαξάρην, ἐπεὶ ἔλεξε τὰ ἐντεταλμένα, ἀκούσας ὁ Κυαξάρης αὐτῷ, ἔγνω βέλτιον εἶναι τὸ στράτευμα μένειν ἐν τοῖς μεθορίοις. καὶ γὰρ οἱ Πέρσαι, ὃς μετεπέμψατο ὁ Κῦρος, ἦκον· ἦσαν δὲ μυριάδες τέτταρες τοξοτῶν καὶ πελταστῶν. ὁρῶν δὲ καὶ τούτους πολλὰ σινομένους τὴν Μηδικήν, τούτων αὖ ἐδόκει ἥδιον ἀπαλλαγῆναι μᾶλλον, ἢ ἄλλον ὄχλον εἰσδέξασθαι. ὁ μὲν δὴ ἐκ Περσῶν ἄγων τὸν στρατὸν, ἐρόμενος τὸν Κυαξάρην, κατὰ τὴν Κύρου ἐντολὴν, εἴ τι δέοιτο τοῦ στρατεύματος, ἐπεὶ οὐκ ἔφη δεῖσθαι, αὐθημερὸν, ἐπεὶ ἥκουσε παρόντα Κῦρον, ᾤχετο πρὸς αὐτὸν ἄγων τὸ στράτευμα. ὁ δὲ Κυαξάρης τῇ ὑστεραίᾳ ἐπορεύετο σὺν τοῖς παραμείνασι Μήδων ἱππεῦσιν· ὡς δ' ἤθετο ὁ Κῦρος προσιόντα αὐτὸν, λαβὼν τοὺς Πέρσας ἱππέας, πολλοὺς ἤδη ὄντας, καὶ τοὺς Μήδους πάντας, καὶ τοὺς Ἀρμενίους, καὶ

deduceret, et cum his etiam muſicas illas, quae Cyaxari exemtae fuerant.

2. Haec illi exſequebantur. Qui vero miſſus erat ad Cyaxarem, quum mandata expoſuiſſet, eaque Cyaxares audiiſſet: viſum eſt ei potius, vt iſtic in finibus exercitus maneret. Nam et Perſae, quos Cyrus arceſſiuerat, aderant: qui quidem erant numero ad quadragies mille ſagittarii et cetrati. Quamobrem quum videret, hos etiam magnum Medorum agro detrimentum adferre; libentius his quoque liberari velle videbatur, quam vt aliam turbam inſuper admitteret. Quumque is, qui e Perſia copias haſce ducebat, Cyaxarem interrogaret, quemadmodum Cyrus praeceperat, an opus ipſi hoc exercitu eſſet, atque is opus eſſe ſibi negaret: eodem die ad Cyrum pergebat, exercitum ductitans, quo illum adeſſe audierat. Cyaxares poſtridie cum iis, qui ſecum manſerant, equitibus Medis, iter eſt ingreſſus: quem vbi Cyrus aduenire ſenſit, ſumtis ſecum et Perſis equitibus, qui iam multi erant, et Medis omnibus, et Armeniis, et

πάντα, καταθεάσαι οἷά σοι φαίνεται. τί γὰρ ἂν, ἔφη, εἴτις κύνας, ἃς σὺ τρέφεις φυλακῆς ἕνεκα σαυτῷ τε καὶ τῶν σῶν, ταύτας θεραπεύων, ἑαυτῷ γνωριμωτέρας ἢ σοὶ ποιήσειεν, ἆρ' ἂν εὐφραίνοι σε τούτῳ τῷ θεραπεύματι;

Εἰ δὲ τοῦτό σοι δοκεῖ μικρὸν εἶναι, κἀκεῖνο κατανόησον, εἴ τις τὰς σε θεραπεύοντας, ὃς σὺ καὶ φερεφᾶς καὶ θεραπείας ἕνεκα κέκτησαι, τούτους οὕτω διαθείη, ὥς' ἐκείνῳ μᾶλλον ἢ σοῖ βούλεσθαι εἶναι, ἆρ' ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; τί δὲ (ὃ μάλιστα ἄνθρωποι ἀσπάζονταί τε καὶ θεραπεύουσιν οἰκειότατα) εἴ τις γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν, ὥστε αὐτὴν φιλεῖν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἄν σε τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφράνοι; πολλοῦ γ' ἄν, ἔφη, οἶμαι, καὶ δέοι· ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι πάντων ἂν μάλιστα ἀδικοίη σε τοῦτο ποιήσας. ἵνα δὲ εἶπω καὶ τὸ μάλιστα τῷ ἐμῷ πάθει ἐμφερές, εἴ τις ὃς σὺ ἤγαγες Πέρσας οὕτω θεραπεύσειεν ὡς' αὐτῷ ἥδιον ἕπεσθαι ἢ σοί, ἆρ' ἂν φίλον αὐτὸν νομίζοις; οἶμαι μὲν, ὦ,

qualia tibi videantur, considera. Quid enim, si quis canes, quos tu aleres custodiae tuae tuorumque causa, tales commode curando reddat, vt illum magis, quam te norint; an hoc curationis genere te delectaturus sit?

Quod si exiguum hoc tibi videtur, id etiam considera; si quis tuos e familia ministros, quos et custodiae et praesidii causa, et vt te colant, tecum habes, eiusmodi efficiat, vt ipsius esse malint, quam tui; an pro eo beneficio gratiam illi sis habiturus? Quid vero, (quod vnum amore maximo complectuntur homines, et curae in primis vt sibi proprium habent,) si quis vxorem tuam sic obsequiis demereretur, vt tandem efficeret eam sui magis amantem, quam tui; num hoc beneficio te delectaret? Nihil, mea quidem sententia, minus. Immo iniuriam tibi hoc facto maximam inferret. Vt autem, quod dolori meo simillimum est, dicam; si quis Persas eos, quos tu ad nos duxisti, sic demereretur, vt ipsum lubentius, quam te sequerentur, an hunc tibi amicum duceres; Equidem haud arbitror,

δὲ, ἀλλὰ πολεμιώτερον ἂν ἢ εἰ πολλοὺς αὐτῶν κατακάνοι. τί δὲ, εἴ τις τῶν σῶν φίλων, φιλοφρόνως σε εἰπόντος, λάμβανε τῶν ἐμῶν ὁπόσα ἐθέλεις, εἰ τοῦτο ἀκούσας οἴχοιτο λαβὼν πάντα ὁπόσα δύναιτο, καὶ αὐτὸς μὲν τοῖς σοῖς γε πλουτοίη, σὺ δὲ μηδὲ μετρίοις ἔχοις χρῆσθαι· ἆρ' ἂν δύναιο τὸν τοιοῦτον ἄμεμπτον φίλον νομίζειν;

Νῦν μέντοι ἐγὼ, Κῦρε, εἰ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τοιαῦτα ὑπὸ σοῦ δοκῶ πεπονθέναι. σὺ γὰρ ἀληθῆ λέγεις, εἰπόντος ἐμοῦ τοὺς ἐθέλοντας ἄγειν, λαβὼν ὤχου πᾶσαν μοῦ τὴν δύναμιν, ἐμὲ δὲ ἔρημον κατέλιπες. καὶ νῦν ἃ ἔλαβες τῇ ἐμῇ δυνάμει, ἄγεις δή μοι, καὶ τὴν ἐμὴν χώραν αὔξεις σὺν τῇ ἐμῇ δυνάμει· ἐγὼ δὲ δοκῶ, οὐδὲν συναίτιος ὢν τῶν ἀγαθῶν, παρέχειν ἐμαυτὸν ὥσπερ γυνὴ εὖ ποιεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖσδε τοῖς ἐμοῖς ὑπηκόοις. σὺ μὲν γὰρ ἀνὴρ φαίνῃ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἄξιος ἀρχῆς· ταῦτα οὖν σοι δοκεῖ εὐεργετήματα εἶναι, ὦ Κῦρε; εὖ ἴσθ', ὅτι, εἴτι ἐμοῦ ἐκήδου,

bitror, ſed infeſtiorem putares, quam ſi multos eorum occideret. Quid ſi amicus quiſpiam tuus, te amanter dicente, Accipe de rebus meis, quantum voles; poſteaquam id audiſſet, iret, atque omnia, quae poſſet, acciperet; tuiſque adeo rebus ditaretur, quum tu ne modicum quidem earum fructum perciperes: an poſſes experrem culpae amicum hunc exiſtimare?

Nunc autem abs te, mi Cyre, ſi non haec, tamen his ſimillia perpeſſum me arbitror. Nam vera narras, quum ego dixiſſem, poſſe volentes abduci, diſceſſiſſe te ita, vt omnes meas copias acciperes, et me ſolum relinqueres. Iam autem, quae opera mei exercitus cepiſti, adfers ſane mihi, ac meis viribus ditionem hanc auges: atqui equidem nullius boni tecum auctor, inſtar foeminae me offerre videor, et exhibere, vt beneficia tum ab aliis hominibus, tum etiam ab his imperio meo ſubiectis accipiam. Tu viri ſpeciem habes, ego indignus iudicor imperio. Haeccine tibi, Cyre, videntur eſſe beneficia? Ignorare profecto non debebas, ſi te vlla

mei

ἐκήδε, ὑδενὸς ἂν ἧττω με ἀποστερεῖν ἐφυλάττε, ὡς ἀξιώματος, καὶ τιμῆς. τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι; ἐγὼ γάρ τοι ἐγὼ Μήδων ἦρχον, διὰ τὸ κρείττων πάντων αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ καὶ αὐτὸς τούτους ἀξιῶν ἡμᾶς αὐτῶν πάντα βελτίονας εἶναι.

ια'. Καὶ ὁ Κῦρος, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ, ὑπολαβὼν εἶπε· πρὸς τῶν Θεῶν, ἔφη, ὦ θεῖε, εἶτι κἀγώ σοι πρότερον ἐχαρισάμην, καὶ σὺ νῦν ἐμοὶ χάρισαι ὧν ἄν σε δεηθῶ. παῦσαι, ἔφη, τὸ νῦν εἶναι μεμφόμενός μοι· ἐπειδὰν δὲ πεῖραν ἡμῶν λάβῃς, ὅπως ἔχομεν πρός σε, ἢν μέν σοι φαίνηται τὰ ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένα ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ τῷ σῷ πεποιημένα, ἀσπαζομένῳ τε ἐμοῦ σὲ ἀνταspάζῃ με, εὐεργέτην τε νόμιζε εἶναι· ἢν δ' ἐπὶ θάτερα, τότε μοι μέμφῃ. ἀλλ' ἴσως τοι, ἔφη ὁ Κυαξάρης, καλῶς λέγεις· κἀγὼ ποιήσω ταῦτα. τί ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἢ καὶ φιλήσω σε; εἰ σὺ βούλει, ἔφη. καὶ οὐκ ἀποστρέψεις με ὥσπερ ἄρτι; οὐκ ἀποστρέψομαι, ἔφη. καὶ ὃς ἐφίλησεν αὐτόν.

ιβ'. Ὡς

mei cura tangeret, in primis tibi cauendum, vt nulla re minus me spoliares, quam auctoritate ac dignitate. Nam quid accedit ex eo mihi, si maxime regio mea dilatetur, ipse per ignominiam contemtui sim? Nec enim idcirco Medorum ego potitus sum imperio, quod vnus praestantior vniuersis essem; sed potius, quia ducerent illi, nos in omnibus se meliores esse.

11. Tum Cyrus, adhuc loquente Cyaxare, sermonem ipsius excipiens, ait: Per Deos immortales, mi auuncule, si quid ego tibi antehac feci, quod gratum esset; etiam tu in his mihi gratificare, quae petam. Finem scilicet de me querendi hoc tempore facito. Vbi vero periculum de nobis feceris, quo pacto adfecti erga te simus: si quidem patuerit, ea quae sunt a me gesta, tui boni causa gesta esse, me amplectentem te vicissim amplectere, beneque de te promeritum existima: sin aliter, de me queritor. Fortassis, ait Cyaxares, recte dicis; atque equidem hoc faciam. Quid igitur, ait Cyrus, an etiam te osculabor? Si voles, inquit. Neque me aduersabere, vt modo? Non auersabor, ait. Itaque Cyrus eum est osculatus.

12. Quod

ιβ'. Ως δὲ εἶδον οἱ Μῆδοι καὶ οἱ Πέρσαι καὶ ἄλλοι πολλοὶ (πᾶσι γὰρ ἔμελεν ὅ, τι ἐκ τούτων ἔσοιτο) εὐθὺς ἥθησάν τε καὶ ἐφαιδρύνθησαν. καὶ ὁ Κυαξάρης δὲ καὶ ὁ Κῦρος ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἡγοῦντο· καὶ ἐπὶ μὲν τῷ Κυαξάρει οἱ Μῆδοι εἵποντο, (Κῦρος γὰρ αὐτοῖς ὧδε ἐπένευσεν) ἐπὶ δὲ τῷ Κύρῳ οἱ Πέρσαι, ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ ἄλλοι. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ κατέσησαν τὸν Κυαξάρην εἰς τὴν κατεσκευασμένην σκηνήν, οἷς μὲν ἐπετέτακτο, παρεσκεύαζον τὰ ἐπιτήδεια τῷ Κυαξάρει· οἱ δὲ Μῆδοι ὅσον χρόνον σχολὴν πρὸ δείπνου ἦγεν ὁ Κυαξάρης, ἦσαν πρὸς αὐτὸν, οἱ μὲν, καὶ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν, οἱ δὲ πλεῖστοι, ὡς κεκέλευστο ὑπὸ Κύρου, δῶρα ἄγοντες, ὁ μέν τις οἰνοχόον καλὸν, ὁ δὲ ὀψοποιὸν ἀγαθὸν, ὁ δὲ ἀρτοποιὸν, ὁ δὲ μαγειρικὸν, ὁ δὲ ἐκπώματα, ὁ δὲ ἐσθῆτα καλήν· πᾶς δέ τις ὡς ἐπιτοπολύ ἔν γέ τι ὧν εἰλήφει, ἐδωρεῖτο αὐτῷ· ὥστε τὸν Κυαξάρην μεταγινώσκειν ὡς ὅτε Κῦρος ἀφίοι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ὅτε οἱ Μῆδοι ἧττόν τι αὐτῷ προσεῖχον τὸν νοῦν, ἢ καὶ πρόσθεν.

ιδ'. Ἐπειδὴ

12. Quod quum Medi, Perſae, ceteri viderent, (erant enim omnes ſolliciti, quid de his futurum eſſet) ſtatim adfecti laetitia, et exhilarati ſunt. Cyaxares et Cyrus, conſcenſis equis, praeibant, Medis Cyaxarem ſequentibus, (ſic enim nutu Cyrus eis ſignificarat) Perſis Cyrum: poſt alii ſequebantur. Vbi ad caſtra peruentum eſſet, Cyaxarem in tabernaculum paratum collocarunt; et ei, quibus hoc datum erat negotii, neceſſaria parabant: Medi ceteri, quamdiu ante coenam otioſus Cyaxares erat, accedebant eum, partimque ſponte ſua, partim mandato Cyri, quorum erat maximus numerus, munera ferebant; alius bellum pocillatorem, alius bonum coquum, alius piſtorem, muſicae artificem alius, alius pocula, veſtem alius elegantem. Maxima quidem ex parte quilibet vnum quiddam eorum, quae ceperat, ei donabat: vt Cyaxares adeo ſententiam deinde mutaret, ac neque Cyrum eos ab ſe auertiſſe, neque minus, quam ante, a Medis ſe obſeruari duceret.

13. Quum

αὐτόν με ἐλθεῖν ἡγούμενον, εἴ τινες Περσῶν ἴοιεν. ἀκὴν ἐγὼ ἐπείθην τε ταῦτα ὑπὸ σοῦ, καὶ παρεγενόμην, ἄνδρας ἄγων σοι ὡς ἐδυνάμην πλείστους τε καὶ ἀρίστους; ἦλθες γὰρ ἂν, ἔφη.

ζ'. Εν τούτῳ τοίνυν μοι πρῶτον εἰπὲ, ἔφη, πότερον ἀδικίαν ἐμοῦ πρὸς σε κατέγνως, ἢ μᾶλλον εὐεργεσίαν; δῆλον, ἔφη ὁ Κυαξάρης, ὅτι ἔκ γε τούτων εὐεργεσίαν. τί γὰρ, ἔφη, ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι ἦλθον, καὶ διαγωνίζεσθαι ἔδει πρὸς αὐτοὺς, ἐν τούτῳ κατενόησάς με ἢ πόνου τινὸς ἀποσάντα, ἢ κινδύνου φεισάμενον; ἀμὰ τὸν Δί', ἔφη, ἀ μὲν δή. τί γὰρ, ἐπεὶ νίκης γενομένης σὺν τοῖς Θεοῖς ἡμετέρας, καὶ ἀναχωρησάντων τῶν πολεμίων, παρεκάλεσε σε ἐγὼ, ὅπως κοινῇ μὲν αὐτοὺς διώκοιμεν, κοινῇ δὲ τιμωροίμεθα, κοινῇ δὲ, εἴ τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν συμβαίνοι, τοῦτο καρποίμεθα· ἐν τούτοις ἔχεις τινὰ πλεονεξίαν ἐμοῦ κατηγορῆσαι;

η'. Ο μὲν δὴ Κυαξάρης πρὸς ταῦτα ἐσίγα· ὁ δὲ Κῦρος πάλιν

quo venirem ipse, copiarumque Persicarum, si quae ad te irent, ductor essem. An igitur in his non abs te persuasus sum, non adfui, non militem adduxi numero, quam potui, maximo, et eundem praestantissimum? Venisti vero, inquit.

7. Ergo, ait, mihi primum dicito, vtrum in hoc iniuriam adversum te meam deprehenderis, an beneficium? Planum est, inquit Cyaxares, ex his beneficium me tuum cognouisse. Quid vero, vbi venerunt hostes, et dimicandum aduersus eos erat, an tum animaduertisti, me vel laborem vllum detrectasse, vel peperciisse periculo? Non profecto, non equidem. Quid? vbi Deum ope victoria penes nos stetit, hostesque iam cederent, atque ego te rogarem, vt communibus eos copiis insequeremur, communi opera in eos vindicaremus, communem denique siue boni, siue mali fructum caperemus, quidquid accidisset; in his an accusare me possis, quasi proprii emolumenti plus aequo cupidum.

8. Ad haec Cyaxares subticuit. Et Cyrus rursum ita locutus est:

λιν ἔλεγεν ὧδε, ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς τοῦτο σιωπᾶν ἡδίον σοι ἢ ἀποκρίνασθαι, τόδε γε, ἔφη, εἰπὲ, εἴτι ἀδικεῖσθαι ἐνόμισας, ὅτι, ἐπεί σοι ἐδόκει οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι τὸ διώκειν, σὲ μὲν αὐτὸν οὐκ ἀφῆκα τούτου τοῦ κινδύνου μετέχειν, ἱππέας δὲ τῶν σῶν πέμψαι ἐδεόμην σοῦ; εἰ γὰρ καὶ τοῦτο αἰτῶν ἠδίκουν, ἄλλως τε καὶ προπαροξυνθεὶς ἐμαυτόν σοι σύμμαχον, τοῦτ' αὖ παρὰ σοῦ, ἔφη, ἐπιδεικνύσθω.

θ'. Ἐπεὶ δ' αὖ καὶ πρὸς ταῦτα ἐσίγα ὁ Κυαξάρης, ἀλλ' εἰ μηδὲ τοῦτ', ἔφη, βούλει ἀποκρίνασθαι, σὺ τοῦτο τοίνυν εἰπὲ, εἴτι αὖ ἠδίκουν, ὅτι σοῦ ἀποκρινομένου ἐμοὶ, ὡς οὐκ ἂν βούλοιο, εὐθυμουμένους ὁρῶν Μήδους, * τούτους παύσας αὐτοὺς ἀναγκάζειν κινδυνεύσοντας ἰέναι, εἴτι αὖ σοι δοκῶ τοῦτο χαλεπὸν ποιῆσαι, ὅτι ἀμελήσας τοῦ ὀργίζεσθαί σοι, ἐπὶ τούτοις πάλιν ἦλθον σὲ ὁ ἥδιον ἢ σοὶ δοῦναί μοι ἁδὲν, ἢ τε ῥᾷον Μήδοις ἐπιταχθῆναι ἁδέν. τὸν γὰρ βουλόμενον δήπου ἔπεσθαι ἠτησά σε δοῦναί μοι. οὐκοῦν τοῦτο τυχὼν παρὰ σοῦ, ἁδὲν ἧττον εἰ μὴ τούτους πείσαιμι.

Quando tibi ad hoc tacere potius lubet, quam respondere: id mihi dicito, adfectumne te sis arbitratus iniuria, quod, quum tibi tutum non esse videretur persequi, te quidem ipsum periculi huius participem fieri non sum passus, sed vt equites mihi quosdam de tuis mitteres, rogavi? Num enim id abs te petens, iniuste fecerim, praesertim qui iam ante me tibi socium belli praebuissem, hoc abs te, inquit, demonstretur.

9. Ad quae Cyaxares quum itidem taceret: Quod si ne ad hoc quidem, inquit, respondere vis, deinceps dicito, an iniurius fuerim; quod quum tu mihi responderes, nolle te, qui Medos hilaritati operam dare videres, ab hac reuocatos cogere tunc ad profectionem cum periculo coniunctam: an inquam videar molestum aliquid tibi fecisse, quod irasci tibi noluerim; sed post haec rursum abs te id petiuerim, quo sciebam nihil a te mihi tribui posse levius, neque Medis imperari facilius? Rogabam enim, vt eos mihi dares, qui sequi vellent. Quod quum abs te impetrassem, perfeci nihil, extraquam persuadendo.

* Al. Μήδους τούτους, παύσας.

πείσαιμι. ἐλθὼν ὧν ἔπειθον αὐτὸς, καὶ ὡς ἔπεισα, τούτους λαβὼν ἐπορευόμην, σοῦ ἐπιτρέψαντος. εἰ δὲ τοῦτό γε αἰτίας ἄξιον νομίζεις, ὃ δ' ὅ, τι ἂν δίδως, ὡς ἔοικε, δέχεσθαι παρὰ σοῦ ἀναίτιόν ἐστιν. ἐκεῖθεν ἐξωρμήσαμεν ἅτως.

Ἐπεὶ δ' ἐξήλθομεν, τί ἡμῖν πεπραγμένον ἢ φανερόν ἐστιν; ἢ τὸ στρατόπεδον ἠλώκει τῶν πολεμίων; ἢ τεθνᾶσι πολλοὶ τῶν ἐπὶ σὲ ἐλθόντων; ἀλλὰ μὴν τῶν γε ζώντων ἐχθρῶν ἢ πολλοὶ μὲν ὅπλων ἐστέρηνται, πολλοὶ δὲ ἵππων; χρήματά γε μὴν τὰ τῶν φερόντων καὶ ἀγαγόντων τὰ σὰ πρότερον νῦν ὁρᾷς τοὺς σοὺς φίλους καὶ ἔχοντας καὶ ἄγοντας, τὰ μὲν σοὶ, τὰ δ' αὐτοῖς ὑπὸ τὴν σὴν ἀρχήν. τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ κάλλιστον, τὴν μὲν σὴν χώραν αὐξανομένην ὁρᾷς, τὴν δὲ τῶν πολεμίων, μειουμένην· καὶ τὰ μὲν τῶν πολεμίων φρούρια ἔχόμενα, τὰ δὲ σὰ, τὰ πρότερον εἰς τὴν Σύρων ἐπικράτειαν συγκαταπαθέντα, νῦν τἀναντία σοι προσκεχωρηκότα· τούτων δὲ εἴτι κακόν σοι ἢ εἴτι ἀγαθὸν, μαθεῖν μὲν ἔγωγε βούλεσθαι ἂν οἶδ' ὅπως ἂν εἴποιμι· ἀκοῦσαι

dendo. Itaque eos acceſſi, perſuaſi, perſuaſos accepi atque abii, tuo permiſſu. Quod ſi hoc merito culpandum exiſtimas, ne quidem culpa vacat, vti videtur, aliquid abs te accipere, quod dederis. Sic igitur profecti ſumus.

At poſtquam diſceſſimus, quid geſtum a nobis eſt, quod omnibus notum non ſit? an non hoſtium caſtra capta ſunt? non plures eorum interfecti ſunt, qui contra te venerant? Quin et viuis adhuc hoſtibus an non pleriſque ademta ſunt arma, pleriſque equi? Fortunas quidem eorum, qui antehac ferebant, et agebant res tuas, iam vides amicos tuos et poſſidere, et ſecum adferre partim tibi, partim ſibi, qui tuo tamen imperio continentur. Quod vero longe omnium maximum eſt et praeclariſſimum, vides ditionem tuam ampliorem fieri, hoſtium imminui: vides illorum caſtella teneri, ac tua, quae auulſa Syri ſuam in poteſtatem redegerant, nunc e contrario tibi ceſſiſſe. An horum aliquid vel bonum, vel malum ſit, cognoſcere velle, equidem quid ſibi velit, dicere nequeo: quominus

ἀκῦσαι μέντοι, ἔφη, οὐδὲν κωλύει. ἀλλὰ λέγε ὅ, τι γιγνώσκεις περὶ αὐτῶν.

ι'. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος οὕτως εἰπὼν, ἐπαύσατο· ὁ δὲ Κυαξάρης ἔλεξε πρὸς ταῦτα τάδε· ἀλλ' ὦ Κῦρε, ὡς μὲν ταῦτα, ἃ σὺ πεποίηκας, κακά ἐστιν, οὐκ οἶδα ὅπως χρὴ λέγειν· εὖ γε μέντοι, ἔφη, ἴσθι, ὅτι ταῦτα τὰ ἀγαθὰ τοιαῦτά ἐστιν, οἷα ὅσῳ πλείω φαίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμὲ βαρύνει. τήν τε γὰρ χώραν, ἔφη, ἐγὼ ἂν τὴν σὴν ἐβουλόμην τῇ ἐμῇ δυνάμει μείζω ποιεῖν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐμὴν ὑπὸ σοῦ ὁρᾶν οὕτως αὐξανομένην. σοὶ μὲν γὰρ ταῦτα ποιοῦντι καλὰ, ἐμοὶ δέ γε ἔστι που ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα. καὶ χρήματά γε, ἔφη, ἐγὼ ἄν σοι δοκῶ ἥδιον οὕτω δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν, ὧν σὺ νῦν ἐμοὶ δίδως. τούτοις γὰρ πλουτιζόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ μάλα αἰσθάνομαι, οἷς πενέστερος γίγνομαι. καὶ τοὺς γε ἐμοὺς ὑπηκόους ἰδὼν μικρά γε ἀδικουμένους ὑπὸ σοῦ, ἧττον ἂν δοκῶ λυπεῖσθαι, ἢ νῦν ὁρῶν ὅτι μεγάλα ἀγαθὰ πεπόνθασιν ὑπὸ σοῦ. εἰ δέ σοι ταῦτα, ἔφη, δοκῶ ἀγνωμόνως ἐνθυμεῖσθαι, μὴ ἐν ἐμοὶ ταῦτα, ἀλλ' ἐν σοὶ τρέψας πάντα,

quominus tamen audiam, nihil impedit. Dic igitur, quae tua de his sententia sit.

10. Haec quum dixisset Cyrus, finem fecit: Cyaxares vero ad haec respondit: Nescio qui dici possit, Cyre, ea quae fecisti, mala esse. Verum scire te volo, haec bona eiusmodi esse, vt quanto plurium speciem habent, tanto magis mihi sint oneri. Nam malim equidem ditionem tuam copiis meis ampliorem facere, quam videre tali modo abs te augeri meam. Quippe tibi haec gerenti honesta et laudabilia sunt, mihi quodammodo ignominiae notam inurunt. Etiam opes, ait, tibi me donare malim, quam abs te accipere, quae tu nunc mihi tribuis. Nam iis abs te locupletari me plane sentio, quibus ipse pauperior fio. Quod si subiectos mihi viderem modica quadam abs te adfectos iniuria, minus dolerem, mea sententia, quam nunc, vbi magnis abs te adfecti sunt beneficiis. Ac siquidem haec parum humaniter et absque iudicio tibi cogitare videor, non ea in me, sed in te conuersa, qualia

ιγ'. Επειδὴ δὲ δεῖπνου ὥρα ἦν, καλέσας ὁ Κυαξάρης ἠξίου τὸν Κῦρον, διὰ χρόνου ἰδόντα αὐτὸν, συνδειπνεῖν. ὁ δὲ Κῦρος εἶπε· μὴ δὴ σὺ κέλευε, ὦ Κυαξάρη. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι ὅτοι οἱ παρόντες ὑφ' ἡμῶν πάντες ἐπῃρμένοι πάρεισιν; ὅκως καλῶς ἂν πράττοιμι, εἰ τούτων ἀμελῶν τὴν ἐμὴν ἡδονὴν θεραπεύειν δοκοίην. ἀμελεῖσθαι δὲ δοκοῦντες οἱ στρατιῶται, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, πολὺ ἂν ἀθυμότεροι γίγνοιντο, οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ ὑβριστότεροι. ἀλλὰ σὺ μὲν, ἔφη, ἄλλως τε καὶ ὁδὸν μακρὰν ἥκων, δεῖπνει ἤδη· καὶ εἴ τινές σε τιμῶσιν, ἀνταspάζε καὶ εὐώχει αὐτούς, ἵνα σε καὶ θαῤῥήσωσιν. ἐγὼ δὲ ἀπιὼν, ἐφ' ἅπερ ἔλεγον τρέψομαι· αὔριον δ', ἔφη, πρωΐ δεῦρο ἐπὶ τὰς σὰς θύρας παρέσονται πάντες οἱ ἐπικαίριοι, ὅπως βουλευσώμεθα σὺν σοί, τί χρὴ ποιεῖν τὸ ἐκ τοῦδε. σὺ δὲ ἡμῖν ἔμβαλε παρὼν περὶ τούτου, πότερον ἔτι δοκεῖ στρατεύεσθαι, ἢ καιρὸς ἤδη διαλύειν τὴν στρατιάν.

ιδ'. Ἐκ τούτου ὁ μὲν Κυαξάρης ἀμφὶ δεῖπνον εἶχεν· ὁ δὲ Κῦρος, συλλέξας τοὺς ἱκανωτέρους τῶν φίλων

13. Quum autem coenae tempus adpetiisset, arcessit Cyrum Cyaxares, ac rogat; vt, quando iam longo temporis ex interuallo eum videret, secum coenaret. Cui Cyrus: Ne iusseris hoc, inquit, mi Cyaxares. An non vides, hos omnes qui adsunt, a nobis impulsos adesse? Quamobrem non recte fecero, si hos negligens, voluptati meae indulgere videar. Nimirum vbi se negligi putant milites, tum et fortes qui sunt, multo animis deiectiores euadunt, et improbi petulantiores. Verum tu, qui praesertim longo itinere confecto aduenisti, coenato iam; et si qui te colunt, illos vicissim complectere, coenaque excipito, vt per eos animo bono sis. Ego vero ad ea me conuertam, quae dixi. Cras autem mane heic ad portam tuam omnes, quos conuenit, aderunt; vt tecum deliberemus, quidnam deinceps agendum sit. Tu vero praesens de hoc ad nos referto, videaturne amplius bellum esse gerendum, an opportunum sit iam dimittere exercitum.

14. Post haec Cyaxares coenabat. Cyrus vero conuocatis amicis, qui maxime et ad intelligendum,

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

## ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ

### ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ

### ΚΕΦ. α'.

Ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν οὕτω διαγαγόντες, καὶ δειπνήσαντες, ἀνεπαύοντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωὶ ἦκον ἐπὶ τὰς Κυαξάρου θύρας πάντες οἱ σύμμαχοι. ἐν ᾧ δ' ὁ Κυαξάρης ἐκοσμεῖτο, ἀκούων ὅτι πολὺς ὄχλος ἐπὶ ταῖς θύραις εἴη, ἐν τούτῳ οἱ φίλοι τῷ Κύρῳ προσῆγον οἱ μὲν, Καδουσίους δεομένους αὐτοῦ μένειν, οἱ δὲ, Ὑρκανίους, ὁ δέ τις, Γωβρύαν, ὁ δὲ

# XENOPHONTIS

## HISTORIARVM DE CYRI

## INSTITVTIONE

### LIBER SEXTVS

### CAP. I.

Quum hoc modo diem hunc exegissent, coenati quieverunt. Postridie mane ad Cyaxaris portam socii omnes conueniunt. Itaque dum Cyaxares ornaretur, qui audiret magnam multitudinem ad portam adesse; interea adducebant amici ad Cyrum, alii quidem Cadusios, rogantes vti maneret; alii Hyrcanios; Gobryam hic, ille Sacam:

ὁ δὲ τις, Σάκαν· Ὑσάσπης δὲ Γαδάτην τὸν εὐνοῦχον προσῆγε, δεόμενον τῷ Κύρῳ μένειν.

ϛ'. Ἐνθα δὴ ὁ Κῦρος γιγνώσκων ὅτι ὁ Γαδάτας πάλαι ἀπολώλει τῷ φόβῳ μὴ λυθείη ἡ στρατιὰ, ἐπιγελάσας εἶπεν· Ὦ Γαδάτα, δῆλος, ἔφη, εἶ ὑπὸ Ὑσάσπου τάδε πεπεισμένος ταῦτα γιγνώσκειν, ἃ λέγεις. καὶ ὁ Γαδάτας ἀνατείνας τὰς χεῖρας πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἀπώμοσεν ἢ μὴν μὴ ὑπὸ τοῦ Ὑσάσπου ταῦτα πεπεῖσθαι, ἃ γιγνώσκοι· ἀλλ' οἶδα, ἔφη, ὅτι ἦν ὑμεῖς ἀπέλθητε, ἔρρει τὰ ἐμὰ παντελῶς. διὰ ταῦτ', ἔφη, καὶ τούτῳ ἐγὼ αὐτὸς προσῆλθον, ἐρωτῶν εἰ εἰδείη τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς διαλύσεως τοῦ στρατεύματος.

γ'. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν· ἀδίκως γὰρ ἐγὼ, ὡς ἔοικεν, Ὑσάσπην αἰτιῶμαι. καὶ ὁ Ὑσάσπης εἶπε· ναὶ μὰ Δία, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἀδίκως μὲν δή· ἐπειδὴ ἔγωγε καὶ ἀντέλεγον Γαδάτᾳ, ὡς οὐχ οἷόν τέ σοι μένειν, λέγων ὅτι ὁ πατὴρ σε μεταπέμποιτο. καὶ ὁ Κῦρος, τί λέγεις; ἔφη· καὶ τοῦτο σὺ ἐτόλμησας ἐξενεγκεῖν, εἴτ' ἐγὼ ἐβουλόμην, εἴτε μή; μὰ Δί', ἔφη·

Sacam: Gadatam castratum adducebat Hystaspes, orantem Cyrum, vti maneret.

2. Ibi Cyrus, qui Gadatam iam dudum interiisse nosset praemetu, ne exercitus dimitteretur, cum risu ait: Manifesto patet, Gadata, te ab hoc Hystaspa persuasum ea sentire quae dicis. Ibi sublatis ad coelum manibus, Gadatas sancte deierauit, ab Hystaspa sibi haec persuasa non esse, quae sentiret: sed scio futurum, inquit, vt si vos discedatis, meae res prorsus perierint. Propterea, inquit, hunc egomet conueni, vt interrogarem, num sciret, quae tua de copiis dimittendis esset sententia.

3. Et Cyrus inquit: Ergo iniuste in Hystaspen, vti quidem adparet, culpam ego confero. Profecto Cyre, ait Hystaspes, iniuste. Nam equidem Gadatae etiam contradicebam, fieri non posse, vt maneas; quod arcessi te a patre dicerem. Tum Cyrus, quid ais? inquit. Et tu hoc efferre ausus es, siue ego vellem, siue non? Vero, inquit. Nam te supra modum adfectare

ἔφη· ὁρῶ γάρ σε ὑπερεπιθυμοῦντα ἐν Πέρσαις περίβλεπτον περιελθεῖν, καὶ τῷ πατρὶ ἐπιδείξασθαι ἥ ἕκαστα διεπράξω. ὁ δὲ Κῦρος ἔφη, σὺ δὲ οὐκ ἐπιθυμεῖς οἴκαδε ἀπελθεῖν; μὰ Δί', ἔφη ὁ Ὑσάσπης, οὐδὲ ἀπειμί γε, ἀλλὰ μένων στρατηγήσω ἕως ἂν ποιήσω Γαδάταν τυτονὶ δεσπότην τῆς Ἀσσυρίας.

δ'. Οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα ἔπαιζον σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους· ἐν δὲ τούτῳ ὁ Κυαξάρης σεμνῶς κεκοσμημένος ἐξῆλθε, καὶ ἐπὶ θρόνου Μηδικοῦ ἐκαθέζετο. ὡς δὲ πάντες συνῆλθον οὓς ἔδει, καὶ σιωπὴ ἐγένετο, Κυαξάρης εἶπεν ὧδε. Ἄνδρες σύμμαχοι, ἴσως ἐπειδὴ παρὼν τυγχάνω, καὶ πρεσβύτερός εἰμι Κύρου, εἰκός με ἄρχειν λόγου. νῦν δ' ἂν μοι δοκεῖ καιρὸς, ἔφη, εἶναι περὶ τούτου διαλέγεσθαι πρῶτον, πότερον στρατεύεσθαι καιρὸς δοκεῖ εἶναι ἔτι, ἢ διαλύειν ἤδη τὴν στρατιάν. λεγέτω δ' ἂν τις, ἔφη, περὶ αὐτοῦ τούτου ἢ γινώσκει.

ε'. Ἐκ τούτου πρῶτος μὲν εἶπεν ὁ Ὑρκάνιος· Ἄνδρες σύμμαχοι, οὐκ οἶδα μὲν ἔγωγε, εἴτι δεῖ λόγων, ὅπου αὐτὰ τὰ ἔργα δεικνύει τὸ κράτιστον. πάντες γὰρ ἐπισάμεθα ὅτι ὁμῶ

sectare video, vt illustris in Persia circumeas, ac patri demonstres, quo pacto singula peregeris. At tu, subiecit Cyrus, non domum redeundi cupidus es? equidem inquit Hystaspas, non discedam; sed heic manens, imperatorio munere fungar, donec hunc Gadatam Assyrii dominum fecero.

4. Huiusmodi quaedam illi dum serio iocarentur, interea Cyaxares augusto cultu ornatus prodiit, inque Medico solio consedit. Quumque iam conuenissent omnes, quos oportebat, et silentium factum esset, Cyaxares in hanc sententiam loquutus est: Quia praesens, socii, et Cyro maior natu sum, par fortassis est me dicendi principium facere. Videtur autem mihi nunc tempus esse, vt de eo primum differamus, vtrum adhuc sit e re nostra, bellum geri, an copias dimitti. De hoc ipso, ait, dicat aliquis sententiam suam.

5. Hinc primus Hyrcanius dixit: Equidem nescio, socii, num verbis sit opus, vbi res ipsae, quod optimum est, demonstrant. Omnes enim intelligimus, plus hostibus

ὁμῶ μένοντες πλείω κακὰ ποιῶμεν τὰς πολεμίους, ἢ πάσχομεν· ὅτε δὲ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων, ἐκεῖνοι ἡμῖν ἐχρῶντο ὡς ἐκείνοις ἦν ἥδιστον, ἡμῖν γε μὴν ὡς χαλεπώτατον.

ς'. Ἐπὶ τούτῳ ὁ Καδούσιος εἶπεν· ἡμεῖς δὲ τί ἂν λέγοιμεν, ἔφη, περὶ τῶ οἴκαδε ἀπελθόντες ἕκαστοι χωρὶς εἶναι, ὅπου γε καὶ δεῦρο στρατευομένοις, ὡς ἔοικε, χωρίζεσθαι συμφέρει; ἡμεῖς γὰρ ὑπολὺν χρόνον δίχα τῶ ἡμετέρω πλήθους στρατευσάμενοι, δίκην ἔδομεν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε.

ζ'. Ἐπὶ τούτῳ Ἀρταβάζος, ὁ συγγενὴς εἶναι ποτὲ φήσας Κύρῳ, εἶπε τάδε· ἐγὼ δὲ, ἔφη, ὦ Κυαξάρη, τοσοῦτον διαφέρομαι τοῖς πρόσθεν λέγουσιν. οἵτοι μὲν γάρ φασιν, ὅτι δεῖ μένοντας στρατεύεσθαι· ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι, ὅτε οἴκοι ἦμην, ἐστρατευόμην. καὶ γὰρ ἐβοήθουν πολλάκις, τῶν ἡμετέρων ἀγομένων, καὶ περὶ τῶν σφετέρων φροντίων, ὡς ἐπιβουλευσομένων, πολλάκις πράγματα εἶχον, φοβούμενός τε καὶ φροντῶν· καὶ ταῦτα ἔπρατ[τον]

hostibus detrimenti nos adferre, si maneamus vna, quam ipsi accipiamus. Quo vero tempore seiuncti eramus inter nos, agebant illi nobiscum, prout ipsis iucundissimum, nobis sane gravissimum erat.

6. Post hunc Cadusius: Nos autem quid dicamus, ait, de eo, vt domum profecti seperatim singuli viuamus, quum ne modo quidem militantibus adhuc, vt adparet, conducat distractio? Nimirum nos Cadusii, quum, non magno temporis spatio, seorsum a copiis vniuersis seiuncti militaremus, poenas dedimus, quemadmodum et vobis constat.

7. Post hunc Artabazus, qui se cognatum Cyri aliquando dixerat, haec protulit: Ego vero hactenus, mi Cyaxares, ab his, qui ante me dixere, dissentio. Aiunt hi, oportere nos heic manentes in expeditione versari: ego autem dico me, quum essem domi, in expeditione versatum esse. Nam persaepe succurrendo ferebam opem, quum res nostrae ferrentur et agerentur, atque etiam pro castellis nostris, vti quibus insidiae struerentur; saepe mihi negotium est exhibitum, quum et metuerem, et in praesidio essem, atque

ἔπρατ]ον τὰ οἰκεῖα δαπανῶν. νῦν δὲ ἔχω μὲν τὰ ἐκείνων φρούρια, καὶ ὑ φοβοῦμαι ἐκείνους, εὐωχοῦμαι δὲ τὰ ἐκείνων, πίνω δὲ τὰ τῶν πολεμίων. ὡς ὧν τὰ μὲν οἴκοι στρατιὰν οὖσαν, τὰ δ' ἐορτήν, ἐμοὶ μὲν ὑ δοκεῖ, ἔφη, διαλύειν τήνδε τὴν πανήγυριν.

η'. Ἐπὶ τούτῳ ὁ Γωβρύας εἶπεν· ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες σύμμαχοι, μέχρι μὲν τοῦδε ἐπαινῶ τὴν Κύρου δεξιάν· ὑδὲν γὰρ ψεύδεται, ὧν ὑπέσχετο. εἰ δ' ἄπεισιν ἐκ τῆς χώρας, δηλονότι ὁ μὲν Ασσύριος ἀναπαύσεται, ὑ τίνων ποινὰς ὧν τε ὑμᾶς ἐπεχείρησεν ἀδικεῖν, καὶ ὧν ἐμὲ ἐποίησεν· ἐγὼ δὲ ἐν τῷ μέρει πάλιν ἐκείνῳ δώσω δίκην, ὅτι ὑμῖν φίλος ἐγενόμην.

θ'. Ἐπὶ τούτοις πᾶσι Κῦρος εἶπεν· Ω ἄνδρες, ὑδ' ἐμὲ λανθάνει ὅτι ἐὰν διαλύωμεν τὸ στράτευμα, τὰ μὲν ἡμέτερα ἀσθενέστερα γίγνοιτο ἂν, τὰ δὲ τῶν πολεμίων πάλιν αὐξήσεται. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ὅπλα ἀφῆνται, ταχὺ ἄλλα ποιήσονται· ὅσοι τε ἵππους ἀπεστέρηνται, ταχὺ πάλιν ἄλλους κτήσονται· ἀντὶ δὲ τῶν ἀποθανόντων ἕτεροι

idipsum meo sumptu facerem. Nunc et castella eorum teneo, et ipsos non metuo, et de iis quae hostium sunt, tum epulor, tum bibo. Itaque non aliter, ac si vita domestica, militia sit; haec vero militaria, feriae: conuentum hunc equidem frequentissimum minime dimittendum arbitror.

8. Post hunc Gobryas ait: Ego vero, socii, hactenus Cyri dextram laudo. Nihil enim eorum, quae promisit, mentitur. At si ex hac regione discesserit, planum est, Assyrium quietem habiturum, nec poenas earum iniurjarum, quas vobis inferre conatus est, nec illorum, quae in me patrauit, luiturum. Ego autem vicissim ei poenas iterum dabo, quod amicitiae vestrae me adiunxerim.

9. Post omnes hos Cyrus inquit: Nec ego sum nescius, commilitones, si copias dimittamus, nostras quidem imbecilliores futuras, hostium vero res rursus habituras incrementum. Nam quibuscumque ipsorum arma sunt ademta, ii celeriter alia facturi sunt: quicunque spoliati sunt equis, celeriter alios sibi de integro comparabunt: pro interfectis

alii

ἕτεροι καὶ ἐφηβήσωσι καὶ ἐπιγενήσονται· ὥστε οὐδὲ θαυμαστὸν, εἰ ἐν τάχει πάλιν ἡμῖν πράγματα παρέχειν δυνήσονται.

ι. Τί δῆτα ἐγὼ Κυαξάρει λόγον ἐκέλευσα ἐμβαλεῖν περὶ καταλύσεως τῆς στρατιᾶς; εὖ ἴσε, ἔφη, ὅτι φοβούμενος τὸ μέλλον. ὁρῶ γὰρ ἡμῖν ἀντιπάλους προσιόντας, οἷς ἡμεῖς, εἰ ὧδε στρατευσόμεθα, οὐ δυνησόμεθα μάχεσθαι· προσέρχεται μὲν γὰρ δήπου χειμὼν, στέγαι δ' εἰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς εἰσιν, ἀλλὰ μὰ Δία οὐχ ἵπποις, οὐδὲ θεράπουσιν, οὐδὲ τῷ δήμῳ τῶν στρατιωτῶν· ὧν ἄνευ ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα στρατεύεσθαι. τὰ δ' ἐπιτήδεια, ὅπου μὲν ἡμεῖς ἐληλύθαμεν, ὑφ' ἡμῶν ἀνάλωται· ὅποι δὲ οὐκ ἀφίγμεθα, διὰ τὸ ἡμᾶς φοβεῖσθαι, ἀνακεκομισμένοι εἰσὶν εἰς ἐρύματα· ὥστε αὐτοὺς μὲν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ ταῦτα μὴ δύνασθαι λαμβάνειν. τίς οὖν ἔστω ἀγαθὸς, ἢ τίς ἔστω ἰσχυρὸς, ὃς λιμῷ καὶ ῥίγει δύναιτ' ἂν μαχόμενος στρατεύεσθαι;

ια'. Εἰ μὲν οὖν οὕτω στρατευσόμεθα, ἐγὼ μέν φημι, χρῆναι ἐκόντας ἡμᾶς καταλῦσαι τὴν στρατιὰν μᾶλλον, ἢ ἄκοντας ὑπ' ἀμηχανίας ἐξελαθῆναι. εἰ

alii pubescent, et iis nascendo succedent: vt mirum adeo videri non debeat, si celeriter nobis rursum facessere negotia poterunt.

10. Cur igitur ego Cyaxari, vt de dimissione copiarum ad vos referret, auctor fui? Nempe quia quod futurum est, metuo. Video enim tendere aduersum nos eos aduersarios, cum quibus nos, in ista tali militia, dimicare non poterimus. Nam hyems adpetit, ac tametsi tecta nos habeamus, non tamen equis ea, non ministris, non militum vulgo suppetunt: absque quibus sit, bellum hosti facere non poterimus. Commeatus autem iis in locis, in quae nos venimus, a nobismet absumtus est: quo non accessimus, nostri metu in munitiones est conuectus. Itaque hostes hunc habent, neque his eripi a nobis potest. Quis ergo tam fortis est, quis tam robustus, vt aduersus famem et frigus pugnando, bellum gerere possit?

11. Quapropter si hoc modo militaturi sumus, aio nos vltro dimittere potius exercitum, quam inuitos a difficultate rerum profligari debere.

εἰ δὲ βυλόμεθα ἔτι στρατεύεσθαι, τόδ' ἐγώ φημι ἔτι χρῆναι ποιεῖν, πειρᾶσθαι ὡς τάχιστα τῶν μὲν ἐκείνων ὀχυρῶν ἡμᾶς· ὡς πλεῖστα παραιρεῖν, ἡμῖν δ' αὐτοῖς ὡς πλεῖστα ὀχυρὰ ποιεῖσθαι. ἐὰν γὰρ ταῦτα γένηται, τὰ μὲν ἐπιτήδεια πλείονα ἕξουσιν ὁπότεροι ἂν πλείω δύνωνται λαμβάνοντες ἀποτίθεσθαι, πολιορκήσονται δὲ ὁπότεροι ἂν ἧσσους ὦσι. νῦν δ' οὐδὲν διαφέρομεν τῶν ἐν πελάγει πλεόντων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πλέουσι μὲν ἀεί, τὸ δὲ πεπλευσμένον οὐδὲν οἰκειότερον τῇ ἀπλεύστῳ καταλείπουσιν. ἢν δὲ φρούρια ἡμῖν γένηται, ταῦτα δὴ τοῖς μὲν πολεμίοις ἀλλοτριώσει τὴν χώραν, ἡμῖν δὲ ὑπ' εὐδίας μᾶλλον ἕξει πάντα.

ιϛ'. Ὁ δὲ ἴσως ἄν τινες ὑμῶν φοβηθεῖεν, εἰ δεήσει πόρρω τῆς ἑαυτῶν φρουρεῖν, μηδὲ τοῦτο οἰκνήσητε. ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἐπείπερ ὡς οἴκοθεν ἀποδημοῦμεν, φρουρήσειν ὑμῖν ἀναδεχοίμεθα τὰ ἐγγύτατα χωρία τῶν πολεμίων· ὑμεῖς δὲ τὰ πρόσορα ὑμῖν αὐτοῖς τῆς Ἀσσυρίας, ἐκεῖνα κτᾶσθε καὶ ἐργάζεσθε. ἢν γὰρ ἡμεῖς τὰ πλησίον αὐτῶν δυνάμεθα φρουροῦντες

Sin hac in militia perſeuerare volumus, cenſeo ſic nobis agendum eſſe, vt quamprimum loca munita complura hoſtibus adimere conemur, ac nobiſmet complura munire. Nam id ſi fiat, commeatus maiorem habituri ſunt copiam, qui ereptam alteris recondent: et obſidebuntur, qui fuerint ex alterutris inferiores. Iam quidem nihil inter nos et in mari nauigantes, diſcriminis eſt. Quippe nauigant illi quidem ſemper, ſed nihilo magis id quod nauigando confecerunt, ſibi proprium relinquunt, quam quod confectum nauigando non eſt. At ſi caſtella nobis acceſſerint, ab hoſtibus ea regionem alienabunt, et nobis omnia magis erunt in tranquillo.

12. Quod vero nonnulli veſtrum fortaſſe metuerint, ne procul a ſolo patrio collocentur in praeſidiis, id minime vobis formidandum eſt. Nos enim, qui ſic quoque domo peregrinantes abſumus, cuſtodienda recipiemus loca hoſtibus proxima: vos Aſſyriae loca vobis finitima poſſidete et colite. Nam ſi nos ea quae ab ipſis prope abſunt, tueri cuſtodiendo praeſidiis noſtris

φρονοῦντες σώζεσθαι, ἐν πολλῇ ὑμεῖς εἰρήνῃ, οἱ τὰ πρόσω αὐτῶν ἔχοντες, βιοτεύσετε· ἐγὼ γάρ, οἶμαι, δυνήσονται τῶν ἐγγὺς ἑαυτῶν ὄντων κακῶν ἀμελοῦντες τοῖς πρόσω ὑμῖν ἐπιβουλεύειν.

ιγ'. Ὡς δὲ ταῦτα ἐρρήθη, οἵ τε ἄλλοι πάντες ἀνιστάμενοι συμπροθυμήσεσθαι ταῦτ' ἔφασαν, καὶ Κυαξάρης. Γαδάτας δὲ καὶ Γωβρύας, καὶ τεῖχος αὐτῶν ἑκάτερος, ἢν ἐπιτρέψωσιν οἱ σύμμαχοι, τειχιεῖσθαι ἔφασαν, ὥστε καὶ ταῦτα φίλια τοῖς συμμάχοις ὑπάρχειν. ὁ δὲ Κῦρος, ἐπεὶ ἑώρα πάντας προθύμους ὄντας πράσσειν ὅσα ἔλεξε, τέλος ἔφη· Εἰ τοίνυν περαίνειν βουλόμεθα ὅσα φαμὲν χρῆναι ποιεῖν, ὡς τάχιστα ἂν δέοι γενέσθαι, μηχανὰς μὲν εἰς τὸ καθαιρεῖν τὰ τῶν πολεμίων τείχη, τέκτονας δὲ εἰς τὸ ἡμῖν ὀχυρὰ πυργοῦσθαι. ἐκ τούτου ὑπέσχετο μὲν Κυαξάρης μηχανὴν αὐτὸς ποιησάμενος παρέξειν, ἄλλην δὲ Γαδάτας τε καὶ Γωβρύας, ἄλλην Τιγράνης· ἄλλην δὲ αὐτὸς ὁ Κῦρος ἔφατο πειρᾶσθαι ποιήσασθαι. ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἔδοξεν, ἐπορίζοντο μὲν μηχανοποιούς, παρεσκευάζοντο δ' ἕκαστοι

nostris poterimus, alta vos in pace, qui loca possidetis procul ab ipsis dissita, victuri estis. Neque enim, vt arbitror, neglectis malis sibi proximis, insidiari vobis procul remotis poterunt.

13. Haec vbi dicta fuerunt, cum alii omnes surgentes, ad ea suas operas et studia promtis animis obtulere, tum etiam Cyaxares. Gadatas vero, et Gobryas, munitionem vterque se extructuros aiebant, si potestatem eius sibi facerent socii; vt etiam illae a sociis essent. Cyrus ergo, quum videret impigre facturos omnes, quaecunque dixisset, tandem ait: Quod si igitur perficere, quaecunque dicimus conficienda esse, animus est; quamprimum confici necesse est: nimirum machinas ad muros hostium demoliendos, et fabros, qui munitiones nobis excitent. Tum vero Cyaxares machinam se fabricaturum et suppeditaturum pollicitus est, aliam Gadatas et Gobryas, aliam Tigranes; aliam Cyrus ipse curaturum se, vti fieret, dixit. Quae vbi decreta essent, machinarum opifices conquirebant, et adparabant singuli, quae ad machinas

ἕκαστοι εἰς τὰς μηχανὰς ὧν ἔδει· ἄνδρας δ' ἐπέστησαν, οἳ ἐδόκουν ἐπιτηδειότατοι εἶναι ἀμφὶ ταῦτ' ἔχειν.

ιδ'. Κῦρος δ', ἐπεὶ ἔγνω ὅτι διατριβὴ ἔσαι ἀμφὶ ταῦτα, ἐκάθισε μὲν τὸ στράτευμα ἔνθα ᾤετο ὑγιεινότατον εἶναι, καὶ εὐπροσοδώτατον ὅσα ἔδει προσκομίζεσθαι· ὅσα τε ἐρυμνότητος προσεδεῖτο, ἐποιήσατο ὡς ἐν ἀσφαλεῖ οἱ ἀεὶ μένοντες εἶεν, εἴποτε καὶ πρόσω τῇ ἰσχύϊ ἀποστρατοπεδεύσαιντο. πρὸς δὲ τούτοις, ἐρωτῶν ἃς ᾤετο μάλιστα εἰδέναι τὴν χώραν, ὁπόθεν ἂν ὡς πλεῖστα ὠφελοῖτο τὸ στράτευμα, ἐξῆγεν ἀεὶ εἰς προνομάς, ἅμα μὲν ὅπως ὁτιπλεῖστα λαμβάνοι τῇ στρατιᾷ τὰ ἐπιτήδεια, ἅμα δ' ὅπως μᾶλλον ὑγιαίνοιεν καὶ ἰσχύοιεν διαπονούμενοι ταῖς πορείαις, ἅμα δ' ὅπως ἐν ταῖς ἀγωγαῖς τὰς τάξεις ὑπομιμνήσκοιντο.

ιε'. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐν τούτοις ἦν· ἐκ δὲ Βαβυλῶνος οἱ αὐτόμολοι καὶ οἱ ἁλισκόμενοι ταῦτ' ἔλεγον, ὅτι ὁ Ασσύριος οἴχοιτο ἐπὶ Λυδίας, πολλὰ τάλαντα ἀργυρίου καὶ χρυσίου ἄγων, καὶ

chinas requirerentur, praefectis etiam nonnullis operi, qui ad haec curanda maxime viderentur esse idonei.

14. Cyrus vero, quod animadverteret, haec sine mora perfectum non iri; eo loco castra metatus est, quem putabat et saluberrimum esse, et propter illa, quae aduehi oporteret, accessu facillimum: et quaecunque munitionis egebant, sic perficiebat, vt quouis tempore qui remanerent in castris, in tuto essent, quamuis exercitus robur aliquando longius a castris abduceretur. Praeterea interrogans eos, quibus regionem maxime notam arbitrabatur, e quibus locis plurimum emolumenti exercitus capere posset; semper ad quaerendum commeatum educebat, tum vt res exercitui necessarias maxima copia pararet, tum vt rectius valerent, et robusti essent, ex itinerum laboribus; tum etiam vt inter ducendum ordinis seruandi recordarentur.

15. His rebus Cyri occupata erat opera. Ceterum e Babylone transfugae et captiui narrabant, Assyrium in Lydiam multis cum talentis argenti et auri, opibusque

καὶ ἄλλα κτήματα καὶ κόσμον παντοδαπόν. ὁ μὲν οὖν ὄχλος τῶν στρατιωτῶν ὑπελάμβανεν, ὡς ὑπεκτίθοιτο ἤδη τὰ χρήματα φοβούμενος· ὁ δὲ Κῦρος, γιγνώσκων ὅτι οἴχοιτο συσήσων εἴτι δύναιτο ἀντίπαλον, ἑαυτὸν ἀντιπαρεσκευάζετο ἐρρωμένως, ὡς μάχης ἔτι δεῆσον· καὶ ἐξεπίμπλα μὲν τὸ τῶν Περσῶν ἱππικὸν, τὰς μὲν ἐκ τῶν αἰχμαλώτων, τὰς δέ τινας καὶ παρὰ τῶν φίλων λαμβάνων ἵππους. ταῦτα γὰρ παρὰ πάντων ἐδέχετο, καὶ ἀπεωθεῖτο οὐδέν, ὅτε εἴ τις ὅπλον εὐδίδου καλὸν, ὅτε ἵππον.

ις'. Κατεσκευάζετο δὲ καὶ ἅρματα ἔκ τε τῶν αἰχμαλώτων ἁρμάτων, καὶ ἄλλοθεν ὁπόθεν δύναιτο. καὶ τὴν μὲν Τρωϊκὴν διφρείαν πρόσθεν οὖσαν, καὶ τὴν Κυρηναίων ἔτι νῦν οὖσαν ἁρματηλασίαν κατέλυσε. τὸν γὰρ πρόσθεν χρόνον καὶ οἱ ἐν τῇ Μηδίᾳ καὶ Συρίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ Ασίᾳ, τοῖς ἅρμασιν ὥσπερ ἐχρῶντο, ὥσπερ νῦν οἱ Κυρηναῖοι. ἔδοξε δ' αὐτῷ, ὃ κράτιστον εἰκὸς ἦν εἶναι τῆς δυνάμεως, ὄντων τῶν βελτίστων ἐπὶ τοῖς ἅρμασι,

opibusque aliis, et omnis generis ornamentis, profectum esse. Quamobrem militum vulgus suspicabatur, adductum metu iam pecunias alibi deponendas exportasse. Cyrus vero, qui hominem intelligeret ea de causa discessisse, vt si quos posset, adversarios eis excitaret; etiam ipse praesenti animo se parabat, ad id proelium, quod adhuc pugnandum esset. Explebat quoque Persarum equitatum, partim a captiuis, partim ab amicis acceptis equis. Nam haec ab omnibus admittebat, neque reiiciebat eorum quidquam; siue quis arma ipsi elegantia daret, seu equum.

16. Praeterea currus parabat, cum de iis quos ceperat, tum vndecumque poterat. Ac superiorum quidem temporum agitationem curruum Troianam, et qua hodieque Cyrenaici vtuntur, quadrigis inuehendi rationem sustulit et abrogauit. Nam superioribus saeculis Medi, et Syri, et Arabes, et omnes Asiatici curribus sic vtebantur, vt nunc Cyrenaici. Existimavit autem Cyrus, partem in exercitu eam, quam esse praestantissimam sit verisimile, quum fortissimi quique sint in curribus,

ἅρμασι, τοῦτο ἐν ἀκροβολισῶν μέρει εἶναι, καὶ εἰς τὸ κρατεῖν οὐδὲ μέγα μέρος συμβάλλεσθαι. ἅρματα γὰρ τριακόσια τοὺς μὲν μαχομένους παρέχεται τριακοσίους, ἵππους δ' ὅτοι χρῶνται διακοσίοις καὶ χιλίοις· ἡνίοχοι δ' αὐτοῖς εἰσὶ μὲν, ὡς εἰκὸς, οἷς μάλιστα πιστεύουσιν οἱ βέλτιστοι, *ἄλλοι δὴ εἰς τριακοσίους· ὅτοι δέ εἰσιν οἳ οὐδ' ὁτιοῦν τοὺς πολεμίους βλάπτουσι.

ιζ'. Ταύτην μὲν οὖν τὴν διφρείαν κατέλυσεν· ἀντὶ δὲ τούτου πολεμιστήρια κατεσκεύασεν ἅρματα τροχοῖς τε ἰσχυροῖς, ὡς μὴ ῥᾳδίως συντρίβηται, ἄξοσί τε μακροῖς· ἧττον γὰρ ἀνατρέπεται πάντα τὰ πλατέα. τὸν δὲ δίφρον τοῖς ἡνιόχοις ἐποίησεν, ὥσπερ πύργον, ἰσχυρῶν ξύλων. ὕψος δὲ τούτων ἐστὶ μέχρι τῶν ἀγκώνων τοῦ ἡνιόχου, ὡς δύνωνται ἡνιοχεῖσθαι οἱ ἵπποι ὑπὲρ τῶν δίφρων. τοὺς δ' ἡνιόχους ἐθωράκισε πάντα πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν. προσέθηκε δὲ καὶ δρέπανα σιδήρεα ὡς διπήχεα πρὸς τοὺς ἄξονας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλλα κάτω ὑπὸ τῷ ἄξονι εἰς γῆν βλέποντα, ὡς ἐμβαλοῦντων εἰς τοὺς ἐναντίους τοῖς ἅρμασιν. ὡς

ribus, ita velitum vicem explere, neque magnum ad victoriam momentum adferre. Nam trecenti currus, pugnantes quidem ſuppeditant trecentos, equos autem mille ducentos requirunt; ac praeter hos, aurigas habent, vt par eſt, quibus illi optimi in exercitu maxime fidunt, ad trecentos. At hi ſunt ii qui nihil hoſtibus detrimenti adferunt.

17. Hanc igitur curruum agendorum rationem ſuſtulit, proque ea bello aptos currus inſtruit, rotis firmis, ne facile comminuerentur, et axibus longis, quod minus euertantur omnia quae lata ſunt. Sellam vero aurigis ſtruxit, veluti turrim, ex lignis firmis. Atque harum ſellarum altitudo pertinebat ad aurigae cubitos, vt equi ſupra ſellas habenis regi poſſent. Aurigas ipſos totos, exceptis oculis, loricis armauit. Praeterea falces ferreas duum fere cubitorum ad axes, ab vtraque rotarum parte, adpoſuit, et alias infra axem, quae terram reſpicerent: tanquam his in aduerſos cum curribus impetum facturis. Atque

* Expungenda eſſe videntur vocabula ἄλλοι δή.

ὡς δὲ τότε Κῦρος ταῦτα κατεσκεύασεν, ὕτω καὶ ἔτι νῦν τοῖς ἅρμασι χρῶνται καὶ οἱ ἐν τῇ Βασιλέως χώρᾳ. ἦσαν δὲ αὐτῷ καὶ κάμηλοι πολλαὶ παρά τε τῶν φίλων συνειλεγμέναι, καὶ αἰχμάλωτοι πᾶσαι συνηθροισμέναι.

ιή. Καὶ ταῦτα μὲν ὕτως ἐπεραίνετο. βουλόμενος δέ τινα κατάσκοπον πέμψαι ἐπὶ Λυδίας, καὶ μαθεῖν ὅ, τι πράσσει ὁ Ἀσσύριος, ἔδοξεν αὐτῷ ἐπιτήδειος εἶναι Ἀράσπας ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο, ὁ φυλάττων τὴν καλὴν γυναῖκα. συνεβεβήκει γὰρ τῷ Ἀράσπᾳ τοιάδε· ληφθεὶς ἔρωτι τῆς γυναικὸς, ἠναγκάσθη προσενεγκεῖν λόγους αὐτῇ περὶ συνουσίας. ἡ δὲ ἀπέφησε μὲν, καὶ ἦν πιστὴ τῷ ἀνδρὶ, καίπερ ἀπόντι· (ἐφίλει γὰρ αὐτὸν ἰσχυρῶς) ἀ μέντοι κατηγόρησε τοῦ Ἀράσπου πρὸς τὸν Κῦρον, ὀκνοῦσα συμβαλεῖν φίλους ἄνδρας. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀράσπας δοκῶν ὑπηρετήσειν τῷ τυχεῖν ἀ ἐβούλετο, ἠπείλησε τῇ γυναικὶ, ὅτι εἰ μὴ βούλοιτο ἑκοῦσα, ἄκουσα ποιήσοιτο ταῦτα· ἐκ τούτου ἡ γυνὴ, ὡς ἔδεισε τὴν βίαν, οὐκέτι κρύπτει, ἀλλὰ πέμπει τὸν εὐνοῦχον πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ κελεύει λέξαι ἅπαντα.

ιθ. ο

Atque vt Cyrus id temporis haec inſtituit, ſic etiam hac tempeſtate curribus hiſce vtuntur ii qui regis in ditione degunt. Habebat Cyrus etiam permultas camelos, tum ab amicis collectas, tum omnes illas, quae captae fuerant, congregatas.

18. Et haec quidem ita peragebantur. Quum autem in Lydiam exploratorem quendam mittere vellet, ac quid rerum Aſſyrius ageret, cognoſcere: viſus ei fuit idoneus, qui hanc profectionem ſuſciperet, illius formoſae foeminae cuſtos Araſpas. Nam huic Araſpae huiuſmodi quiddam euenerat. Quum mulieris eius amore captus eſſet, coactus eſt eam adpellare de conſuetudine. Ac negabat quidem illa, viroque ſuo fidem ſeruabat, tametſi abeſſet, quod vehementer eam amaret: non tamen Araſpam apud Cyrum accuſabat, amicos inter ſe committere verita. Sed vbi Araſpas exiſtimans momentum aliquod ſe adlaturum ad hoc, vt ea conſequeretur, quae vellet, mulieri minatus eſt, ni lubens faceret, inuitam eſſe facturam: tum vero mulier vim verita, rem non amplius occultat, ſed ad Cyrum, eunuchum mittit, eique mandat, vt exponat omnia.

19. Cyrus

ιθ'. Ο δ' ὡς ἤκουσεν, ἀναγελάσας ἐπὶ τῷ κρείττονι τὸ ἔρωτος φάσκοντι εἶναι, πέμπει Ἀρταβάζον σὺν τῷ εὐνούχῳ, καὶ κελεύει αὐτῷ εἰπεῖν, βιάζεσθαι μὲν μὴ τοιαύτην γυναῖκα, πείθειν δὲ εἰ δύναιτο, ὃ τι ἔφη κωλύειν. ἐλθὼν δὲ ὁ Ἀρταβάζος πρὸς τὸν Ἀράσπαν, ἐλοιδόρησεν αὐτὸν, παρακαταθήκην τε ὀνομάζων τὴν γυναῖκα, ἀσέβειάν τε αὐτῷ λέγων, ἀδικίαν τε καὶ ἀκράτειαν· ὥστε τὸν Ἀράσπαν πολλὰ μὲν δακρύειν ὑπὸ λύπης, καταδύεσθαι δ' ὑπὸ τῆς αἰσχύνης, ἀπολωλέναι δὲ τῷ φόβῳ μή τι καὶ πάθῃ ὑπὸ Κύρου.

κ'. Ο δὲ Κῦρος καταμαθὼν ταῦτα, ἐκάλεσέ τε αὐτὸν, καὶ μόνος μόνῳ ἔλεξεν· ὁρῶ σε, ἔφη, ὦ Ἀράσπα, φοβούμενόν τε ἐμὲ, καὶ ἐν αἰσχύνῃ δεινῶς ἔχοντα. παῦσαι δὲ τούτων· ἐγὼ γὰρ θεούς τε οἶδα ἀκούων ἔρωτος ἡσσηθέντας, ἀνθρώπους τε οἶδα καὶ μάλα φρονίμους δοκοῦντας εἶναι οἷα πεπόνθασιν ὑπ' ἔρωτος. καὶ αὐτὸς δ' ἐμαυτοῦ κατέγνων μὴ ἂν καρτερῆσαι ὥστε συνὼν καλοῖς ἀμελῆσαι

19. Cyrus vbi rem audiuit, edito risu, quod ab amore se nuper inuictum ille dixerat, Artabazum cum eunucho mittit, et dici Araspae iubet, vim quidem tali foeminae adferri non debere; quominus autem persuadeat, si possit, non se vetare. Et Artabazus, quum ad Araspam veniisset, conuitiis eum insectatus est, quod mulierem illam esse depositum diceret, et ipsum impium, iniurium, intemperantem; adeo quidem, vt Araspes prae dolore multum lacrumarum profunderet, pudore opprimeretur, atque etiam metu exanimaretur, ne quid ipsi grauius a Cyro accideret.

20. Quae vbi Cyrus cognouisset, arcessit eum, et solus cum solo loquitur. Video te, inquit, Araspa, metuere me, et maximo pudore adfici: verum ab his desiste. Nam audio equidem, Deos etiam ab amore victos fuisse; et non ignoro, cuiusmodi ab amore iis etiam hominibus, qui prudentia singulari praediti viderentur, acciderint. Atque etiam ipse de meipso animaduerti, ita me continentem non esse, vt si formosis adsim, ab eis abstinere negligendo

σαι αὐτῶν. καὶ σοὶ δὲ τάτε τῶ πράγματος ἐγὼ αἴτιός εἰμι· ἐγὼ γάρ σε συγκαθεῖρξα τῶτῳ τῷ ἀμάχῳ πράγματι. καὶ ὁ Ἀράσπας ὑπολαβὼν εἶπεν, ἀλλὰ σὺ μὲν, ὦ Κῦρε, καὶ ταῦτα ὅμοιος εἶ οἷός περ καὶ τἆλλα, πρᾷός τε καὶ συγγνώμων τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων· ἐμὲ δ', ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι καταδύσι τῷ ἄχει. ὡς γὰρ ὁ θρῶς διῆλθε τῆς ἐμῆς συμφορᾶς, οἱ μὲν ἐχθροὶ ἐφήδονταί μοι, οἱ δὲ φίλοι προσιόντες συμβελεύσιν ἐκποδὼν ἔχειν ἐμαυτὸν, μή τι καὶ πάθω ὑπὸ σῶ, ὡς ἠδικηκότος ἐμῶ μεγάλα.

κα'. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, εὖ τοίνυν ἴσθι, ὦ Ἀράσπα, ὅτι ταύτῃ τῇ δόξῃ οἷός τ' εἶ ἐμοί τε ἰσχυρῶς χαρίσασθαι, καὶ τὰς συμμάχας μεγάλα ὠφελῆσαι. εἰ γὰρ γένοιτο, ἔφη ὁ Ἀράσπας, ὅ, τι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος. εἰ τοίνυν, ἔφη, προσποιησάμενος ἐμὲ φεύγειν ἐθέλοις εἰς τὰς πολεμίας ἐλθεῖν, οἶμαι ἄν σε πιστευθῆναι ὑπὸ τῶν πολεμίων. ἔγωγε ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἀράσπας, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων οἶδα ὅτι ὡς σὲ πεφευγὼς λόγον ἂν παρέχοιμι.

do queam. Quin huius ego tibi rei sum auctor, qui te cum illa re inexpugnabili concluserim. Et Araspas sermonem ipsius excipiens: Enimuero tu, Cyre, in his etiam sic te geris, vt in aljis: qui et clemens sis, et delictis humanis ignoscas. Me vero ceteri homines moerore obruunt. Nam ex quo rumor de calamitate mea ditus est, inimici de me voluptatem capiunt, amici me conuenientes, vt e medio me subducam, consulunt; ne quid a te mihi accidat, qui graui sis a me adfectus iniuria.

21. Et Cyrus: Certo scias, inquit, Araspa, posse te per hanc hominum de te opinionem vehementer gratam mihi rem facere, et sociis vtilitates maximas adferre. Vtinam vero fiat, inquit Araspas, vt aliquid ego tibi rursus opportune commodem. Quod si ergo volueris, ait, simulare quasi me fugias, atque ad hostes transire; arbitror fore, vt ab hostibus tibi fides habeatur. Profecto, inquit Araspas, scio futurum equidem, vt etiam per amicos rumor excitetur, quasi te fugerim.

παρέχοιμι. ἔλθοις ἂν τοίνυν, ἔφη, ἡμῖν, πάντα εἰδὼς τὰ τῶν πολεμίων. οἶμαι δὲ καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων κοινωνὸν ἄν σε ποιοῖντο, διὰ τὸ πιστεύειν· ὥστε μηδὲ ἓν σε λεληθέναι ὧν βουλόμεθα εἰδέναι. ὡς πορεύσομαι ἤν, ἔφη, ἤδη νυνί. καὶ γὰρ τοῦτο, ἴσθι, ἐν τῶν πιστῶν ἔσαι, τὸ δοκεῖν με ὑπὸ σοῦ μελλήσοντά τι παθεῖν ἐκπεφευγέναι.

ἦσαν. Ἦ καὶ δυνήσῃ, ἔφη, ἀπολιπεῖν τὴν καλὴν Πάνθειαν; δύο γάρ, ἔφη, ὦ Κῦρε, σαφῶς ἔχω ψυχάς. νῦν τοῦτο πεφιλοσόφηκα μετὰ τοῦ ἀδικου σοφιστοῦ τοῦ ἔρωτος. ἡ γὰρ δὴ μία γε οὖσα, ἅμα ἀγαθή τέ ἐστι καὶ κακή, οὐδ' ἅμα καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν ἔργων ἐρᾷ, καὶ ταυτὰ ἅμα βούλεταί τε καὶ οὐ βούλεται πράττειν· ἀλλὰ δηλονότι δύο ἐσὸν ψυχά, καὶ ὅταν μὲν ἡ ἀγαθὴ κρατῇ, τὰ καλὰ πράττεται· ὅταν δὲ ἡ πονηρά, τὰ αἰσχρὰ ἐπιχειρεῖται. νῦν δὲ, ὡς σε σύμμαχον ἔλαβε, κρατεῖ ἡ ἀγαθὴ καὶ πάνυ πολύ.

κϚ'. Εἰ τοίνυν καὶ σοὶ δοκεῖ πορεύεσθαι, ἔφη ὁ Κῦρος,

fugerim. Itaque nobis redires, ait, rebus omnibus hostium cognitis. Quinetiam arbitror ita tibi fidem habituros, vt et rationum et consiliorum suorum te participem facturi sint: nihil vt adeo latere te possit eorum omnium, quae scire nos cupimus. Proficiscar igitur nunc, inquit Araspas. Nam scire debes, etiam vnum hoc fidei argumentum fore; quod effugisse videbor, ne quid abs te mihi accideret.

An et formosam illam Pantheam relinquere poteris? Duae mihi, Cyre, inquit, liquido sunt animae. Hanc Philosophiam didici modo apud improbum illum magistrum, amorem. Nam vna si esset anima, non et bona simul esset, et mala; neque res pariter honestas et turpes amaret, neque simul eadem et vellet et nollet facere: sed est manifestum, duas esse animas, et vbi sane penes animam bonam imperium est, honestae res suscipiuntur: vbi vero penes malam, res illa turpes adgreditur. Nunc quia te socium et adiutorem nacta est anima bona, potior haec viribus, et longe quidem superior est.

22. Quod si ergo, inquit Cyrus, tibi quoque hoc iter instituendum

ρος, ὧδε χρὴ ποιεῖν, ἵνα κἀκείνοις πιστότερος ἦς· ἐξάγγελλέ τε αὐτοῖς τὰ παρ' ἡμῶν, ὅτω τε ἐξάγγελλε, ὡς ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα ἐμποδὼν μάλις' ἂν εἴη ὧν βέλονται πράττειν. εἴη δ' ἂν ἐμποδὼν, εἰ ἡμᾶς φαίης παρασκευάζεσθαι ἐμβαλεῖν πῃ τῆς ἐκείνων χώρας. ταῦτα γὰρ ἀκούοντες, ἧττον ἂν παντὶ σθένει ἀθροίζοιντο, ἕκαστός τις φοβούμενος καὶ περὶ τῶν οἴκοι. καὶ μένε, ἔφη, παρ' ἐκείνοις ὁτιπλεῖστον χρόνον. ἃ γὰρ ἂν ποιῶσιν, ὅταν ἐγγύτατα ἡμῶν ὦσι, ταῦτα μάλιστα ἡμῖν καιρὸς εἰδέναι ἔσται. συμβούλευε δ' αὐτοῖς καὶ ἐκτάττεσθαι ὅπῃ ἂν δοκῇ κράτιστον εἶναι. ὅταν γὰρ σὺ ἀπέλθῃς, εἰδέναι δοκῶν τὴν τάξιν αὐτῶν, ἀναγκαῖον ἅτω τετάχθαι αὐτοῖς. μεταστάσεσθαι γὰρ οἰκήσουσι· καὶ ἤν πῃ ἄλλῃ μετατάττωνται, ἐξ ὑπογύου ταράξονται.

κγ'. Ἀράσπας μὲν δὴ ἅτως ἐξελθὼν, συλλαβὼν τοὺς πιστοτάτους θεράποντας, καὶ εἰπὼν πρός τινας οἷα ᾤετο συμφέρειν

θεάμεθα μὲν κύκλῳ τὴν πόλιν· ἐγὼ δὲ, ὅπως μὲν ἄν τις τείχη ἅτως ἰσχυρὰ καὶ ὑψηλὰ προσμαχόμενος ἕλοι, οὐκ ἐνορᾷν μοι δοκῶ· ὅσῳ δὲ πλέονες ἄνθρωποι ἐν τῇ πόλει εἰσὶν, ἐπείπερ οἱ μάχονται ἐξιόντες, τοσούτῳ ἂν θᾶττον λιμῷ αὐτοὺς ἡγοῦμαι ἁλῶναι. εἰ μή τινα ἄλλον τρόπον ἔχετε λέγειν, τούτῳ πολιορκητέους φημὶ εἶναι τοὺς ἄνδρας.

ε'. Καὶ ὁ Χρυσάνθας εἶπεν· ὁ δὲ ποταμὸς, ἔφη, ἅτος ἐστὶ διὰ μέσης τῆς πόλεως ῥεῖ, πλάτος ἔχων πλεῖον ἢ ἐπὶ δύο στάδια; ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Γωβρύας· καὶ βάθος γε ὡς οὐδ' ἂν δύο ἄνδρες, ὁ ἕτερος ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ ἑστηκὼς, τῷ ὕδατος ὑπερέχοιεν· ὥστε τῷ ποταμῷ ἔτι ἰσχυροτέρα ἐστὶν ἡ πόλις, ἢ τοῖς τείχεσι. καὶ ὁ Κῦρος· ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ Χρυσάντα, ἐῶμεν ὅσα πρείττω ἐστὶ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως· διαμετρησαμένους δὲ χρὴ ὡς τάχιστα τὸ μέρος ἕκαστον ὑμῶν ὀρύττειν τάφρον ὡς πλατυτάτην καὶ βαθυτάτην, ὅπως ὀτιοῦν ἐλαχίστων ὑμῖν τῶν φυλάκων δέοι.

ς'. Οὕτω δὴ κύκλῳ διαμετρήσας περὶ τὸ τεῖχος, ἀπολιπὼν

dique contemplati ſumus; atque equidem, quo pacto quis adeo firmos et excelſos muros oppugnando capere poſſit, videre mihi non videor. Quanto autem plures homines in vrbe ſunt, quando ad pugnandum non exeunt, tanto citius fieri arbitror, vt fame in poteſtatem redigantur. Niſi igitur aliquem alium modum habetis, quem nobis oſtendatis, hoc ipſo nobis iſtos expugnandos eſſe aio.

5. Et Chryſantas inquit: Hiccine fluuius per vrbem mediam labitur, cuius latitudo ſtadia duo ſuperat? Ita profecto, ait Gobryas; ac tanta quoque profunditas eius eſt, vt ne duo quidem viri, alter alteri inſiſtentes, ſupra aquam exſtare poſſint. Quo fit, vt fluuio ſit vrbs etiam munitior, quam moenibus. Et Cyrus: Miſſa faciamus haec, ait, mi Chryſanta, quae viribus noſtris potiora ſunt. Adhibita vero menſura, quamprimum foſſa latiſſima profundiſſimaque vobis erit agenda, pro parte cuique ſua: quo pauciſſimis cuſtodibus vobis ſit opus.

6. Sic igitur vndique circa murum ſpatia dimenſus, relicto a

πῶν ὅσον τύρσεσι μεγάλαις ἀπὸ τῦ ποταμῦ, ὤρυσσεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῦ τείχυς τάφρον ὑπερμεγέθη, καὶ τὴν γῆν ἀνέβαλλον πρὸς ἑαυτύς. καὶ πρῶτον μὲν πύργυς ἐπὶ τῷ ποταμῷ ᾠκοδόμει, φοίνιξι θεμελιώσας ὀμεῖον ἢ πλεθριαίοις· (εἰσὶ γὰρ καὶ μείζονες ἢ τοσῦτοι τὸ μῆκος πεφυκότες) καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρυς ἄνω κυρτῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ καμηλιοι. τύτυς δ' ὑπετίθει τύτο ἕνεκα, ὅπως ὀτιμαλιστὶ εἰκοι πολιορκήσειν παρασκευαζομένῳ, ὡς εἰ καὶ διαφύγοι ὁ ποταμὸς εἰς τὴν τάφρον, μὴ ἂν ἕλοι τὺς πύργυς. ἀνίει δὲ καὶ ἄλλυς πολλὺς πύργυς ἐπὶ τῆς ὠμβολάδος γῆς, ὅπως ὀτιπλεῖστα φυλακτήρια εἴη.

ζ'. Οἱ μὲν δὴ ταῦτ' ἐποίυν· οἱ δὲ ἐν τῷ τείχει κατεγέλων τῆς πολιορκίας, ὡς ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια πλέον ἢ εἴκοσιν ἔτη. ἀκύσας δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος, τὸ στράτευμα κατένειμε δυοδέκα μέρη, ὡς μῆνα τῦ ἐνιαυτῦ ἕκαστον τὸ

flumine interuallo, quantum sufficeret magnis propugnaculis, ingentem fossam circum murum vndique egit, terra versus seipsos adgesta. Ac primum quidem turres propter flumen exstruebat, palmis fundatas, quarum non minor erat, quam iugeri longitudo. Nam haec maiorem etiam in longitudinem excrescunt. Palmae vero, quum aliquo pondere premuntur, sursum, velut in gibbum quendam, incuruantur, quemadmodum et asini clitellarii. Has autem palmas operi proptrea subiiciebat: vt quammaxime videretur id facere, quod solent, qui ad vrbem obsidendam sese comparant: vt, tametsi flumen in fossam dilaberetur, ipsas turres non euerteret. Etiam multas alias turres supra terram egestam excitabat, vt quam plurima essent excubiarum loca.

7. Et has quidem illi res agebant. Qui autem in muro stabant, obsidionem hanc irridebant; quod eis commeatus esset copiosior, quam in annos viginti. Quae Cyrus quum audiisset, in partes duodecim exercitum diuisit, vt pars quaelibet vnum anni, mensem

τὸ μέρος φυλάξον. οἱ δ' αὖ Βαβυλώνιοι, ἀκούσαντες ταῦτα, πολὺ ἔτι μᾶλλον κατεγέλων, ἐννοούμενοι εἰ σφᾶς φρύγες καὶ * Λύκιοι καὶ Ἀράβιοι καὶ Καππαδόκαι φυλάξοιεν, ὃς σφίσιν ἐνόμιζον πάντας εὐμενεστέρως εἶναι, ἢ Πέρσαις. καὶ αἱ μὲν τάφροι ἤδη ὀρωρυγμέναι ἦσαν. ὁ δὲ Κῦρος, ἐπειδὴ ἑορτὴν τοιαύτην ἐν Βαβυλῶνι ἤκουσεν εἶναι, ἐν ᾗ πάντες Βαβυλώνιοι ὅλην τὴν νύκτα πίνουσι καὶ κωμάζουσιν, ἐν ταύτῃ, ἐπειδὴ τάχιστα συνεσκότασε, λαβὼν πολλὰς ἀνθρώπους, ἀνεστόμωσε τὰς τάφρους τὰς πρὸς τὸν ποταμόν. ὡς δὲ τοῦτο ἐγένετο, τὸ ὕδωρ κατὰ τὰς τάφρους ἐχώρει ἐν τῇ νυκτί· ἡ δὲ διὰ τῆς πόλεως τοῦ ποταμοῦ ὁδὸς πορεύσιμος ἀνθρώποις ἐγίγνετο.

ἡ. Ὡς δὲ τὸ τοῦ ποταμοῦ ὕδωρ ἐπορσύνετο, παρηγγύησεν ὁ Κῦρος Πέρσαις χιλιάρχοις καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων, εἰς δύο ἀγούσας τὴν χιλιοστὺν παρεῖναι πρὸς αὐτόν, τὰς δ' ἄλλας συμμάχους κατ' ἀρὰν τούτων ἕπεσθαι, ἥπερ πρόσθεν τεταγμένους. οἱ μὲν δὴ παρῆσαν· ὁ δέ, καταβάσας εἰς τὸ

mensem in excubiis esset. Quibus iterum auditis, multo etiam Babylonii magis irridebant, qui cogitarent secum, Phryges ac Lycios, et Arabas, et Cappadoces futuros contra se in excubiis; quos omnes arbitrabantur animis erga se magis esse beneuolis, quam erga Persas. Ac fossae quidem iam actae erant. Cyrus vero quum audiisset, celebrari Babylone festum quendam eiusmodi diem, quo Babylonii omnes nocte tota potarent et comessarentur: quamprimum eo die tenebrae accessissent, magna mortalium multitudine adhibita, fossarum ostia versus amnem aperuit. Hoc quum factum esset, aqua nocte in fossas manabat, et alveus fluuii per vrbem tendens, hominibus permeabilis esse coepit.

8. Id vbi de flumine hoc modo ei successisset, Persicis Cyrus et peditum et equitum tribunis imperat, apud se adessent, et mille suos in binos explicatos singuli ducerent: reliqui socii hos a tergo subsequerentur, instructi quemadmodum prius. Et hi quidem aderant, quum Cyrus in fluminis partem siccam

* Al. Λυδοί.

τὸ ξηρὸν τῶ ποταμῶ τὰς ὑπηρέτας, καὶ πεζὰς καὶ ἱππέας, ἐκέλευσε σκέψασθαι εἰ πορεύσιμον εἴη τὸ ἔδαφος τῶ ποταμῶ. ἐπεὶ δὲ ἀπήγγειλαν, ὅτι πορεύσιμον εἴη, ἐνταῦθα δὴ συγκαλέσας τὰς ἡγεμόνας τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἔλεξε τοιάδε·

Θ'. Ανδρες φίλοι, ὁ μὲν ποταμὸς ἡμῖν παρακεχώρηκε τῆς εἰς τὴν πόλιν ὁδῦ. ἡμεῖς δὲ θαρρῦντες εἰσίωμεν, μηδὲν φοβούμενοι εἴσω, ἐννοούμενοι ὅτι ἅτοι, ἐφ' ἃς νῦν πορευσόμεθα, ἐκεῖνοί εἰσιν ἃς ἡμεῖς καὶ συμμάχους πρὸς ἑαυτοῖς ἔχονλας, καὶ ἐγρηγορότας ἅπαντας, καὶ νήφονλας, καὶ ἐξωπλισμένους, καὶ συντεταγμένους ἐνικῶμεν· νῦν δ' ἐπ' αὐτὰς ἴωμεν, ἐν ᾧ πολλοὶ μὲν αὐτῶν καθεύδουσι, πολλοὶ δ' αὐτῶν μεθύουσι, πάντες δὲ ἀσύντακτοί εἰσιν. ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται, ὑπὸ τῦ ἐκπεπλῆχθαι. εἰ δέ τις τῦτο ἐννοεῖται, ὃ δὴ λέγεται φοβερὸν εἶναι τοῖς εἰς πόλιν εἰσιοῦσι, μὴ ἐπὶ τὰ τέγη ἀναβάντες βάλωσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, τῦτο μάλιστα θαρρεῖτε. ἢν γὰρ ἀναβῶσί τινες ἐπὶ τὰς οἰκίας,

siccam ſuis adparitoribus, tam peditibus, quam equitibus immiſſis, explorare iuſſit, an vadum fluminis permeari poſſet. Poſteaquam illi poſſe permeari renuntiarunt, tum vero peditum equitumque ducibus convocatis, huiuſmodi verbis ad eos eſt vſus:

9. Flumen hoc nobis, amici, viam in vrbem conceſſit. Itaque praeſentibus animis ingrediamur in vrbem, nihilque metuamus: ſed cogitemus, hos, quos adgreſſuri nunc ſumus, eoſdem eſſe; quos et a ſociis inſtructos, et omnes vigilantes, et ſobrios, et armatos, et in acie diſpoſitos vicimus. Iam vero adverſus eos tendimus, quo tempore multi eorum dormiunt, multi ſunt ebrii, vniuerſi nullos in ordines diſpoſiti. Poſteaquam autem ſenſerint, etiam nos intus eſſe; multo magis, quam nunc, vſui nulli futuri ſunt, quia exanimati erunt. At ſi hoc in mentem alicui venit, quod fertur eſſe formidabile vrbem intrantibus, ne tectis illi conſcenſis hinc inde tela in nos coniiciant: id ipſum maxime vobis animos addat. Nam ſi qui conſcendent aedes,

οἰκίας, ἕχομεν σύμμαχον Θεὸν Ηφαιστον. εὔφλεκτα δὲ τὰ πρόθυρα αὐτῶν, φοίνικος μὲν αἱ θύραι πεποιημέναι, ἀσφάλτῳ δὲ ὑπεκκαύματι κεχρισμέναι. ἡμεῖς δ' αὖ πολλὴν δᾷδα ἔχομεν, ἣ ταχὺ πολὺ πῦρ τέξεται, πολλὴν δὲ πίτταν καὶ συππεῖον, ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα· ὥστε ἀνάγκην εἶναι ἢ φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, ἢ ταχὺ κατακεκαῦσθαι. ἀλλ' ἄγετε, λαμβάνετε ὅπλα· ἡγήσομαι δὲ ἐγὼ σὺν τοῖς θεοῖς. ὑμεῖς δ', ἔφη, ὦ Γαδάται καὶ Γωβρύα, δείκνυτε τὰς ὁδούς· ἴσε γάρ. ὅταν δὲ ἐντὸς γενώμεθα, τὴν ταχίστην ἄγετε ἐπὶ τὰ βασίλεια. καὶ μήν, ἔφασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστόν. καὶ γὰρ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τῶν βασιλείων· ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί. φυλακὴ μέντοι πρὸ τῶν πυλῶν ἐντευξόμεθα· ἔστι γὰρ ἀεὶ τεταγμένη. οὐκ ἂν ἀμελεῖν δέοι, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀλλ' ἰέναι, ἵνα ἀπαρασκεύους ὡς μάλιστα λάβωμεν τοὺς ἄνδρας.

ι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐῤῥήθη, ἐπορεύοντο. τῶν δὲ ἀπαντώντων

aedes, opitulator nobis est Deus Vulcanus. Et sunt eorum vestibula crematu facilia. Nam ianuae palmarum e materia fabricatae sunt, et bitumine sunt inunctae, quod ignem facile concipit. Nobis autem et faces plurimae sunt, quae ingens incendium cito parient; et copia picis ac stuppae, quae cito magnam flammam eliciunt. Quo fiet, vt vel celeriter necesse sit hos ab aedibus aufugere, vel celeriter exuri. Verum agite, arma capite; Diis equidem iuvantibus praeibo. Vos autem Gadata et Gobrya, demonstrate nobis itinera, quum vobis ea cognita sint: et vbi iam intus erimus, quamprimum ad regiam ducite. Atqui, aiebant illi, qui erant cum Gobrya, non mirum fuerit, si quidem nec portae ipsius regiae clausae sint. Vrbs enim tota videtur hac nocte comessationi esse intenta. Sed in excubias tamen ante regiae portas incidemus, quod eae semper istic collocentur. Non negligenda res est, ait Cyrus, sed eundum, vt quammaxime imparatos offendamus.

10. Quae quum essent dicta, pergebant. Si qui eis obuiam venirent,

των οἱ μὲν ἀπέθνησκον παιόμενοι, οἱ δ' ἔφευγον πάλιν εἴσω, οἱ δ' ἐβόων. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν συνεβόων αὐτοῖς, ὡς κωμασαὶ ὄντες καὶ αὐτοί. καὶ ἰόντες ἧ ἐδύναντο ὡς τάχιστα, περὶ τοῖς βασιλείοις ἐγένοντο. καὶ οἱ μὲν σὺν τῷ Γωβρύᾳ καὶ Γαδάτᾳ τεταγμένοι κεκλεισμένας εὑρίσκουσι τὰς πύλας τῦ βασιλείυ· οἱ δ' ἐπὶ τὰς φύλακας ταχθέντες ἐπεισπίπλουσιν αὐτοῖς πίνουσι πρὸς φῶς πολύ, καὶ εὐθὺς ὡς πολέμιοι ἐχρῶντο αὐτοῖς. ὡς δὲ κραυγὴ καὶ κλύπος ἐγίγνετο, αἰσθόμενοι οἱ ἔνδον τῦ θορύβυ, κελεύσαντος τῦ βασιλέως σκέψασθαι τί εἴη τὸ πρᾶγμα, ἐκθέουσί τινες ἀνοίξαντες τὰς πύλας.

ια'. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γαδάταν ὡς εἶδον τὰς πύλας χαλώσας, εἰσπίπλουσι, καὶ τοῖς πάλιν φεύγουσιν εἴσω ἑφεπόμενοι, καὶ παίοντες ἀφικνῦνται πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἤδη ἑστηκότα αὐτὸν καὶ σπασάμενον ὃν εἶχεν ἀκινάκην, εὑρίσκουσι· καὶ τῦτον μὲν οἱ σὺν Γαδάτᾳ καὶ Γωβρύᾳ πολλοὶ ἐχειρῦντο. καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δὲ ἀπέθνησκον, ὁ μὲν, προβαλλόμενός τι, ὁ δὲ, φεύγων, ὁ δέ γε, καὶ ἀμυνόμενος ὅτῳ

nirent, partim caesi peribant, partim retro viciſſim fugiebant, partim clamorem edebant. Cum his et Gobryani clamores edebant eoſdem, velut ipſi quoque comeſſationum ſocii. Simul pergentes, qua celerrime progredi poterant, ad regiam perueniunt. Et hi quidem Gobryae Gadataeque adiuncti, portas regiae clauſas inveniunt: qui vero aduerſus regiae cuſtodes ire iuſſi fuerant, irruunt in eos ad ignem luculentum potantes, ſtatimque hoſtili cum eis more agunt. Orto autem clamore ac ſtrepitu, quum ii, qui erant intus, tumultum ſentirent, et inſpici rex iuberet, quid illud eſſet rei: apertis aliqui portis, foras procurrunt.

11. Eas quum pateſactas Gadataei conſpicerent, irruunt; et illos rurſus fugientes intro ſequuti, ac ferientes, ad regem accedunt: eumque iam erectum cum acinace, quem ſtrictum tenebat, inueniunt. Hunc Gadataei et Gobryani numero plures opprimunt, interfectis etiam iis, qui regi aderant, ac partim aliquid obiiciebant, partim fugiebant, partim ſe quacunque re poterant,

ὅτῳ ἐδύνατο. ὁ δὲ Κῦρος διέπεμπε τὰς τῶν ἱππέων τάξεις κατὰ τὰς ὁδούς, καὶ προεῖπεν, ὃς μὲν ἔξω λαμβάνοιεν, κατακαίνειν, τοὺς δ' ἐν ταῖς οἰκίαις κηρύττειν τοὺς Συριστὶ ἐπισταμένους ἔνδον μένειν· εἰ δέ τις ἔξω ληφθείη, ὅτι θανατώσοιτο. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐποίουν. Γαδάτας δὲ καὶ Γωβρύας ἦκον· καὶ θεοὺς μὲν πρῶτον προσεκύνουν, ὅτι τετιμωρημένοι ἦσαν τὸν ἀνόσιον βασιλέα, ἔπειτα δὲ Κύρου κατεφίλουν καὶ χεῖρας καὶ πόδας, πολλὰ δακρύοντες ἅμα χαρᾷ καὶ εὐφραινόμενοι.

ιϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἤθροντο οἱ τὰς ἄκρας ἔχοντες ἐαλωκυῖάν τε τὴν πόλιν, καὶ τὸν βασιλέα τεθνηκότα, παραδιδόασι καὶ τὰς ἄκρας. ὁ δὲ Κῦρος τὰς μὲν ἄκρας εὐθὺς παρελάμβανε, καὶ φρουράρχους τε καὶ φρουροὺς εἰς ταύτας ἀνέπεμπε· τοὺς δὲ τεθνηκότας θάπτειν ἐφῆκε τοῖς προσήκουσι· τοὺς δὲ κήρυκας κηρύττειν ἐκέλευσεν, ἀποφέρειν πάντας τὰ ὅπλα Βαβυλωνίους· ὅπου δὲ ληφθήσοιτο ὅπλα ἐν οἰκίᾳ, προηγόρευον ὡς πάντες οἱ ἔνδον ἀποθανοῦνται. οἱ μὲν δὴ ἀπέφερον· ὁ δὲ Κῦρος ταῦτα

poterant, tuebantur. Cyrus autem cohortes equitum per vias passim dimittebat, edicens, vt si quos extra domos inuenirent, occiderent: at illis, qui adhuc in aedibus essent, per Syriacae linguae peritos denuntiari praeconio iussit, vt intus manerent. Quod si quis foris deprehenderetur, eum morte multandum. Et hi quidem haec exsequebantur. Gadatas autem et Gobryas quum accessissent, Deos primum venerati sunt, quod de impio rege poenas sumsissent: deinde manus et pedes Cyri deosculabantur, quum prae gaudio, simul et lacrumas copiose profunderent, et laetitiae signa darent.

12. Posteaquam illuxisset, ac sensissent illi, qui arces tenebant, tum vrbem esse captam, tum regem occisum; arces etiam tradunt. Cyrus eas statim occupat, et praesidiorum magistros cum praesidiariis in illas immittit. Mortuos sepeliendi potestatem propinquis facit: et praecones proclamare iubet, vt omnes Babylonii arma deferrent. In quacunque vero domo arma deprehenderentur, in ea denuntiabant omnibus esse moriendum. Et illi quidem arma deportabant: quae Cyrus

ταῦτα μὲν εἰς τὰς ἄκρας κατέθετο, ὡς εἴη ἕτοιμα εἴ τι ποτὲ δέοι χρῆσθαι.

ιγ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἐπέπρακτο, πρῶτον μὲν τοὺς Μάγους καλέσας, ὡς δορυαλώτου τῆς πόλεως ὄντος, ἀκροθίνια τοῖς Θεοῖς καὶ τεμένη ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. ἐκ τούτου δὲ καὶ οἰκίας διεδίδου καὶ ἀρχεῖα τούτοις, ὥσπερ κοινωνοὺς ἐνόμιζε τῶν καταπεπραγμένων· ὕτω διένειμεν, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τὰ κράτιστα τοῖς ἀρίστοις. εἰ δέ τις οἴοιτο μεῖον ἔχειν, διδάσκειν προσιόντα ἐκέλευε. προεῖπε δὲ, Βαβυλωνίους μὲν τὴν γῆν ἐργάζεσθαι, καὶ τοὺς δασμοὺς ἀποφέρειν, καὶ θεραπεύειν τούτους οἷς ἕκαστοι αὐτῶν ἐδόθησαν· Πέρσας δὲ, καὶ τοὺς κοινωνοῦντας, καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι μένειν ἠξίωντο παρ' αὐτῷ, ὡς δεσπότας ὧν ἔλαβον, προηγόρευε διαλέγεσθαι.

ιδ'. Ἐκ δὲ τούτου ἐπιθυμῶν ὁ Κῦρος ἤδη κατασκευάσασθαι καὶ αὐτὸς ὡς βασιλεῖ ἠγεῖτο πρέπειν, ἔδοξεν αὐτῷ τοῦτο σὺν τῇ τῶν φίλων γνώμῃ ποιῆσαι, ὡς ὁτιήκισα

in arces imposuit; vt in promtu essent, si quando eis esset vtendum.

13. Quae vbi peracta fuerunt, primum arcessitis Magis, quia bello capta vrbs esset, iussit vt Diis primitiae manubiarum, et fana seligerentur. Postea tum alias domos, tum principum aedificia diuidebat in eos, quos illorum, quae gesta fuerant, socios existimabat. Atque hoc modo tribuit, vti dudum fuerat decretum, optima quaeque praestantissimis. Quod si putaret aliquis sibi minus obtigisse, mandabat, vt accedens id ipsum doceret. Edixit etiam, Babyloniis agros esse colendos, et tributum pendendum, et iis obsequia praestanda, quibus singuli traditi essent. Persas vero et Persarum participes, et quotquot ex sociis apud eum remanere vellent, iussit, tanquam dominos, cum iis quos sibi traditos accepissent, loqui.

14. Secundum haec ita iam se parare cupiebat Cyrus, quemadmodum decere regem existimaret: idque de amicorum sententia faciendum statuit, vt quam minima cum

inuidia

ὁτιήκισα ἐπιφθόνως σπάνιός τε καὶ σεμνὸς φανείη. ὧδε δὴ ἐμηχανᾶτο τῶτο· ἅμα τῇ ἡμέρᾳ σὰς, ὅπῃ ἐδόκει ἐπιτήδειον εἶναι, προσεδέχετο τὸν βυλόμενον λέγειν τι, καὶ ἀποκρινόμενος ἀπέπεμπεν. οἱ δ' ἄνθρωποι, ὡς ἔγνωσαν ὅτι προσδέχοιτο, ἧκον ἀμήχανοι τὸ πλῆθος. καὶ ὠθισμένων περὶ τῷ προσελθεῖν, μηχανή τε πολλὴ καὶ μάχη ἦν. οἱ δὲ ὑπηρέται ὡς ἠδύναντο διακρίναντες, προσῆσαν.

ιέ. Ὁπότε δέ τις καὶ τῶν φίλων διωσάμενος τὸν ὄχλον προφανείη, προτείνων ὁ Κῦρος τὴν χεῖρα προσήγετο αὐτὸς, καὶ ὕτως ἔλεγεν· ἄνδρες φίλοι, περιμένετε ἕως τὸν ὄχλον διωσώμεθα· ἔπειτα δὲ καθ' ἡσυχίαν συγγενησόμεθα. οἱ μὲν δὴ φίλοι περιέμενον· ὁ δ' ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέῤῥει, ἕως παρέφθασεν ἑσπέρα γενομένη πρὶν τοῖς φίλοις αὐτὸν σχολάσαι καὶ συγγενέσθαι. ὕτω δὴ ὁ Κῦρος λέγει· ἆρα, ἔφη, ὦ ἄνδρες, νῦν μὲν καιρὸς διαλυθῆναι· αὔριον δὲ πρωῒ ἔλθετε. καὶ γὰρ ἐγὼ βέλομαι

inuidia et rarius conſpiceretur, et auguſtiori ſpecie. Id ita effecit. Prima luce ſtabat in loco, quo putabat eſſe commodum, et admittebat quemlibet aliquid dicere volentem; ac poſteaquam reſpondiſſet, dimittebat. Quum autem intellexiſſent homines, Cyrum eos expectare: magna multitudo ad eum confluxit. Iamque conveniendi eius cauſa ſemet impellentium molitiones et rixae multiplices erant. Adparitores quidem ipſius, adhibito diſcrimine, prout poterant, accedendi poteſtatem faciebant.

15. Quod ſi aliquando quispiam ex amicis, impellendo diſiecta hominum turba, prae aliis conſpectus eſſet; tum vero manum protendebat, ac iſtos attrahebat, et ita dixit: Expectate, amici, donec turbam hanc dimoveamus; ac deinde per otium congrediemur. Quamobrem opperiebantur amici, et turba maior adfluebat; donec opprimeret eum veſpera, priuſquam per otium congredi cum amicis et colloqui poſſet. Itaque dicebat Cyrus: Modo quidem, amici, tempus eſt diſcedendi: cras mane adeſte: nam eſt quod vobiſcum

λομαι ὑμῖν τι διαλεχθῆναι. ἀκούσαντες ταῦτα οἱ φίλοι, ἄσμενοι ᾤχοντο ἀποθέοντες, δίκην δεδωκότες ἀπὸ πάντων τῶν ἀναγκαίων. καὶ τότε μὲν ὕτως ἐκοιμήθησαν.

ις'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ μὲν Κῦρος παρῆν εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον· ἀνθρώπων δὲ πολὺ πλεῖον πλῆθος περιεστήκει βουλομένων προσιέναι, καὶ πολὺ πρότερον, ἢ οἱ φίλοι παρῆσαν. ὁ δὲ Κῦρος περιστησάμενος τῶν ξυσσφόρων Περσῶν κύκλον μέγαν, εἶπε μηδένα παριέναι, ἢ τοὺς φίλους τε καὶ ἀρχοντας τῶν Περσῶν τε καὶ τῶν συμμάχων. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον αὐτοὶ, ἔλεξεν ὁ Κῦρος αὐτοῖς τοιάδε·

ιζ'. Ανδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν Θεοῖς οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν μέμψασθαι, τὸ μὴ οὐχὶ μέχρι τοῦδε πάντα ὅσα εὐχόμεθα κατα πεπραχέναι. εἰ μέντοι τοιοῦτον ἔστι τὸ μεγάλα πράττειν, ὥστε μὴ οἷόν τε εἶναι μήτε ἀμφ' αὐτὸν σχολὴν ἔχειν, μήτε μετὰ τῶν φίλων εὐφρανθῆναι, ἐγὼ μὲν χαίρειν ταύτην τὴν εὐδαιμονίαν κελεύω. ἐνενοήσατε γάρ, ἔφη, καὶ χθὲς δήπου, ὅτι ἕωθεν ἀρξάμενοι ἀκούειν τῶν προσιόντων, οὐκ ἐλήξαμεν πρόσθεν ἑσπέρας· καὶ

biscum colloquar. His auditis, libenter amici discedebant etiam cursitantes, rerum omnium necessariarum neglectione multati. Ac tum quidem ita quieti se dedere.

16. Postridie Cyrus eodem aderat loco, quem iam multo maior hominum adire volentium turba circumstabat, qui multo prius etiam, quam illi amici, aduenerant. Cyrus igitur Persis hastas gestantibus ambitu magno circum se collocatis, neminem admitti iussit, praeter amicos et Persarum sociorumque principes. Illi vero quum conuenissent, hanc Cyrus orationem habuit.

17. Nihil est, amici ac socii, quod de Diis queramur, quasi non perfecerimus hactenus omnia, quaecunque liceret optare. Sed enim si huiusmodi quiddam est, res magnas gerere, vt neque possis ipsi tibi vacare, neque cum amicis hilariter viuere; beatam sane vitam hanc equidem valere iubeo. Nam et heri animaduertistis, a prima nos aurora coepisse audire accedentes, neque desiisse ante vesperam: et

καὶ νῦν ὁρᾶτε τούτους, καὶ ἄλλους πλείονας τῶν χθὲς παρόντων, ὡς πράγματα ἡμῖν παρέξοντας. εἰ ἄν τις τούτοις ὑφ' ἑξει ἑαυτὸν, λογίζομαι μικρὸν μέν τι ὑμῖν μέρος ἐμοῦ μετεσόμενον, μικρὸν δέ τι ἐμοὶ ὑμῶν· ἐμαυτῷ μέντοι σαφῶς οἶδ' ὅτι οὐδ' ὁτιοῦν μοι μετέσαι. ἔτι δ', ἔφη, καὶ ἄλλο ὁρῶ γελοῖον πρᾶγμα. ἐγὼ γὰρ δήπου ὑμῖν μὲν ὥσπερ εἰκὸς διάκειμαι· τούτων δὲ τῶν περιεστηκότων ἢ τινα, ἢ οὐδένα οἶδα, καὶ ἕτοι πάντες ὅτῳ παρεσκευασμένοι εἰσὶν, ὡς, ἢν νικῶσιν ὑμᾶς ὠθοῦντες, πρότερον ἂ βούλονται ὑμῶν παρ' ἐμοῦ διαπραξόμενοι. ἐγὼ δὲ ἠξίουν τούτους, εἴ τις τι ἐμοῦ δέοιτο, θεραπεύειν ὑμᾶς τοὺς ἐμοὺς φίλους, δεόμενος προσαγωγῆς. ἴσως ἂν οὖν εἴποι τις, τί δῆτα οὐχ ὅτως ἐξ ἀρχῆς παρεσκευασάμην, ἀλλὰ παρεῖχον ἐν τῷ μέσῳ ἐμαυτόν; ὅτι τὰ τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐγίγνωσκον ὄντα, ὡς μὴ ὑστερίζειν δέον τὸν ἄρχοντα, μήτε τὸ εἰδέναι ἃ δεῖ, μήτε τὸ πράττειν ἃ ἂν καιρὸς ᾖ. τοὺς δὲ σπανίως ἰδεῖν στρατηγοὺς, πολλὰ μᾶλλον ἐνόμιζον,

et nunc videtis hos, atque alios multo plures iis, qui heri aderant, praesto esse, vt nobis negotia facessant. Itaque si quis istis se summittere velit, futurum equidem cogito, vt exigua parte vos mei copiam habeatis, et ego vestri. Mei quidem ipsius mihi, sat scio, ne tantilla quidem erit copia. Praeterea rem, inquit, aliam quoque ridiculam animaduerto. Nam equidem ita sum erga vos adfectus, vt par est: at eorum, qui heic circumstant, vel vnum aliquem, vel neminem noui: et hi tamen omnes ita parati sunt, vt, si vos impellendo vincant, priores etiam vobis a me quae voluerint, impetraturi sint. Ego vero aequum arbitrarer, hos, si quis a me petere aliquid vellet, amicos meos vos demereri, atque orare, vt eos adduceretis. Fortasse dixerit quispiam, cur ita non ab initio me comparauerim, sed omnibus in medio me potius exhibuerim? Nimirum intelligebam, res bellicas eiusmodi esse, vt imperatorem non oporteat esse postremum, vel intelligendis iis, quae necesse est; vel gerendis quae vsus postulat. Et imperatores si raro conspicerentur, existimabam praeter-

ἐνόμιζον, ὧν δεῖ πραχθῆναι, παριέναι. νῦν δ' ἐπειδὴ ὁ φιλοπονώτατος πόλεμος ἀναπέπαυται, δοκεῖ μοι καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ ἀναπαύσεώς τινος ἀξιῶν τυγχάνειν. ὡς ὧν ἐμοῦ ἀπορροῦντος, ὅ, τι ἂν τύχοιμι ποιῶν, ὥστε καλῶς ἔχειν τά τε ἡμέτερα, καὶ τὰ τῶν ἄλλων, ὧν ἡμᾶς δεῖ ἐπιμελεῖσθαι, συμβουλευέτω τις ὅ, τι ὁρᾷ συμφορώτατον.

ιη'. Κῦρος μὲν ὕτως εἶπεν· ἀνίσταται δ' ἐπ' αὐτῷ Ἀρτάβαζος, ὁ συγγενής ποτε φήσας εἶναι, καὶ εἶπεν· ἦ καλῶς, ἔφη, ἐποίησας, ὦ Κῦρε, ἄρξας τοῦ λόγου. ἐγὼ γὰρ, ἔτι νέου μὲν ὄντος σου πάνυ, ἀρξάμενος ἐπεθύμουν φίλος γενέσθαι, ὁρῶν δέ σε οὐδὲν δεόμενον ἐμοῦ, κατώκνουν σοι προσιέναι. ἐπεὶ δὲ ἔτυχές ποτε καὶ ἐμοῦ δεηθεὶς, προθύμως ἐξαγγεῖλαι πρὸς Μήδους τὰ παρὰ Κυαξάρους, ἐλογιζόμην, εἰ ταῦτα προθύμως σοι συλλάβοιμι, ὡς οἰκείός τέ σοι ἐσοίμην, καὶ ἐξέσοιτό μοι διαλέγεσθαί σοι, ὁπόσον ἂν χρόνον βουλοίμην. καὶ ἐκεῖνα μὲν δὴ ἐπράχθη, ὥστε σε ἐπαινεῖν. μετὰ δὲ τοῦτο Ὑρκάνιοι μὲν πρῶτοι, φίλοι ἡμῖν ἐγένοντο,

praetermittere multa, quae fieri debuerant. Nunc posteaquam, bello maximi laboris confecto, quievimus, etiam meus animus aequum censet, vt requiete aliqua potiatur. Quare quum ipse ambigam, quid faciendum mihi sit, vt et res nostrae, et aliorum, quos curae nobis esse oporter, recte se habeant; consulat aliquis in medium, quid maxime conducturum perspiciat.

18. Haec Cyri verba fuerunt. Post eum surgens Artabazus, qui se aliquando cognatum Cyri dixerat: Profecto, ait, recte factum abs te, Cyre, qui hac de re dicere coeperis. Nam equidem, te admodum iuuene, coepi amicitiam tuam expetere: sed quum te mei non egere viderem, adire te sum veritus. Postquam vero me forte rogasses, vt, quae Cyaxares mandarat, studiose Medis exponerem: mecum ipse cogitabam, si promto te iuuissem in illis animo, futurum me tibi familiarem, et habiturum copiam colloquendi tecum, quamdiu vellem. Et sunt illa certe sic effecta, vt etiam tu me praedicares. Deinde primi amplexi sunt amicitiam nostram Hyrcanii, quum magna sociorum

ἐγένοντο, καὶ μάλα πεινῶσι συμμάχων· ὥστε μονονὺκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέρομεν αὐτὰς ἀγαπῶντες. μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπεὶ ἐάλω τὸ πολέμιον στρατόπεδον, ἦν, οἶμαι, σχολὴν σοι εἶναι ἀμφ' ἐμὲ ἔχειν· καὶ ἐγώ σοι συνεγίνωσκον. ἐκ δὲ τούτου Γωβρύας ἡμῖν φίλος ἐγένετο, καὶ ἐγὼ ἔχαιρον· καὶ αὖθις Γαδάτας· καὶ δὴ ἔργον σε ἦν μεταλαβεῖν. ἐπεί γε μέντοι καὶ Σάκαι καὶ Καδούσιοι σύμμαχοι ἐγεγένηντο, θεραπεύειν εἰκότως ἔδει τούτους· καὶ γὰρ ἔτοί σε ἐθεράπευον. ὡς δ' ἤλθομεν πάλιν, ἔνθεν ὡρμήθημεν, ὁρῶν σε ἀμφ' ἵππους ἔχοντα, ἀμφ' ἅρματα, ἀμφὶ μηχανάς, ἡγούμην, ἐπεὶ ἀπὸ τούτου σχολάσαις, τότε σε καὶ ἀμφ' ἐμὲ ἕξειν σχολήν. ὡς γε μέντοι ἦλθεν ἡ δεινὴ ἀγγελία, τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς συλλέγεσθαι, ἐγίγνωσκον ὅτι ταῦτα μέγιστα εἴη· εἰ δὲ ταῦτα καλῶς γένοιτο, εὖ ἤδη ἐδόκουν εἰδέναι, ὅτι πολλὴ ἔσοιτο ἀφθονία τῆς ἐμῆς καὶ τῆς σῆς συνουσίας. καὶ νῦν δὴ νενικηκαμέν τε τὴν μεγάλην μάχην, καὶ Σάρδεις καὶ Κροῖσον ὑποχείριον ἔχομεν,

rum apud nos esset penuria. Itaque tantum non eos in gremio prae caritate gestabamus. Postea quum hostium castra capta essent, otium tibi non esse putabamus, vt mihi operam dares, atque ipse tibi ignoscebam. Hinc Gobryas nobis amicus accessit, quod mihi voluptati erat: itidemque Gadatas: vnde factum, vt esset difficile tui habere copiam. Quum autem Sacae et Cadusii societatem nobiscum coiuissent, nimirum par erat hos colere, qui et ipsi te colerent. Posteaquam eo reuersi sumus, vnde profectionis initium factum erat; quia te videbam occupatum instruendis èquis, curribus, machinis; existimabam, te, vbi hac cura liberatus esses, otium habiturum, vt mihi quoque operam dares. Sed vbi nuntius ille terribilis venit, homines vniuersos contra nos colligi: maxima esse illa intelligebam; quae si prospere cederent, certo me iam scire putabam, fore magnam inter nos ambos consuetudinis mutuae copiam. Nunc tandem et ingenti proelio victoriam adepti sumus, et Sardes cum ipso Croeso nobis subiectas tenemus, et

Babylo-

μεν, καὶ Βαβυλῶνα ἡρήκαμεν, καὶ πάντα κατεστράμμεθα· καὶ μὰ τὸν (a) Μίθρην ἐγώ τοι ἐχθὲς, εἰ μὴ πολλοῖς διεπύθευσα, οὐκ ἂν σοι ἐδυνάμην προσελθεῖν. ἐπεί γε μέντοι ἐδεξιώσω με, καὶ παρά σοι ἐκέλευσας μένειν, ἤδη περιβλεπτος ἦν, ὅτι μετὰ σοῦ ἄσιτος καὶ ἄποτος διημέρευον. νῦν δ', εἰ μὲν ἔστι πη ὅπως οἱ πλείστοι ἄξιοι γεγενημένοι πλεῖόν σου μέρος μεθέξομεν, εὖ ἔχει. εἰ δὲ μὴ, πάλιν αὖ ἐγὼ ἐθέλω παρὰ σοῦ ἐξαγγέλλειν, ἀπιέναι πάντας ἀπὸ σοῦ, πλὴν ἡμῶν τῶν ἐξ ἀρχῆς φίλων.

ιθ'. Ἐπὶ τούτῳ ἐγέλασε μὲν ὁ Κῦρος, καὶ ἄλλοι πολλοί. Χρυσάντας δὲ ἀνέστη ὁ Πέρσης, καὶ ἔλεξεν ὧδε· ἀλλὰ τὸ μὲν πρόσθεν, ὦ Κῦρε, εἰκότως ἐν τῷ φανερῷ σαυτὸν παρεῖχες, διὰ ἅ τε αὐτὸς εἶπες, καὶ ὅτι οὐχ ἡμᾶς σοι μάλιστα ἦν θεραπευτέον. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἕνεκα παρῆμεν· τὸ δὲ πλῆθος ἀναχτᾶσθαι ἔδει ἐκ παντὸς τρόπου, ὅπως ὅτι ἥδιστα συμπονεῖν καὶ συγκινδυνεύειν ἡμῖν ἐθέλοιεν·

Babylonem cepimus, et omnia noſtram in poteſtatem redegimus: nec heri tamen, per Mithrem, accedere te potuiſſem, niſi cum multis luctatus fuiſſem. Verum vbi tu me prehendiſti dextra, et apud te manere iuſſiſti; tum ſcilicet in oculis omnium eram, qui ſine cibo ac potu totum apud te diem conſumere cogerer. Nunc igitur, ſi quo fieri modo poteſt, vt, qui plurimum tibi commodauerimus, plurimum etiam fruamur te, bene eſt: ſin autem, rurſus ego nuntiabo verbis tuis, vt omnes a te diſcedant, exceptis nobis, qui amici ab initio tui fuimus.

19. Ibi tum et Cyrus, et complures alii riſere. Chryſantas autem Perſa ſurgens, hoc modo loquutus eſt: Antehac, Cyre, conſentanea quadam ratione te in oculis omnium exhibebas, cum illis de cauſis, quas expoſuiſti; tum quod nos ii non eramus, quos tu colere maxime deberes. Quippe nos etiam noſtra cauſa tunc aderamus. At erat neceſſe tibi, quouis vt pacto multitudinem tibi conciliares; vt quam lubentiſſime nobiſcum eoſdem ſuſcipere labores, et eadem adire pericula vellet.

(a) Perſae ſolem ita nominarunt.

ἐθέλοιεν· νῦν δ' ἐπειδὴ οὐχ ὅτῳ τρόπῳ μόνον ἔχεις, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἀνακτᾶσθαι δύνασαι, ὡς καιρὸς εἴη, ἤδη καὶ οἰκίας σε τυχεῖν ἄξιον. ἢ τί ἀπολαύσαις ἂν τῆς ἀρχῆς, εἰ μόνος ἄμοιρος εἴης ἑστίας, ἣ ὅτε ὁσιώτερον χωρίον ἐν ἀνθρώποις, ὅτε ἥδιον, ὅτε οἰκειότερόν ἐστιν οὐδέν; ἔπειτα δ', ἔφη, οὐκ ἂν οἴει καὶ ἡμᾶς αἰσχύνεσθαι, εἰ σὲ μὲν ὁρῶμεν ἔξω καρτεροῦντα, αὐτοὶ δ' ἐν οἰκίαις εἴημεν, καὶ σοῦ δοκοίημεν πλεονεκτεῖν; ἐπεὶ δὲ Χρυσάντας ταῦτα ἔλεξε, συνηγόρευον αὐτῷ κατὰ ταῦτα πολλοί.

κ'. Ἐκ τούτου δὴ εἰσέρχεται εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὰ ἐκ Σάρδεων χρήματα ἐνταῦθ' οἱ ἄγοντες ἀπέδοσαν. ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθεν ὁ Κῦρος, πρῶτον μὲν Ἑστίᾳ ἔθυσεν, ἔπειτα Διὶ βασιλεῖ, καὶ εἴ τινι ἄλλῳ θεῷ οἱ Μάγοι ἐξηγοῦντο. ποιήσας δὲ ταῦτα, τὰ ἄλλα ἤδη ἤρχετο διοικεῖν. ἐννοῶν δὲ τὸ αὐτοῦ πρᾶγμα, ὅτι ἐπιχειροίη μὲν ἄρχειν πολλῶν ἀνθρώπων, παρασκευάζοιτο δὲ οἰκεῖν ἐν πόλει τῇ μεγίστῃ τῶν

vellet. Nunc quum non modo talis sis, sed etiam conciliare possis alios, quos opportunum fuerit: aequum est, vt tibi quoque iam domus contingat. Quippe quem alioquin ex imperio fructum perciperes, si careres solus foco domestico, quo nullus neque sanctior fundus est inter homines, neque gratior, neque magis noster et peculiaris? Praeterea non adfici nos etiam pudore putas, si te videamus foris toleranter vivere: nos in aedibus degere, ac videri conditione, quam tua sit, esse potiori? Haec vbi Chrysantas protulisset, eadem et ab aliis adprobantibus fuere dicta.

20. Tum deinde Cyrus regiam ingreditur, et qui pecunias Sardibus aduexerant, heic eas tradebant. Quum ingressus esset, primum Vestae rem sacram fecit, deinde Ioui regi, et si cui alteri Deo Magi sacrificandum suis e ritibus indicarent. Quibus peractis, iam alia quoque coepit administrare. Quumque in mentem ei veniret, quid in se negotii suscepisset, qui multis mortalibus imperare niteretur, et habere domicilium in vrbe inter illustres amplissima instituere,

τῶν φανερῶν, αὐτὴ δὲ ὅτως ἔχοι αὐτῷ, ὡς ἂν πολεμιωτάτη γένοιτο ἀνδρὶ πόλις· ταῦτα δὴ λογιζόμενος, φυλακῆς περὶ τὸ σῶμα ἠγήσατο δεῖσθαι. γνοὺς δ' ὅτι ἁδαμοῦ ἄνθρωποι εὐχειρωτότεροί εἰσιν, ἢ ἐν σίτοις καὶ ποτοῖς καὶ λουτρῷ καὶ κοίτῃ καὶ ὕπνῳ, ἐσκόπει τίνας ἂν ἐν τούτοις περὶ ἑαυτὸν πιστοτάτους ἔχοι.

κά. Ἐνόμισε δὲ μὴ ἂν γενέσθαι ποτὲ πιστὸν ἄνθρωπον, ὅστις ἄλλον μᾶλλον φιλήσει τοῦ τῆς φυλακῆς δεομένου. τοὺς μὲν οὖν ἔχοντας παῖδας, ἢ γυναῖκας συναρμοζούσας, ἢ παιδικά, ἔγνω φύσει συνηναγκάσθαι ταῦτα μάλιστα φιλεῖν. τοὺς δὲ εὐνούχους ὁρῶν πάντων τούτων στερομένους, ἡγήσατο τούτους ἂν περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, οἵτινες δύνανται πλουτίζειν μάλιστα αὐτούς, καὶ βοηθεῖν εἴ τι ἀδικοῖντο, καὶ τιμὰς περιαπλεῖν αὐτοῖς. τούτους δὲ εὐεργετοῦντα ὑπερβάλλειν αὐτὸν οὐδένα ἡγεῖτο δύνασθαι. πρὸς δὲ τούτοις, ἄδοξοι ὄντες οἱ εὐνοῦχοι παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο δεσπότου

stituere, quae sic adfecta in eum esset, vt vrbs alicui maxime infesta: quum haec, inquam, expenderet, corporis sibi custodia opus esse existimauit. Quod item sciret, homines opprimi facilius non posse, quam inter vescendum, bibendum, lauandum, in cubili et somno: circumspiciebat quosnam in his sibi maxime fidos habere posset.

21. Arbitrabatur autem, non posse fidum hominem vnquam esse, qui magis amaret alium, quam illum, qui eius custodia indigeret. Quamobrem alios, quibus essent liberi, vel coniuges genio congruentes, vel amores alii, naturae quadam coactione iudicabat ad eos maxime diligendos impelli. At eunuchos omnibus his carere cernens, maximi facturos putabat illos, a quibus locupletari plurimum possent, et opem habere, si iniuriis adficerentur, atque etiam honoribus ornari. A quo autem beneficiis in hos conferendis ipse superari posset, neminem fore censebat. Praeterea quum ignobiles et pretii nullius sint apud homines ceteros eunuchi, hanc ipsam ob causam domino

δεσπότᾳ ἐπικύρᾳ προσδέονται. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἦν, ὅστις οὐκ ἂν ἀξιώσειεν εὐνύχᾳ πλέον ἔχειν ἐν παντὶ, εἰ μή τι ἄλλο κρεῖττον ἀπείργοι. δεσπότῃ δὲ πιστὸν ὄντα οὐδὲν κωλύει πρωτεύειν καὶ τὸν εὐνῦχον.

κϐ'. Ὁ δ' ἂν μάλιστά τις οἰηθείη, ἀνάλκιδας τὰς εὐνύχας γίγνεσθαι, οὐδὲ τοῦτο ἐφαίνετο αὐτῷ. ἐτεκμαίρετο δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι οἵ τε ὑβρισταὶ ἵπποι ἐκτεμνόμενοι, τῷ μὲν δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύονται, πολεμικοὶ δὲ οὐδὲν ἧττον γίγνονται· οἵ τε ταῦροι ἐκτεμνόμενοι, τῷ μὲν μέγα φρονεῖν καὶ ἀπειθεῖν ὑφίενται, τῷ δ' ἰσχύειν καὶ ἐργάζεσθαι οὐ σφίσκονται· καὶ οἱ κύνες δὲ ὡσαύτως, τῷ μὲν ἀπολείπειν τὰς δεσπότας ἀποπαύονται ἐκτεμνόμενοι, φυλάττειν δὲ καὶ εἰς θήραν οὐδὲν κακίους γίγνονται. καὶ οἵ γε ἄνθρωποι ὡσαύτως ἠρεμέστεροι γίγνονται, σφισκόμενοι ταύτης τῆς ἐπιθυμίας, οὐ μέντοι ἀμελέστεροί γε τῶν προσασσομένων, οὐδ' ἧττόν τι ἱππικοὶ, οὐδὲ ἧσσόν τι ἀκοντιστικοὶ, οὐδὲ ἧσσον φιλότιμοι.

κγ'. Κατάδηλοι

mino indigent, qui ſuppetias eis ferat. Quippe nemo non potior eſſe velit in omnibus eunucho, ſi non obſtet aliquid, cui vires ſint maiores. Iam qui domino fidelis eſt, eum nihil impedit, quo minus locum principem teneat, licet eunuchus ſit.

22. Quod autem maxime quis exiſtimet, eunuchos imbelles effici: ne id quidem Cyro videbatur. Et heic ei argumento erant animalia quoque caetera. Nimirum feroces et inſolentes equi, ſi caſtrentur, deſinunt illi quidem mordere, ac inſolentes eſſe, ſed nihilominus ad res bellicas idonei ſunt: et tauri, ſi caſtrentur, nonnihil de ferocia et contumacia remittunt, ſed robore ſuo tamen, et viribus ad laborandum, haud deſtituuntur: eodemque modo canes caſtrati, non amplius dominos illi quidem deſerunt, ſed ad cuſtodiam et venationem nihilo redduntur deteriores. Sic et homines magis ſedati fiunt, vbi haec cupiditas eis eſt adempta: neque tamen vel negligentiores ſunt in exſequendis iis, quae imperantur, vel minus ad equitandum, vel iaculandum idonei, vel minus honoris cupidi.

κγ'. Καταδηλοι δὲ γίγνονται καὶ ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ ἐν ταῖς θήραις, ὅτι ἔσωζον τὸ φιλόνεικον ἐν ταῖς ψυχαῖς. τᾷ δὲ πιστοὶ εἶναι, ἐν τῇ φθορᾷ τῶν δεσποτῶν μάλιστα βάσανον ἐδίδοσαν. οὐδένες γὰρ πιστότερα ἔργα ἐπεδείκνυντο ἐν ταῖς δεσποτικαῖς συμφοραῖς τῶν εὐνούχων. εἰ δέ τι ἄρα τῆς τοῦ σώματος ἰσχύος μειοῦσθαι δοκοῦσιν, ὁ σίδηρος ἂν ἰσοῖ τοὺς ἀσθενεῖς ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς ἰσχυροῖς. ταῦτα δὲ γιγνώσκων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν θυρωρῶν, πάντας τοὺς περὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας, ἐποιήσατο εὐνούχους.

κδ'. Ηγησάμενος δὲ οὐχ ἱκανὴν εἶναι τὴν φυλακὴν ταύτην πρὸς τὸ πλῆθος τῶν δυσμενῶς ἐχόντων, ἐσκόπει τίνας τῶν ἄλλων ἂν πιστοτάτους περὶ τὸ βασίλειον φύλακας λάβοι. εἰδὼς δ' ὃν Πέρσας τοὺς οἴκοι, κακοβιωτάτους μὲν ὄντας διὰ πενίαν, ἐπιπονωτάτα δὲ ζῶντας διὰ τὴν τῆς χώρας τραχύτητα, καὶ διὰ τὸ (b) αὐτουργοὺς εἶναι, τούτους ἐνόμισε μάλιστ' ἂν ἀγαπᾶν τὴν παρ' ἑαυτῷ δίαιταν. λαμβάνει

23. Immo tum in bellis, tum in venando manifeste declarant, in animis ipsorum quoddam contentionis studium superesse. Documenta vero fidelitatis in dominorum interitu maxima dedere. Nulli enim alii magis spectatae fidei facinora designarunt, in dominorum suorum calamitatibus, quam eunuchi. Quod si maxime nonnihil de viribus corporis existimetur in eis decedere, ferrum tamen in bello valentibus imbelles exaequat. Haec igitur quum animaduerteret, facto ab ianitoribus initio, illos omnes, quibus corporis sui curam committebat, ex eunuchis delegit.

24. Quod etiam existimaret, non sufficere custodiam hanc aduersus eorum multitudinem, qui hostiliter adfecti essent: circumspiciebat, quos e ceteris maxime fidos regiae custodes sumeret. Quod ergo sciret Persas domi relictos, pessime propter inopiam victitare, laboresque tota vita sustinere grauissimos, tum ob agri Persici asperitatem, tum quod opus ipsi faciant: hos potissimum istam viuendi apud se rationem amplexuros arbitratus est. Itaque

(b) Hoc est: quod ipsi operarii sunt, seu labore manuum victum quaeritant.

λαμβάνει ἓν τούτων μυρίους δορυφόρους, οἱ κύκλῳ μὲν νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐφύλαττον ἐπὶ τὰ βασίλεια, ὁπότε ἔσω ῥαΐσειεν· ὁπότε δὲ ἐξίοι που, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τεταγμένοι ἐπορεύοντο. νομίσας δὲ καὶ Βαβυλῶνος ὅλης φύλακας δεῖν εἶναι ἱκανούς, εἴτ' ἐπιδημῶν αὐτὸς τυγχάνοι, εἴτε καὶ ἀποδημῶν, κατέσησε καὶ ἐν Βαβυλῶνι φρουροὺς ἱκανούς· μισθὸν δὲ καὶ τούτοις Βαβυλωνίους ἔταξε παρέχειν, βουλόμενος αὐτοὺς ὡς ἀμηχανωτάτους εἶναι, ὅπως ὁτιταπεινότατοι καὶ εὐκαθεκτότατοι εἶεν.

κε'. Αὕτη μὲν δὴ περὶ αὐτόν τε φυλακὴ, καὶ ἡ ἐν Βαβυλῶνι τότε καταστᾶσα, καὶ νῦν ἔτι ὥτως ἔχουσα διαμένει. σκοπῶν δ' ὅπως ἄν καὶ ἡ πᾶσα ἀρχὴ κατέχοιτο, καὶ ἄλλη ἔτι προσγίγνοιτο, ἡγήσατο τοὺς μισθοφόρους τούτους ἀποτοσοῦτον βελτίονας τῶν ὑπηκόων εἶναι, ὅσον ἐλάττονας· τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγίγνωσκε συνεκτέον εἶναι, οἵπερ σὺν τοῖς Θεοῖς τὸ κρατεῖν παρέσχον· καὶ

Itaque decies mille ſatellites haſtatos ex his ſibi legit, qui et noctu et interdiu in excubiis vndique circum regiam eſſent, quandocunque intus ipſe quieſceret: ſin aliquo prodiret, hinc et illinc inſtructi circum ipſum incederent. Quia vero exiſtimabat, etiam totam Babylonem praeſidiarios requirere, qui cuſtodiendae ſufficerent, ſiue adeo ad vrbem eſſet ipſe, ſeu abiſſet peregre: idoneum Babyloni quoque praeſidium impoſuit, cui ſtipendium a Babyloniis numerari iuſſit; quod eos quam maxime inopes eſſe vellet, vt abiectiſſimi fierent, ac in officio contineri facillime poſſent.

25. Atque haec, quae tunc et circum ipſum, et Babylone collocata fuit cuſtodia, nunc etiam in eodem ſtatu manet. Praeterea quum conſideraret, quo pacto vniuerſum imperium conſeruari, atque etiam aliqua principatus alterius acceſſione augeri poſſet: exiſtimabat hoſce ſtipendiarios non tam meliores eſſe reliquis ſubditis, quam numero inferiores: ideoque viros fortes ſecum retinendos iudicabat, qui Diis iuuantibus, ſibi potentiam iſtam conci-

καὶ ἐπιμελητέον, ὅπως μὴ ἀνήσωσι τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν. ὅπως δὲ μὴ ἐπιτάττειν αὐτοῖς δοκοίη, ἀλλὰ γνόντες καὶ αὐτοὶ ταῦτα ἄριστα εἶναι, ὕτως ἐμμένοιέν τε καὶ ἐπιμελοῖντο τῆς ἀρετῆς, συνέλεξε τούς τε ὁμοτίμους καὶ πάντας ὁπόσοι ἐπικαίριοι ἦσαν, καὶ ἀξιοχρεώτατοι αὐτῷ ἐδόκουν κοινωνοὶ εἶναι καὶ πόνων καὶ ἀγαθῶν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξε τοιάδε.

ιϛ'. Ανδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν Θεοῖς μεγίστη χάρις, ὅτι ἔδοσαν ἡμῖν τυχεῖν, ὧν ἐνομίζομεν ἄξιοι εἶναι. νῦν μὲν γὰρ δὴ ἔχομεν καὶ γῆν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, καὶ οἵτινες ταύτην ἐργαζόμενοι θρέψουσιν ἡμᾶς. ἔχομεν δὲ καὶ οἰκίας, καὶ ἐν ταύταις κατασκευάς. καὶ μηδείς γε ὑμῶν ἔχων ταῦτα νομισάτω ἀλλότρια ἔχειν. νόμος γὰρ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμῶντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τὰ χρήματα. ἄκων ἀδικίᾳ γε ἕξετε ὅ, τι ἂν ἔχοιτε,

liaſſent; et curandum, vt virtutis exercitationem non intermitterent. Ne vero videretur hoc eis imperare, ſed vt ipſi cenſerent, haec eſſe optima, et in eis perſeuerarent, ac virtutem ſtudioſe colerent: tum Perſicos aequales conuocauit, tum ceteros omnes, quos opportunum eſſet, quique viderentur inprimis idonei, vt tam in laborum, quam commodorum ſocietatem admitterentur. Vbi conueniſſent, orationem huiusmodi habuit:

16. Maximam Diis gratiam habemus, amici et ſocii, quod ea nobis adipiſci conceſſerint, quibus arbitrabamur nos eſſe dignos. Eſt enim iam noſtra in poteſtate ſolum amplum ac fertile, nec deſunt, qui hoc colendo nos alent. Sunt etiam nobis aedes, et eae quidem inſtructae. Nec eſt cur quiſquam veſtrum haec poſſidens, aliena ſe poſſidere exiſtimet. Eſt enim aeterna lex inter omnes homines, capta eorum vrbe, qui bellum aliis faciunt, tam corpora illorum, qui ſunt in vrbe, quam fortunas iis vindicari, qui vrbem capiunt. Quamobrem iniuſte non poſſidebitis, quae tenetis: ſed ſi quid hoſtes retinere permiſeritis,

ἔχοιτε, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ ἂν ἀφαιρήσεσθε, ἤν τι ἐᾶτε ἔχειν αὐτάς.

Τὸ μέντοι ἐκ τῶνδε, ὅτως ἐγὼ γιγνώσκω, ὅτι εἰ μὲν τρεψόμεθα ἐπὶ ῥαδιουργίαν καὶ τὴν τῶν κακῶν ἀνθρώπων ἡδυπάθειαν, (οἳ νομίζουσι τὸ μὲν πονεῖν ἀθλιώτατον, τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν) ταχὺ ἡμᾶς φημὶ ὀλίγα ἀξίους ἡμῖν αὐτοῖς ἔσεσθαι, καὶ ταχὺ πάντων τῶν ἀγαθῶν στερήσεσθαι. ἃ γάρ τοι τὸ ἀγαθὰς ἄνδρας γενέσθαι, τοῦτο ἀρκεῖ, ὥστε καὶ διατελεῖν ὄντας ἀγαθὰς, ἢν μή τις αὐτῶν διὰ τέλους ἐπιμελῆται· ἀλλὰ ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἀμεληθεῖσαι μείονος ἄξιαι γίγνονται, καὶ τὰ σώματά γε αὐτὰ εὖ ἔχοντα, ὁπόταν τις αὐτὰ ἀνῇ ἐπὶ ῥαδιουργίαν, πονήρως πάλιν ἔχει· οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἐγκράτεια, καὶ ἡ ἀλκὴ, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται.

Οὐκοῦν δεῖ μέλλειν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ αὐτίκα ἡδὺ προϊέναι αὐτάς. μέγα μὲν γὰρ, οἶμαι, ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον, τὸ λαβόντα διασώσασθαι.

seritis, id ablatum non esse, clementiae vestrae acceptum referri debet.

Quod attinet illa, quae agenda deinceps erunt, haec mea sententia est: Si deflectamus ad inertiae desidiam, et ad vitam ignauorum hominum voluptariam, qui laborem pro re miserrima, vitam laboris expertem pro voluptaria ducunt: cito nos equidem nobis ipsis aio parum vtiles futuros, adeoque bona haec vniuersa cito amissuros. Non enim viros fortes fuisse sufficit ad hoc, vt fortes permaneant, nisi quis perpetuo diligentiam, vt talis sit, adhibeat; sed vt artes etiam aliae per neglectionem minoris aestimantur, et vt ipsa corpora bene adfecta, per desidiae remissionem male se rursum habere incipiunt: sic et temperantia, et continentia, et fortitudo, quum quis exercitationem horum remittit, exinde rursus ad improbitatem deflectunt.

Non igitur per inertiam cessandum nobis, nec in id, quod in praesentia suaue est, proruendum. Quippe magnum equidem aliquid esse arbitror, imperium parare: sed multo maius, id quod

σώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν, πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο· τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. ἃ χρὴ γιγνώσκοντας, νῦν πολὺ μᾶλλον ἀσκεῖν τὴν ἀρετήν, ἢ πρὶν τάδε τἀγαθὰ κτήσασθαι· εὖ εἰδότας ὅτι ὅταν πλεῖσά τις ἔχῃ, τότε πλεῖστοι καὶ φθονοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ πολέμιοι γίγνονται, ἄλλως τε κἂν παρ' ἀκόντων τά τε κτήματα καὶ τὴν θεραπείαν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἔχῃ.

Τοὺς μὲν δὴ θεοὺς οἴεσθαι χρὴ σὺν ἡμῖν ἕσεσθαι. οὐ γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἀδίκως ταῦτα ἔχομεν, ἀλλ' ἐπιβουλευθέντες ἐτιμωρησάμεθα. τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο κράτιστον, ἡμῖν αὐτοῖς παρασκευαστέον· τοῦτο δέ ἐστι, τὸ βελτίονας ὄντας τῶν ἀρχομένων, ἄρχειν ἀξιοῦν. θάλπους μὲν δή, καὶ ψύχους, καὶ σίτων, καὶ ποτῶν, καὶ πόνων, καὶ ὕπνου ἀνάγκη καὶ τοῖς δούλοις μεταδιδόναι· μεταδιδόντας γε μέντοι, πειρᾶσθαι δεῖ ἐν τούτοις πρῶτον βελτίονας αὐτῶν φαίνεσθαι.

sis adeptus, conseruare. Nam adipisci saepius etiam illi contigit, qui audaciam duntaxat adhiberet: sed retinere, quod adeptus sis, id vero non iam sine temperantia, nec sine continentia, nec sine multo studio fieri solet. Quae quum intelligamus, multo iam magis virtutem exercere debemus, quam antea, bonis hisce nec dum partis: atque etiam sciri nos oportet, tum plurimos et inuidere, et insidiari, et hostes fieri, quum plurima quis possidet: praesertim si ab inuitis et opes, et obsequium, quod nobis vsu venit, habeat.

Deos quidem certe nobiscum futuros existimandum est. Non enim insidiis vsi, haec iniuste possidemus; sed insidiis petiti poenas sumsimus. Quod vero secundum hoc optimum est, a nobis ipsis parari debet: Est autem illud, vt subditis ipsi meliores, imperio nos dignos aestimemus. Caloris sane, et frigoris, et ciborum, et potus, et laborum, et somni partem seruis etiam concedi necesse est, sed ita tamen haec cum ipsis communia nobis esse debent, vt declarare nos in his primum praestantiores eis conemur

φαίνεσθαι. πολεμικῆς δ' ἐπιστήμης καὶ μελέτης παντάπασιν οὐ μεταδοτέον τούτοις, ὅς τινας ἐργάτας τε ἡμετέρους, καὶ δασμοφόρους βουλόμεθα κτήσασθαι, ἀλλ' αὐτοὺς δεῖ τούτοις τοῖς ἀσκήμασι πλεονεκτεῖν, γιγνώσκοντας ὅτι ἐλευθερίας ταῦτα ὄργανα καὶ εὐδαιμονίας οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπέδειξαν· καὶ ὥσπερ γε ἐκείνους τὰ ὅπλα ἀφῃρήμεθα, οὕτως ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖ μὴ τῶν ὅπλων ποτ' ἐρήμους γίγνεσθαι· εὖ εἰδότας ὅτι τοῖς ἀεὶ ἐγγυτάτω τῶν ὅπλων ὄσι, τούτοις καὶ οἰκειότατά ἐστιν, ἃ ἂν βούλωνται.

Εἰ δέ τις τοιαῦτα ἐννοεῖται, τί δῆτα ἡμῖν ὄφελος καταπράξαι, ἃ ἐπεθυμοῦμεν, εἰ ἔτι δεήσει καρτερεῖν καὶ πεινῶντας καὶ διψῶντας καὶ ἐπιμελομένους καὶ πονοῦντας; ἐκεῖνο δεῖ καταμαθεῖν, ὅτι τοσούτῳ τἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει, ὅσῳ ἂν μᾶλλον προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ ἀπίοι. οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς. ἄνευ δὲ τοῦ δεόμενον τυγχάνειν τινὸς, οὐδὲν οὕτω πολυτελῶς παρασκευασθείη ἂν, ὥσθ'

conemur. Militaris vero scientiae atque exercitationis omnino nihil cum iis communicandum est, quos adquirere volumus, vt nobis et laboribus operisque suis inseruiant, et tributum pendant: sed his exercitiis nos superiores istis esse debemus, atque adeo scire, Deos ipsos hominibus haec instrumenta libertatis et felicitatis exhibuisse. Et quemadmodum arma istis ademimus, ita nos ipsos nunquam ab armis destitui oportet; idque pro certo habere persuasum, illis omnia, quaecunque velint, maxime sua et propria esse, qui quamproxime ab armis absint.

Quod si quis huiusmodi quaedam cogitat: Quid ergo conducit nobis, quod ea, quae cupiebamus, perfecerimus; si quidem adhuc necesse erit famem, sitim, curas, labores tolerare? Nimirum hoc cognosci oportet, tanto plus adferre laetitiae bonā, quanto maiori labore praecedente ad ea perueniatur. Labores enim fortibus viris obsonii loco sunt. At absque eo, vt aliquis indigeat eius, quod consequitur, nihil tam sumtuose parari possit,

ὥσθ' ἡδὺ εἶναι. εἰ δὲ ὧν μὲν μάλιστα ἄνθρωποι ἐπιθυμοῦσιν, ὁ δαίμων ἡμῖν ταῦτα συμπαρεσκεύακεν, ὡς δ' ἂν ἥδιστα ταῦτα φαίνοιτο, αὐτός τις αὐτῷ ταῦτα παρασκευάσει· ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῶν ἐνδεεστέρων βίᾳ, ὅσῳ πεινήσας τῶν ἡδίστων σίτων τεύξεται, καὶ διψήσας τῶν ἡδίστων ποτῶν ἀπολαύσεται, καὶ δεηθεὶς ἀναπαύσεως, ἥδιστον ἀναπαύσεται. ὧν ἕνεκα φημὶ, χρῆναι νῦν ἐπιταθῆναι ἡμᾶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ὅπως τῶν τε ἀγαθῶν ἥ ἄριστον καὶ ἥδιστον ἀπολαύσωμεν, καὶ ὅπως τοῦ πάντων χαλεπωτάτου ἄπειροι γενώμεθα. τὸ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ οὕτω χαλεπὸν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι λυπηρόν.

Ἐννοήσατε δὲ καὶ ἐκεῖνο, τίνα πρόφασιν ἔχοντες ἂν προελοίμεθα κακίονες, ἢ πρόσθεν, γενέσθαι. πότερον ὅτι ἄρχομεν; ἀλλ' ὃ δήπου τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων πονηρότερον προσήκει εἶναι. ἀλλ' ὅτι εὐδαιμονέστεροι δοκοῦμεν νῦν, ἢ πρότερον εἶναι· ἔπειτα τῇ εὐδαιμονίᾳ φήσει τὶς τὴν κακίαν ἐπιτρέπειν; ἀλλ' ὅτι ἐπεὶ κεκτήμεθα

δῆλος,

vt ſuaue ſit. Quod ſi ea, quae maxime homines expetunt, diuinitus nobis parata ſunt; vt autem illa quam ſuauiſſima videantur, ipſe ſibi quiſque parat: ſane vir talis in hoc meliori erit conditione, quam alii victus indigentes; quod eſuriens ſuauiſſimis cibis veſcetur, et ſitiens fruetur ſuauiſſimo potu, et requietis egens, ſuauiſſime quieſcet. Quapropter equidem cenſeo, debere iam nos contentis viribus bonorum virorum officio fungi; vt bonis quamoptime ſuauiſſimeque fruamur, et quod omnium eſt grauiſſimum, non experiamur. Nec enim adeo graue ac moleſtum eſt, bona non adipiſci; quam acerbum, quae ſis adeptus, amittere.

Quin hoc etiam conſideretis, quam praetexere cauſam velimus, cur nunc potius vitam ignauiorem ſectemur, quam antehac. An propterea, quod cum imperio ſumus? At vero non conuenit, eum, qui cum poteſtate ſit, ſubiectis ſibi peiorem eſſe. An quod eſſe iam feliciores videamur, quam prius; idcircone fortunae proſperae dicet aliquis indulgendam eſſe ignauiam? An quia ſeruos adepti

δήλους, τούτους κολάσομεν, ἢν πονηροὶ ὦσι; καὶ τί προσήκει αὐτὸν ὄντα πονηρὸν, πονηρίας ἕνεκα, ἢ βλακείας, ἄλλους κολάζειν;

Ἐννοεῖτε δ' ἔτι καὶ τοῦτο, ὅτι τρέφειν μὲν παρεσκευάσμεθα πολλοὺς, καὶ τῶν ἡμετέρων οἴκων φύλακας, καὶ τῶν σωμάτων. αἰσχρὸν δὲ πῶς ἂν εἴη, εἰ δὴ ἄλλους μὲν δορυφόρους τῆς σωτηρίας οἰησόμεθα χρῆναι τυγχάνειν, αὐτοὶ δὲ ἡμῖν αὐτοῖς οὐ δορυφορήσομεν; καὶ μὴν εὖ γε δεῖ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλη φυλακὴ τοιαύτη, οἵα αὐτόν τινα καλὸν κἀγαθὸν ὑπάρχειν. τοῦτο γὰρ δεῖ συμπαρομαρτεῖν. τῷ δ' ἀρετῆς ἐρήμῳ οὐδὲ ἄλλο καλῶς ἔχειν οὐδὲν προσήκει.

Τί οὖν φημι χρῆναι ποιεῖν, καὶ πῶς τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν, καὶ πῶς τὴν μελέτην ποιεῖσθαι; οὐδὲν καινὸν, ὦ ἄνδρες, ἐρῶ· ἀλλ' ὥσπερ ἐν Πέρσαις ἐπὶ τοῖς ἀρχείοις οἱ ὁμότιμοι διάγουσιν, οὕτω καὶ ἡμᾶς φημὶ χρῆναι ἐνθάδε ὄντας τοὺς ὁμοτίμους πάντας, ἅπερ καὶ ἐκεῖ ἐπιτηδεύειν, καὶ ὑμᾶς γε ἐμὲ ὁρῶντας κατανοεῖν παρόντας

epti nunc habemus, in eos animaduertemus, si fuerint improbi? At quo pacto conuenit, eum, qui sit ipsemet improbus, alios improbitatis aut dissolutionis causa plectere?

Praeterea cogitetis velim, instituisse nos multos alere, tam aedium nostrarum, quam corporum custodes. At quomodo turpe non fuerit, nos alios salutis nostrae satellites parandos nobis existimare, ipsos autem nos minime nobis satellites esse? Atqui certo sciendum est, non esse vllum aliud tale praesidium vel custodiam, qualis est ista, si virtute quis praestet. Hoc enim vna comitari necesse est. Ei vero, qui virtute destituitur, nec aliud quidquam recte succedere conuenit.

Quid igitur esse faciendum aio? et vbi virtutem exercendam? vbi studium et operam adhibendam? Nihil noui proferam: sed sicut illi aequales dignitate in Persia degunt, ac versantur ad curias; sic aio nobis aequalibus vniuersis, quotquot heic adestis, iisdem studiis operam dandam, quibus illic occupati fuimus: ac vos quidem me praesentes intueri debetis, et

παρόντας, εἰ ἐπιμελόμενος ὧν δεῖ διάξω· ἐγώ τε ὑμᾶς κατανοῶν θεάσομαι, καὶ ὃς ἂν ὁρῶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐπιτηδεύοντας, τούτους τιμήσω. καὶ τοὺς παῖδας δὲ, οἳ ἂν ἡμῖν γίγνωνται, ἐνθάδε παιδεύωμεν. αὐτοὶ γὰρ βελτίονες ἐσόμεθα, βλεπόμενοι τοῖς παισὶν ὡς βέλτιστα παραδείγματα ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχειν· οἵ τε παῖδες ἥδ' ἂν εἰ βούλοιντο ῥᾳδίως πονηροὶ γένοιντο, αἰσχρὸν μὲν μηδὲν μήτε ὁρῶντες μήτε ἀκούοντες, ἐν δὲ καλοῖς κἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασι διημερεύοντες.

ΞΕΝΟ-

et animaduertere, num in iis curandis aſſiduus ſim, quae curari a me neceſſe eſt: ego viciſſim animum aduertens vos contemplabor, et quos quidem videro praeclaris et honeſtis rebus operam dare, honoribus et praemiis ornabo. Quinetiam liberos, qui nobis naſcentur, liberaliter heic inſtituamus. Nam et ipſi meliores erimus, ſi liberis noſtris nos ipſos tanquam exempla longe optima exhibere volemus: et liberi noſtri, etiamſi velint, non facile improbi euadent; quando nihil, quod turpe ſit, vel conſpecturi, vel audituri ſunt; ſed in virtutis et honeſti ſtudio dies totos conſument.

ΧΕΝΟ-

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

## ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ

### ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ

### ΚΕΦ. α'.

Κῦρος μὲν δὴ ἔτως εἶπεν· ἀνέξη δ' ἐπ' αὐτῷ Χρυσάντας, καὶ εἶπεν ὧδε· Αλλὰ πολλάκις μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοτε κατενόησα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς, ἐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθῦ. οἵ τε γὰρ πατέρες προνοῦσι τῶν παίδων, ὅπως μή ποτε αὐτὰς τἀγαθὰ ἐπιλείψει· Κῦρος τέ μοι δοκεῖ νῦν συμβελεύειν ἡμῖν, ἀφ' ὧν μάλιστ'

# XENOPHONTIS

## HISTORIARVM DE CYRI

## INSTITVTIONE

### LIBER OCTAVVS

### CAP. I.

Huiuſmodi Cyrus oratione tunc vſus fuit: poſt quem Chryſantas adſurgens, hoc modo loquutus eſt: Etiam aliis in rebus, commilitones, animaduerti ſaepius; nihil inter principem bonum, et patrem bonum, intereſſe. Nam et patres liberis proſpiciunt, ne vnquam eos bona deficiant: et Cyrus iam mihi videtur ea nobis conſulere, de quibus

λις ἂν εὐδαιμονοῦντες διατελοῖμεν. ὃ δέ μοι δοκεῖ ἐνδεέστερον ἢ ὡς ἐχρῆν δηλῶσαι, τοῦτο ἐγὼ πειράσομαι τοὺς μὴ εἰδότας διδάξαι. ἐννοήσατε γὰρ δή, τίς ἂν πόλις πολεμία ὑπὸ μὴ πειθομένων ἁλοίη; τίς δ' ἂν φιλία ὑπὸ μὴ πειθομένων διαφυλαχθείη; ποῖον δ' ἂν ἀπειθούντων στράτευμα νίκης τύχοι; πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐν μάχαις ἡτῶντο ἄνθρωποι, ἢ ἐπειδὰν ἄρξωνται ἰδίᾳ ἕκαστος περὶ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας βουλεύεσθαι; τί δ' ἂν ἄλλο ἀγαθὸν τελεσθείη ὑπὸ τῶν μὴ πειθομένων τοῖς κρείττοσι; ποῖαι δὲ πόλεις νομίμως ἂν οἰκήσειαν; ἢ ποῖοι οἶκοι σωθείησαν; πῶς δ' ἂν νῆες ὅποι δεῖ ἀφίκοιντο; ἡμεῖς δ' ἃ νῦν ἀγαθὰ ἔχομεν, διὰ τί ἄλλο μᾶλλον κατεπράξαμεν, ἢ διὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ταχὺ μὲν ὅποι ἔδει παρεγινόμεθα, ἀθρόοι δὲ τῷ ἄρχοντι ἑπόμενοι, ἀνυπόστατοι ἦμεν, τῶν δ' ἐπιταχθέντων οὐδὲν ἡμιτελὲς κατελεί-

quibus felicitatem perpetuam maxime conſequuturi ſimus. Quod autem minus mihi, quam oporteret, declaraſſe videtur: id equidem ignaros edocere conabor. Cogitate enim, quaenam vrbs hoſtium ab iis capi poſſit, qui nolint imperio parere? quae amicorum vrbs conſeruari poſſit ab iis, qui nolint imperio parere? qui militum contumacium exercitus victoria potiri poſſit? quonam modo facilius poſſint in proeliis homines vinci, quam vbi coeperint ſeorſum ſinguli ſalutis propriae conſilia capere? quid aliud rei praeclarae perfici poſſit ab iis, qui ſe potioribus haud parent? quae vrbes legitime adminiſtrentur? quae domus ſervari queant? quo pacto naues eo perueniant, quo tendunt? Nos ipſi ea commoda, quae modo nobis adſunt, quanam alia re magis comparauimus, quam principi parendo? Nam ita factum eſt, vt celeriter et noctu et interdiu, quo erat neceſſe, peruenieremus: et dum repente totis copiis principem ſequeremur, nemo vim et impetum noſtrum ſuſtinere potuerit: eorum denique nihil ſemiperfe-

ctum

καταλείπομεν. εἰ τοίνυν μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται εἰς τὸ καταπράττειν τἀγαθά, ἴστε εὖ ἴσε, ὅτι αὐτὸ τοῦτο καὶ εἰς τὸ διασώζειν, ἃ δεῖ, μέγιστον ἀγαθόν ἐστι.

Καὶ πρόσθεν μὲν δὴ πολλοὶ ἡμῶν ἦρχον, ἀδεγὸς δ' ἤρχομεν· νῦν δὲ κατεσκεύασθε ὥστω πάντες οἱ παρόντες, ὥστε ἄρχετε οἱ μὲν πλειόνων, οἱ δὲ μειόνων. ὥσπερ τοίνυν αὐτοὶ ἀξιώσετε ἄρχειν τῶν ὑφ' ὑμῖν, ὥτω καὶ αὐτοὶ πειθώμεθα, οἷς ἂν ἡμῖν καθήκοι. τοσοῦτον δὲ διαφέρειν ἡμᾶς δεῖ τῶν δούλων, ὅσον οἱ μὲν δοῦλοι, ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦσιν· ἡμᾶς δὲ, εἴπερ ἀξιοῦμεν ἐλεύθεροι εἶναι, ἑκόντας δεῖ ποιεῖν ὅ, τι πλείστου ἄξιον φαίνεται εἶναι. εὑρήσετε δὲ, ἔφη, καὶ ἔνθα ἄνευ μοναρχίας πόλις οἰκεῖται, τὴν μάλιστα τοῖς ἄρχουσιν ἐθέλουσαν πείθεσθαι, ταύτην ἥκιστα τῶν πολεμίων ἀναγκαζομένην ὑπακούειν. παρῶμέν τε ἂν, ὥσπερ Κῦρος κελεύει, ἐπὶ τόδε τὸ ἀρχεῖον,

ctum reliquerimus, quae nobis paerant imperata. Ergo si parere imperio, maximum esse bonum manifeste patet, ad comparandum bona cetera; certo sciendum vobis est, etiam idem hoc bonum esse maximum ad conseruandum ea, quae conservari necesse sit.

Et antea quidem multi nobis imperabant, quum nullis nos imperaremus: nunc res omnium, quotquot adestis, sic comparatae sunt, vt imperetis alii pluribus, alii paucioribus. Quemadmodum igitur aequum existimatis esse, vos potestati vestrae subiectis imperare: sic et ipsi pareamus eis, quibus officii ratio parere nos iubet. Tantum autem inter nos et seruos interesse oportet, quod illi quidem inuiti suas heris operas exhibent: nos vero, siquidem liberi esse volumus, sponte nostra facere convenit, quod maxime dignum laude videatur. Inuenietis autem, inquit, etiam ciuitatem, quae vnius imperio non administratur, si magistratibus omni studio parere velit, minime per vim eo posse adigi, vt hostium imperium accipiat. Quamobrem ad hanc, vti Cyrus praecipit, curiam

χεῖον, ἀσκῶμέν τε δι' ὧν μάλιστα δυνησόμεθα κατέχειν ἃ δεῖ, παρέχωμέν τε ἡμᾶς αὐτὰς χρῆσθαι Κύρῳ ὅ, τι ἂν δέῃ. καὶ τοῦτο γὰρ εὖ εἰδέναι χρή, ὅτι ἃ μὴ δύνηται Κῦρος εὑρεῖν ὅ, τι αὐτῷ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ χρήσεται, ἡμῖν δὲ ἄπειπερ τά γε αὐτὰ ἡμῖν συμφέρει, καὶ οἱ αὐτοί εἰσιν ἡμῖν πολέμιοι.

β'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπε Χρυσάντας, οὕτω δὴ καὶ ἄλλοι ἀνίσαντο πολλοὶ καὶ Περσῶν καὶ τῶν συμμάχων συνερῶντες· καὶ ἔδοξε, τὰς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτὰς χρῆσθαι ὅ, τι βέλησθαι ἕως ἂν ἀφίῃ Κῦρος. ὡς δὲ τότε ἔδοξεν, οὕτω καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ κατὰ τὴν Ασίαν ὑπὸ βασιλεῖ ὄντες· θεραπεύουσί τε τὰς τῶν ἀρχόντων θύρας. ὡς δ' ἐν τῷ λόγῳ δεδήλωται Κῦρος κατασησάμενος εἰς τὸ διαφυλάττειν ἑαυτῷ τε καὶ Πέρσαις τὴν ἀρχήν, ταῦτα καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον βασιλεῖς νόμιμα ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι ποιοῦντες. οὕτω δ' ἔχει καὶ ταῦτα ὥσπερ καὶ

riam praesto simus, nosque in iis exerceamus, quibus retinere potissimum queamus ea, quae conseruari necesse est; et operam Cyro nostram exhibeamus, vt ea, quamcunque ad rem opus hac fuerit ipsi, vtatur. Nam id quoque scire debemus, non posse Cyrum quidquam reperire, cuius vsus ad sua tantum, non etiam ad nostra commoda pertineat. Etenim eadem nobis conducunt, et iidem nobis hostes sunt.

2. Quae Chrysantas vbi dixisset, alii tum Persae, tum socii complures adsurgebant, qui haec oratione sua quoque comprobarent. Estque decretum, vt honorati semper ad portas praesto essent, et Cyro suam operam offerrent, quamcunque ad rem illi visum esset, donec eos dimitteret. Quod quidem ita, vt tunc decretum fuit, etiam hodieque faciunt ii, qui regis imperio in Asia parent: dum portas principum officiose frequentant. Atque vt hoc toto libro declaratum est, Cyrum sic constituisse imperium, vt illud et sibi et Persis conseruaret; ita reges eum sequuti nunc quoque constanter institutis iisdem inhaerent. Accidit autem in his, quod etiam

in

καὶ τἄλλα. ὅταν μὲν ὁ ἐπισάτης βελτίων γένηται, καθαρώτερον τὰ νόμιμα πράττεται· ὅταν δὲ χείρων, φαυλότερον. ἐφοίτων μὲν οὖν ἐπὶ τὰς θύρας Κύρου οἱ ἔντιμοι σὺν τοῖς ἵπποις καὶ ταῖς αἰχμαῖς, συνδόξαν πᾶσι τοῖς ἀρίστοις τῶν συγκατασκευαμένων τὴν ἀρχήν.

γ'. Κῦρος δ' ἐπὶ μὲν τἄλλα καθίστη ἄλλους ἐπιμελητάς, καὶ ἦσαν αὐτῷ καὶ προσόδων ἀποδεκτῆρες, καὶ δαπανημάτων δοτῆρες, καὶ ἔργων ἐπισάται, καὶ κτημάτων φύλακες, καὶ τῶν εἰς τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων ἐπιμεληταί. καὶ ἵππων δὲ καὶ κυνῶν ἐπιμελητὰς καθίστη, ὃς ἐνόμιζε καὶ ταῦτα τὰ βοσκήματα βέλτιν' ἂν παρέχειν αὐτῷ χρῆσθαι. ὃς δὲ συμφύλακας τῆς εὐδαιμονίας οἱ ᾤετο χρῆναι ἔχειν, τούτους ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσοιντο, αὐτὸς ἐσκόπει, καὶ οὐκέτι τοῦτο τὴν ἐπιμέλειαν ἄλλοις προσέταττεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐνόμιζε τοῦτο ἔργον εἶναι. ᾔδει γάρ, ὅτι εἴ γε μάχης ποτὲ δεήσοι, ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ παρασάτας καὶ

in aliis. Quum is, qui praeeſt rerum ſummae, vir aliquanto melior eſt, etiam ſincerius puriuſque legitima inſtituta maiorum obſeruantur: quum deterior aliquis, ſegnius. Frequentabant igitur illi honorati cum equis et haſtis Cyri portas, quando ita decretum eſſet a praeſtantiſſimis auctoritate viris, qui vna cum ipſo imperium illud euerterunt.

3. Ceterum aliis aliarum rerum curam Cyrus mandabat, quum quidem et eos haberet, qui vectigalia reciperent, et qui ſumtuum expenſas facerent, et praeſides operum, et facultatum cuſtodes, et rerum ad victum neceſſariarum procuratores. Etiam nonnullis equorum et canum curam committebat, quos exiſtimabat effecturos haec animalia ſuum ad vſum accommodatiſſima. Vt autem illi, quos ſecum habere vellet, in ſocietatem conſeruandae felicitatis admittendos, longe optimi euaderent; meditandum ſibi ſumebat, nec aliis eam curam mandabat, ſed eſſe munus hoc ſuum arbitrabatur. Norat enim, ſi pugnandum aliquando eſſet, ex illorum numero ſibi et adſtites

καὶ ἐπισάτας λῃπλέον εἴη, σὺν οἵσπερ οἱ μέγιστοι κίνδυνοι· καὶ ταξιάρχας δὲ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων ἐγίγνωσκεν ἐκ τούτων καταστατέον εἶναι. εἰ δέοι δὲ καὶ στρατηγῶν τιν' ἄνευ αὐτοῦ, ᾔδει ὅτι ἐκ τούτων πεμπλέον εἴη.

δ'. Καὶ πόλεων δὲ καὶ ἄλλων ἐθνῶν φύλαξι καὶ σατράπαις ᾔδει ὅτι τούτων τισὶ χρηστέον, καὶ πρέσβεις γε τούτων τινὰς πεμπλέον· ὅπερ ἐν τοῖς μεγίστοις ἡγεῖτο εἶναι, εἰς τὸ ἄνευ πολέμου τυγχάνειν, ὧν δέοιτο. μὴ ὄντων μὲν ἂν, οἵων δεῖ, δι' ὧν αἱ μέγισται καὶ πλεῖσται πράξεις ἔμελλον εἶναι, κακῶς ἡγεῖτο τὰ αὑτοῦ ἕξειν· εἰ δ' ὅτοι εἶεν, οἵους δέοι, πάντα ἐνόμιζε καλῶς ἕσεσθαι. ἐνέδυ μὲν ἂν, ὅτω γνοὺς, εἰς ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν. ἐνόμιζε δὲ τὴν αὐτὴν καὶ αὐτῷ ἄσκησιν εἶναι τῆς ἀρετῆς. ὃ γὰρ ᾤετο οἷόν τε εἶναι, μὴ αὐτόν τινα ὄντα, οἷον δεῖ, ἄλλους παρορμᾶν ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἔργα. ὡς δὲ ταῦτα διενοήθη, ἠγήσατο σχολῆς

et ſubſtites ſumendos eſſe, qui maximis in periculis exerciti fuiſſent; itidemque praefectos cohortium tam pedeſtrium, quam equeſtrium ex iiſdem conſtituendos eſſe intelligebat. Quod ſi copiarum praetoribus aliis, praeter ſe, opus eſſet; ex his ipſis mittendos eſſe ſciebat.

4. Quinetiam norat, quorundam ex his opera vtendum eſſe, vt et vrbium et totarum nationum tum cuſtodes eſſent, tum ſatrapae, legatique nonnulli mitterentur: quod quidem inter res maximi momenti ponebat, vt abſque bello impetraret id quod cuperet. Quod ſi tales ii non eſſent, quales eſſe conueniret, quorum opera maxima plurimaque negotia eſſent conficienda, male rebus ſuis proſpectum fore arbitrabatur. Sin illi tales eſſent, quales oporteret; praeclare ſecum actum iri ducebat. Qua in ſententia quum eſſet, totus in hanc curam incubuit. Exiſtimabat ſibi quoque virtutem eandem exercendam eſſe. Nec enim fieri poſſe putabat, vt qui talis ipſe non eſſet, qualem eſſe oporteret, is alios ad praeclaras et laudabiles actiones incitaret. Quae quum apud animum expendiſſet,

λῆς πρῶτον δεῖν, εἰ μέλλοι δυνήσεσθαι τῶν κρατίστων ἐπιμελεῖσθαι. τὸ μὲν ἂν προσόδων ἀμελεῖν οὐχ οἷόν τε ἐνόμισεν εἶναι, προνοῶν ὅτι πολλὰ καὶ τελεῖν ἀνάγκη ἔσοιτο εἰς μεγάλην ἀρχήν.

ε. Τὸ δ' αὖ, πολλῶν κτημάτων ὄντων, ἀμφὶ ταῦτα αἰεὶ αὐτὸν ἔχειν, ἤδει ὅτι ἀσχολίαν παρέξει τῆς τῶν ὅλων σωτηρίας ἐπιμελεῖσθαι. ὅτω δὴ σκοπῶν, ὅπως ἂν τά τε οἰκονομικὰ καλῶς ἔχοι, καὶ ἡ σχολὴ γένοιτο, κατενόησέ πως τὴν στρατιωτικὴν σύνταξιν. ὡς γὰρ τὰ πολλὰ, δεκάδαρχοι μὲν δεκάδων ἐπιμέλονται, λοχαγοὶ δὲ δεκαδάρχων, χιλίαρχοι δὲ λοχαγῶν, μυρίαρχοι δὲ χιλιάρχων· καὶ ὅτως ἀδεὴς ἀτημέλητος γίγνεται, ἀδ' ἢν πάνυ πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων ὦσι· καὶ ὅταν ὁ στρατηγὸς βάληται χρήσασθαί τι τῇ στρατιᾷ, ἀρκεῖ ἢν τοῖς μυριάρχοις παραγγείλῃ. ὥσπερ ἂν ταῦτα ἔχει, ὅτω καὶ ὁ Κῦρος συνεκεφαλαιώσατο τὰς οἰκονομικὰς πράξεις· ὥστε καὶ τῷ Κύρῳ ἐγένετο ὀλίγοις διαλεγομένῳ μηδὲ τῶν

set, otio primum esse sibi opus statuit, siquidem efficere vellet, vti res eximias cura complecti posset. Fieri quidem haud posse iudicabat, vt proventuum curam negligeret, quod prospiceret multa in magno imperio expendi.

5. Rursus autem, quum magnam opum copiam possideret, harum cura semper ipsum occupari; id vero auocaturum se sciebat a cura totius summae rerum conseruandae. Quare considerans, quo pacto et res familiaris recte administrari, et ipse frui otio posset; rei militaris ordinem intuetur. Nam plerumque decuriones curam decuriarum gerunt, ductores manipularii, decurionum; tribuni, manipulariorum ducum: decem millium praefecti, tribunorum: quo quidem ipso contingit, vt nemo sit, cuius cura non geratur, tametsi valde multae sint hominum myriades. Quumque vult imperator exercitus opera vti, satis est, decem millium praefectis mandata dedisse. Quae igitur horum est ratio, eadem Cyrus etiam res domesticas summatim complexus est. Quo factum, vt ipso cum paucis colloquente,

τῶν οἰκείων ἀτημελήτως ἔχειν· καὶ ἐκ τούτου ἤδη σχολὴν ἦγε πλείω, ἢ ἄλλος, μιᾶς οἰκίας καὶ μιᾶς νεὼς ἐπιμελούμενος. οὕτω δὴ κατασησάμενος τὰ αὑτῷ, ἐδίδαξε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ταύτῃ τῇ κατασάσει χρῆσθαι. τὴν μὲν δὴ σχολὴν οὕτω κατεσκευάσατο ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς περὶ αὐτόν.

5'. Ἤρχετο δ' ἐπισατεῖν τῶν οἴους δεῖ εἶναι τοὺς κοινωνούς. πρῶτον μὲν, ὁπόσοι ὄντες ἱκανοὶ ἄλλων ἐργαζομένων τρέφεσθαι, μὴ παρεῖεν ἐπὶ τὰς θύρας, τούτους ἐπεζήτει· νομίζων τοὺς μὲν παρόντας οὐκ ἂν ἐθέλειν οὔτε κακὸν οὔτε αἰσχρὸν οὐδὲν ἂν πράττειν, καὶ διὰ τὸ παρὰ ἄρχοντι εἶναι, καὶ διὰ τὸ εἰδέναι, ὅτι ὀρῶνται, ὅ, τι πράττοιεν, ὑπὸ τῶν βελτίστων· οἱ δὲ μὴ παρεῖεν, τούτους ἡγεῖτο ἢ ἀκρατείᾳ τινὶ, ἢ ἀδικίᾳ, ἢ ἀμελείᾳ ἀπεῖναι. τοῦτο οὖν πρῶτον ἡγησάμενος, προσηνάγκαζε τοὺς τοιούτους παρεῖναι. τῶν γὰρ παρ' ἑαυτῷ μάλιστα φίλων ἐκέλευσεν ἄν τινα λαβεῖν τὰ τοῦ μὴ φοιτῶντος, φάσκοντα λαμβάνειν τὰ ἑαυτοῦ. ἐπεὶ οὖν τοῦτο γένοιτο,

domestica minime negligerentur. Itaque deinceps ei plus erat otii, quam alii, qui vel vnius domus, vel nauis vnius curam gereret. Sic adeo rebus suis constitutis, suos etiam docuit eadem ratione vti. Atque hoc modo tam sibi, quam suis otium parauit.

6. Coepit deinde sibi sumere magisterium efficiendi participes rerum tales, quales esse oporteret. Primum requirebat illos, quotquot, aliis terram colentibus, victum habere possent, si ad portas praesto non essent; quod existimaret, eos qui adessent, nihil neque sceleris, neque rei turpis admissuros; partim quod ipsi principi adessent, partim quod intelligerent, omnes actiones suas a viris praestantissimis conspici. Qui vero non adessent, eos vel intemperantiae, vel iniustitiae, vel negligentiae causa putabat abesse. Quamobrem quum hoc primum existimaret, etiam cogebat tales, vt adessent. Etenim aliquem illorum, quos maxime caros habebat, bona eius, qui portas non frequentaret, occupare iubebat, ac dicere, res ab se suas occupari. Hoc quum fieret, statim spoliati veniebant,

γένοιτο, ἥκον ἂν εὐθὺς οἱ τερόμενοι, ὡς ἠδικημένοι.

ζ'. Ο δὲ Κῦρος πολὺν μὲν χρόνον οὐκ ἐσχόλαζε τοῖς τοιούτοις ὑπακούειν· ἐπεὶ δὲ ἀκούσειεν αὐτῶν, πολὺν χρόνον ἀνεβάλλετο τὴν διαδικασίαν. ταῦτα δὲ ποιῶν, ἡγεῖτο προσεθίζειν αὐτὸς θεραπεύειν, ἧττον δὲ *ἐχθρῶς, ἢ εἰ αὐτὸς κολάζων ἠνάγκαζε παρεῖναι. εἷς μὲν διδασκαλίας τρόπος ἦν αὐτῷ ὅτος τὸ παρεῖναι· ἄλλος δὲ, τὸ ταῤῥᾶσα καὶ κεφαλεώταλα τοῖς παροῦσι προστάττειν· ἄλλος δὲ, τὸ μηδέν ποτε τοῖς ἀπροῦσι νέμειν. ὁ δὲ δὴ μέγιστος τρόπος τῆς ἀνάγκης ἦν, εἴ τις τούτων μηδενὸς ὑπακούοι, ἀφελόμενος ἂν τοῦτον ἃ ἔχοι, ἄλλῳ ἐδίδου, ὃν ᾤετο δύνασθαι ἂν ἐν τῷ δέοντι παρεῖναι· καὶ ὅτως ἐγίγνετο αὐτῷ φίλος χρήσιμος ἀντὶ ἀχρήστου. ἐπιζητεῖ δὲ καὶ ὁ νῦν βασιλεὺς ἤν τις ἀπῇ, οἷς παρεῖναι καθήκει.

η'. Τοῖς μὲν δὴ μὴ παροῦσιν ὅτω προσεφέρετο. τοὺς δὲ παρέχοντας ἑαυτοὺς ἐνόμισε μάλις' ἂν ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ παρορμᾶν ἔργα, ἐπείπερ ἄρχων ἦν αὐτῶν,

veniebant, quasi quibus esset illata iniuria.

7. Cyro autem longo tempore non vacabat, vt huiusmodi homines audiret: et posteaquam audierat, diu controuersiae cognitionem differebat. Quae faciens, arbitrabatur eos se ad obseruandum et colendum adsuefacere; sed minus odiose, quam si poenis irrogandis eos adesse cogeret. Haec vna docendi ratio erat, vt adessent: alia, quod et facillima, et maxime fructuosa praesentibus imperaret; item alia, quod nihil vnquam absentibus tribueret. Praecipuus vero cogendi modus erat, vt si nihil horum aliquem moueret, ei facultates adimeret, ac donaret alteri, quem existimaret posse sibi opportune praesto esse. Hoc modo amicum vtilem pro inutili consequebatur. Inquirit autem etiam is Rex, qui nunc rerum potitur, in eos, qui, quum adesse ex officio debeant, absunt.

8. Ad hunc sane modum Cyrus in absentes se gerebat. Illos autem qui se offerrent ac exhiberent, maxime se putabat ad praeclaras et laudabiles actiones excitaturum, siquidem ipse, qui princeps

* Al. ἐχθρὰς pro ἐχθρῶς.

τῶν, εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπιδεικνύειν πειρῷτο τοῖς ἀρχομένοις πάντων μάλιστα κεκοσμημένον τῇ ἀρετῇ. αἰσθάνεσθαι μὲν γὰρ ἐδόκει, καὶ διὰ τὰς γραφομένας νόμους, βελτίους γενομένους ἀνθρώπους· τὸν δὲ ἀγαθὸν ἄρχοντα, βλέποντα νόμον ἀνθρώποις ἐνόμιζεν, ὅτι καὶ τάττειν ἱκανός ἐστι, καὶ ὁρᾶν τὸν ἀτακτοῦντα, καὶ κολάζειν. οὕτω δὴ γιγνώσκων, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τοὺς Θεοὺς μᾶλλον ἐπεδείκνυεν ἑαυτὸν ἐκπονοῦντα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐπειδὴ εὐδαιμονέστερος ἦν. καὶ τότε πρῶτον κατεστάθησαν οἱ μάγοι ὑμνεῖν τε ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς Θεοὺς, καὶ θύειν ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν οἷς οἱ μάγοι Θεοῖς εἴποιεν. οὕτω δὴ τὰ τότε καταστάθέντα ἔτι καὶ νῦν διαμένει παρὰ τῷ ἀεὶ ὄντι βασιλεῖ. ταῦτα δὴ πρῶτον ἐμιμοῦντο αὐτὸν καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, νομίζοντες καὶ αὐτοὶ εὐδαιμονέστεροι ἔσεσθαι, ἢν θεραπεύωσι τοὺς Θεοὺς, ὥσπερ ὁ εὐδαιμονέστατός τε ὢν καὶ ἄρχων. καὶ Κύρῳ δ' ἂν ἡγοῦντο ταῦτα ποιοῦντες ἀρέσκειν.

θ'. Ὁ δὲ Κῦρος τὴν τῶν μεθ' αὑτοῦ εὐσέβειαν καὶ ἑαυτῷ ἀγαθὸν

ceps eorum esset, subiectis imperio declarare se niteretur virtute imprimis ornatum. Videbatur enim animaduertere, meliores quidem effici homines etiam legibus scriptis: sed principem bonum arbitrabatur hominibus esse legem oculis praeditam: veluti qui et ordinando iubere, et ordinis negligentem cernere ac punire posset. Ita quum sentiret, primum se cultus diuini magis hoc tempore studiosum declarabat, quia felicior euasisset. Atque tunc primum Magi constituti sunt, qui semper cum prima luce Deos hymnis celebrarent, et quotidie sacrificarent Diis illis, quibus ipsi sacrificandum dicerent. Ita quidem id temporis constituta, nunc quoque permanent apud eum regem, qui quouis tempore rerum potitur. Imitabantur autem eum in hoc, primum Persae ceteri, quod et ipsi beatiores se fore arbitrarentur, si Deos ita colerent, vt is qui et felicissimus esset, et imperaret. Praeterea se gratiores Cyro futuros putabant, si haec facerent.

9. Cyrus ipse religiosam suorum pietatem sibi quoque vti-

lem

ἀγαθὸν ἐνόμιζε, λογιζόμενος, ὥσπερ οἱ πλεῖν αἱρέμενοι μετὰ τῶν εὐσεβῶν μᾶλλον, ἢ μετὰ τῶν ἠσεβηκέναι τι δοκούντων. πρὸς δὲ τούτοις ἐλογίζετο, εἰ πάντες οἱ κοινωνοῦντες θεοσεβεῖς εἶεν, ἧττον ἂν αὐτοὺς ἐθέλειν περί τε ἀλλήλους ἀνόσιόν τι ποιεῖν καὶ περὶ αὐτόν, εὐεργέτης νομίζων εἶναι τῶν κοινωνῶν. ἐμφανίζων δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο μηδένα μήτε φίλον ἀδικεῖν, μήτε σύμμαχον, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἰσχυρῶς ὁρῶν, μᾶλλον καὶ τοὺς ἄλλους ᾤετ' ἂν τῶν μὲν αἰσχρῶν κερδῶν ἀπέχεσθαι, διὰ τὸ δικαίου δ' ἐθέλειν πορίζεσθαι. καὶ αἰδοῦς δ' ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον πάντας ἐμπιπλάναι, εἰ αὐτὸς φανερὸς εἴη πάντας ὅτως αἰδούμενος, ὡς μήτ' εἰπεῖν ἂν μήτε ποιῆσαι μηδὲν αἰσχρόν.

ι'. Ετεκμαίρετο δὲ τοῦτο ὅτως ἔξειν ἐκ τοῦδε. μὴ γὰρ ὅτι ἄρχοντα, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ὑποπτεύσαντας, μᾶλλον τοὺς αἰδουμένους αἰδοῦνται τῶν ἀναιδῶν οἱ ἄνθρωποι.

lem ducebat esse, quum rationem eandem sequeretur, quam illi qui certo iudicio cum religiosis potius, quam cum iis, qui commisisse aliquid impie videntur, nauigare malunt. Praeterea futurum ratiocinabatur, vt si omnes illi rerum participes religiosi essent, minus aliquod impium facinus tum contra se inuicem, tum contra Cyrum ipsum designare vellent: qui bene se de participum collegio promeritum esse arbitrabatur. Itidem quum declararet, id maximi se facere, si nec amicus, nec socius laederetur, et quum id ante oculos haberet, quod iustum esset; futurum putabat, vt alii quoque se turpibus a lucris magis abstinerent, ac ratione iusta rem facere mallent. Etiam pudore ac verecundia putabat omnes magis impletum iri, si palam ipse declararet, ita se omnes reuereri, vt nihil foedum ac turpe nec diceret, nec perpetraret.

10. Atque hoc ita futurum, isto argumento colligebat. Etenim non dicam principem, sed illos etiam, quos alioqui non metuunt, magis reuerentur homines si verecundi sint, quam si in-

νων

ποι· καὶ γυναῖκας δὲ, ἃς ἂν αἰδημένας αἰσθάνονται, ἀνταιδεῖσθαι μᾶλλον ἐθέλουσιν ὁρῶντες. τὸ δ' αὖ πείθεσθαι ὅτῳ μάλις' ἂν ὄρετο ἔμμονον εἶναι τοῖς περὶ αὐτὸν, εἰ τοὺς ἀπροφασίστως πειθομένους φανεροὺς εἴη μᾶλλον τιμῶν τῶν τὰς μεγίστας ἀρετὰς καὶ ἐπιπονωτάτας δοκούντων παρέχεσθαι. γιγνώσκων δ' ὅτῳ καὶ ποιῶν διετέλει.

ια'. Καὶ σωφροσύνην δ' αὐτῷ ἐπιδεικνὺς, μᾶλλον ἐπείει καὶ ταύτην πάντας ἀσκεῖν. ὅταν γὰρ ὁρῶσιν, ᾧ μάλιστα ἔξεστιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα, ὅτῳ μᾶλλον οἵ γε ἀσθενέστεροι ἐθέλουσιν ἀδὲν ὑβριστικὸν ποιοῦντες φανεροὶ εἶναι. διήρει δὲ αἰδῶ καὶ σωφροσύνην τῇδε, ὡς τοὺς μὲν αἰδημένους, τὰ ἐν τῷ φανερῷ αἰσχρὰ φεύγοντας, τοὺς δὲ σώφρονας, καὶ τὰ ἐν τῷ ἀφανεῖ. καὶ ἐγκράτειαν δὲ ὅτῳ μάλις' ἂν ὄρετο ἀσκεῖσθαι, εἰ αὐτὸς ἐπιδεικνύοι ἑαυτὸν μὴ ὑπὸ τῶν παραυτίκα ἡδονῶν ἑλκόμενον ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ προπονεῖν ἐθέλοντα πρῶτον σὺν τῷ καλῷ τῶν εὐφροσυνῶν. τοιγαροῦν

verecundi: et mulieres, quas esse verecundas animaduertunt, homines intuentes vicissim reuereri magis volunt. Putabat etiam suos constantius imperio parituros, si eos, qui sine recusatione parerent, in oculis omnium magis ornaret; quam alios, quorum vel maximae laboriosissimaeque virtutes exstare viderentur. Et hoc quidem vti sentiebat, ita etiam facere perseuerabat.

11. Praeterea moderationem suam ostendendo, efficiebat vt hanc etiam alii magis exercerent. Nam quum vident homines, eum cui maxima facultas est insolenter agendi, modeste se gerere; nolunt imbecilliores alii quidquam insolentius palam agere. Sic autem verecundiam ac moderationem cernebat, vt diceret, verecundos palam turpia fugere; moderatos, etiam illa quae occulte fiant. Continentiam sic exercitatum iri a suis maxime putabat, si ipse declararet, se per occasiones oblatarum voluptatum ab iis, quae honesta et bona essent, non abstrahi: sed velle potius ante voluptatum gaudia laborem cum honestate coniunctum suscipere.

Enimuero

τοιγαρῦν τοιοῦτος ὢν ἐποίησεν ἐπὶ ταῖς θύραις πολλὴν μὲν τῶν χειρόνων εὐταξίαν, ὑπεικόντων τοῖς ἀμείνοσι, πολλὴν δ' αἰδῶ καὶ εὐκοσμίαν πρὸς ἀλλήλους. ἐπέγνως δ' ἂν ἐκεῖ ἀδένα ὅτε ὀργιζόμενον κραυγῇ, ὅτε χαίροντα ὑβριστικῶς γέλωτι· ἀλλὰ ἰδὼν ἂν αὐτὸς, ἡγήσω τῷ ὄντι εἰς κάλλος ζῆν. τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες καὶ ὁρῶντες ἐπὶ θύραις διῆγον.

ιϐ'. Τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν ὥσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι· ταύτην ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. καὶ γὰρ ἐπόχους ἐν παντοδαποῖς χωρίοις αὕτη μάλιστα ἀποδείκνυσι, διὰ τὸ θηρίοις φεύγουσιν ἕπεσθαι· καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων ἐνεργὰς αὕτη μάλιστα ἀπεργάζεται, διὰ τὴν τῦ λαμβάνειν φιλοτιμίαν καὶ ἐπιθυμίαν. καὶ τὴν ἐγκράτειαν δὲ, καὶ πόνους, καὶ ψύχη, καὶ θάλπη, καὶ λιμὸν, καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν, ἐνταῦθα μάλιστα προσεῖθιζε τοὺς κοινωνούς.

Enimuero quum talis esset, perfecit vt ad portam magna inferiorum esset modestia, praestantioribus cedentium, magnus erga se inuicem amborum pudor et composita morum grauitas. Neminem ibi animaduertisses vel irascentem cum vociferatione, vel insolente risu gaudentem: sed eos adspiciens, existimasses reapse ad honesti decorique normam viuere. Huiusmodi ergo quaedam et faciebant, et conspiciebant, qui ad portam versabantur.

12. Ceterum exercitationis bellicae causa venatum eos educebat, quos in his exercendos arbitrabatur; quod venationem duceret tum bellicae rei totius optimam exercitationem esse, tum equestris longe verissimam. Nam ad insidendum equis in locis quibuslibet, maxime reddit aptos, quod fugientes feras sequi necesse sit: et agiles efficit maxime ad quoduis opus ex equis perficiendum, propter honoris studium, et cupiditatem capiendi. Heic etiam maxime suos illos participes adsuefaciebat ad continentiam, et labores, et frigora, et calores, et famem, et sitim tole-

κοινῶνας. καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν.

ιγ'. Οτι μὲν οὖν οὐκ ἄν φαίη προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆς, ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων, καὶ τοῖς προειρημένοις πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι ὅτως ἀσκῶν τὰς περὶ ἑαυτὸν, πολὺ μάλιστα αὐτὸς ἐξεπόνει καὶ *τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ τὰς μελέτας. καὶ γὰρ ἐπὶ θήραν τὰς μὲν ἄλλας ἐξῆγεν, ὁπότε μὴ μένειν οἶκοι ἀνάγκη τις εἴη· αὐτὸς δὲ καὶ ὁπότε ἀνάγκη εἴη οἴκοι, ἐθήρα τὰ ἐν τοῖς παραδείσοις θηρία τρεφόμενα· καὶ ὅτε αὐτός ποτε πρὶν ἱδρῶσαι, δεῖπνον ἤρεῖτο, ὅτε ἵπποις ἀγυμνάστοις σῖτον ἐνέβαλλε· συμπαρεκάλει δὲ καὶ εἰς ταύτην τὴν θήραν τὰς περὶ αὐτὸν σκηπτούχους. τοιγαροῦν πολὺ μὲν αὐτὸς διέφερεν ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἔργοις, πολὺ δὲ οἱ περὶ ἐκεῖνον, διὰ τὴν ἀεὶ μελέτην. παράδειγμα μὲν δὴ τοιόνδε ἑαυτὸν παρείχετο. πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τῶν ἄλλων ὅστινας μάλιστα ὁρᾴη τὰ καλὰ διώκοντας, τούτους καὶ δώροις, καὶ

randam. Ac modo quoque tum rex, tum qui cum rege viuunt, haec facere non ceſſant.

13. Quod igitur arbitraretur, nemini conuenire imperium, qui non eſſet ſubiectis ſibi melior; id de iis, quae antehac expoſuimus, nulli non patet; ſicut illud etiam, quod ſuos in hunc modum exercendo, multo maxime tum ad continentiam, tum bellicas artes et exercitationes ipſe laborando ſe conſuefaceret. Nam venatum quidem alios educebat, vbi nulla neceſſitas domi manere cogebat: ipſe vero etiam retinente domi neceſſitate, feras venari ſolebat, quae in ſeptis hortorum alerentur: nec vel ipſe prius, quam ſudaſſet, ſumebat coenam; nec equis prius, quam eſſent exerciti, pabulum obiiciebat. Ad hanc venationem ſceptrigeros etiam ſuos inuitabat. Itaque multum in omnibus praeclaris actionibus et ſtudiis ipſe praeſtabat, multum qui cum eo verſabantur, ob exercitationem illam perpetuam. Atque huiuſmodi ſane exemplum ipſe ſe praebuit. Praeterea ſi quos alios videret maxime rerum honeſtarum ſectatores, eos et donis,

* Al. πρὸς τὴν ἐγκρατ.

НБ ОНУ ім. І. Мечникова

καὶ ἀρχαῖς, καὶ ἕδραις, καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν· ὥστε πολλὴν πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν, ὅπως ἕκαστος ἄριστος φανήσοιτο Κύρῳ.

ιδ'. Καταμαθεῖν δὲ τῷ Κύρῳ δοκῶμεν, ὡς ἐ τούτῳ μόνῳ ἐνόμιζε χρῆναι τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων διαφέρειν, τῷ βελτίονας αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ καταγοητεύειν ᾤετο χρῆναι αὐτούς. στολήν τε γὰρ εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς κοινωνοὺς ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὐτὴ γὰρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει, εἴ τις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύναι τοὺς φοροῦντας. καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν, ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί. καὶ ὑποχρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσίετο, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσί· καὶ ἐντρίβεσθαι, ὡς εὐχροώτεροι ὀρῷντο ἢ πεφύκασιν. ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μηδὲ πτύοντες,

nis, et imperiis, et ſedendi loco, et omnibus honoribus ornabat. Quo factum eſt, vt in omnibus ingens ſtudium excitaret, quo quiſque Cyro praeſtantiſſimus videretur.

14. Animaduertiſſe vero nos in Cyro id quoque putamus, quod non eo duntaxat principes exiſtimarit praeſtare ſubiectis ſibi debere, vt iis meliores eſſent: verum etiam blanditiis quibuſdam demulcendos arbitraretur. Itaque tum ſibi veſtitum Medicum geſtandum eſſe, certo iudicio ſtatuit; tum illi ſuo participum collegio perſuaſit, vt eundem induerent. Nam ſi quid in alicuius corpore vitii eſſet, id occultare veſtitus is Cyro videbatur; et illos, qui eum geſtarent, quam pulcherrimos, et maximos exhibere. Habent enim huiuſmodi calceos, in quibus maxime ſubiici clam aliquid poteſt; vt grandiores, quam ſint, eſſe videantur. Hoc etiam admittebat, vt oculis pigmenta quaedam ſublinerentur, quo viderentur oculos habere pulchriores, quam eſſent: et vt fucus infricaretur, quo praediti, colore meliori cernerentur, quam natura conceſſiſſet. Ad haec eos exercuit, vt palam nec exſpuerent,

τες, μηδὲ ἀπομυττόμενοι φανεροὶ εἶεν, μηδὲ μεταστρεφόμενοι ἐπὶ θέαν μηδενὸς, ὡς οὐδὲν θαυμάζοντες. πάντα δὲ ταῦτα, ὥετο φέρειν τι εἰς τὸ δυσκαταφρονητοτέρους φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις.

ιε'. Οὓς μὲν δὴ ἄρχειν ὥετο χρῆναι δι' ἑαυτοῦ, ὅτῳ κατεσκεύασε καὶ μελέτῃ, καὶ τῷ σεμνῶς προσᾴναι αὐτῶν· ὃς δ' αὖ κατεσκεύαζεν εἰς τὸ δουλεύειν, τούτους ὅτε μελετᾶν τῶν ἐλευθερίων πόνων οὐδένα παρώρμα, ὅτε ὅπλα κεκτῆσθαι ἐπέτρεπεν· ἐπεμελεῖτο δ' ὅπως μήποτε ἄσιτοι μήτε ἄποτοί ποτε ἔσοιντο, ἐλευθερίων ἕνεκα μελετημάτων. καὶ γὰρ ὁπόταν ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦσιν εἰς τὰ πεδία, φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῶν δὲ ἐλευθέρων οὐδενί· καὶ ὁπότε πορεία εἴη, ἦγεν αὐτοὺς πρὸς τὰ ὕδατα, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια. καὶ ὁπότε δὲ ὥρα εἴη ἀρίστου, ἀνέμενεν αὐτοὺς ἕως ἂν φάγοιέν τι, ὡς μὴ βλιμιῶεν· ὥστε καὶ ὅτοι αὐτὸν, ὥσπερ οἱ ἄριστοι, πατέρα ἐκάλουν, ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν,

rent, nec emungerent ſe, nec ad vllam rem ſpectandam ſe conuerterent, quaſi nihil admirarentur. Haec adeo vniuerſa putabat aliquid adferre momenti ad hoc, vt ſubiectorum imperio ſuo contemtui minus expoſiti viderentur.

15. Et ad hunc ſane modum inſtruxit eos, quos beneficio ſuo magiſtratus gerere volebat; tum exercendo, tum illo ipſo, quod eis cum maieſtate praeeſſet. Quos autem ad ſeruiendum inſtruebat, eos nec ad labores vllos liberales excitabat, nec habere arma ſinebat: ſtudioſeque dabat operam, ne vnquam liberalium exercitiorum cauſa vel cibo vel potu carerent. Permittebat enim ſeruis, quoties equitibus feras in campos adigerent, vt cibum ad venationem ſecum ſumerent; ingenuorum vero nemini. Quando item faciendum erat iter, ad aquas eos perinde, ac iumenta ducebat. Quum prandii tempus erat, exſpectabat eos, donec aliquid comediſſent, ne fames acrior eos adfligeret. Quo fiebat, vt non aliter ac optimates, etiam hi Cyrum patrem adpellarent; qui curam ipſorum gereret, vt

ſemper

τῶν, ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν.

ις'. Τῇ μὲν δὴ ὅλῃ Περσῶν ἀρχῇ ὅτω τὴν ἀσφάλειαν κατεσκεύαζεν· ἑαυτῷ δέ, ὅτι μὲν ἐκ ὑπὸ τῶν καταγραφέντων κίνδυνος εἴη παθεῖν τι, ἰσχυρῶς ἐθάρρει. καὶ γὰρ ἀνάλκιδας ἡγεῖτο εἶναι αὐτούς, καὶ ἀσυντάκτους ὄντας ἑώρα, καὶ πρὸς τούτοις οὐδὲ ἐπλησίαζε τούτων οὐδεὶς αὐτῷ ὅτε νυκτὸς ὅτε ἡμέρας. ὡς δὲ κρατίστους τε ἡγεῖτο, καὶ ὡπλισμένους καὶ ἀθρόους ὄντας ἑώρα, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἥδει ἱππέων ἡγεμόνας ὄντας, τοὺς δὲ, πεζῶν· πολλοὺς δὲ αὐτῶν καὶ φρονήματα ἔχοντας ἠθάνετο, ὡς ἱκανοὺς ὄντας ἄρχειν· καὶ τοῖς φύλαξι δὲ αὐτοῦ ὅτοι μάλιστα ἐπλησίαζον, καὶ αὐτῷ δὲ Κύρῳ τούτων πολλοὶ πολλάκις συνεμίγνυσαν· (ἀνάγκη γὰρ ἦν, ὅτι καὶ χρῆσθαι ἔμελλεν αὐτοῖς) ὑπὸ τούτων οὖν καὶ κίνδυνος ἦν αὐτὸν μάλιστα παθεῖν τι κατὰ πολλοὺς τρόπους. σκοπῶν οὖν ὅπως ἂν αὐτῷ καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀκίνδυνα γένοιτο, τὸ μὲν περιελέσθαι αὐτῶν τὰ ὅπλα, καὶ ἀπολέμους ποιῆσαι, ἀπεδοκίμασε,

semper sine dubio mancipia manerent.

16. Ac totum quidem imperium Persicum hoc modo firmum vt esset ac stabile, Cyrus effecit. At sibi nihil ab iis quos in potestatem redegisset, periculi futurum, vt aliquid perpeteretur, magno animi robore confidebat. Nam et imbelles eos existimabat, et nullo inter se coniunctos ordine videbat, ac praeterea nemo illorum propius ad ipsum neque noctu, neque interdiu accedebat. Quos vero praestantissimos ducebat, et ab armis instructos, et magno coniunctos numero conspiciebat, ac partim sciebat, equitum duces esse, partim peditum; quorumque complures animaduertebat esse animis elatis, quasi qui ad imperandum essent idonei; quique propius ad custodes ipsius Cyri accedere possent, ac plerique Cyrum ipsum saepenumero conuenirent; quod fieri necesse erat, siquidem opera ipsorum vti vellet: ab his igitur ne quid ei mali accideret, periculum erat, idque multis modis. Quamobrem dispiciens quo pacto ab iis quoque tutus esset; arma quidem illis adimi, et reddi ad bellum ineptos, minime probauit: quod esse

μασε, καὶ ἄδικον ἡγούμενος, καὶ κατάλυσιν τῆς ἀρχῆς τοῦτο νομίζων· τὸ δ' αὖ μὴ προσίεσθαι αὐτούς, καὶ τὸ ἀπιστοῦντα φανερὸν εἶναι, ἀρχὴν ἡγήσατο πολέμου· ἐν δ' ἀντὶ πάντων τούτων ἕνα καὶ κράτιστον εἶναι πρὸς τὴν αὑτοῦ ἀσφάλειαν καὶ κάλλιστον, εἰ δύναιτο ποιῆσαι τοὺς κρατίστους ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους, ἢ ἀλλήλοις.

## ΚΕΦ. β'.

Ὡς δ' ἐπὶ τὸ φιλεῖσθαι δοκεῖ ἡμῖν ἐλθεῖν, τοῦτο πειρασόμεθα διηγήσασθαι. πρῶτον μὲν γὰρ διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου φιλανθρωπίαν τῆς ψυχῆς ὡς ἠδύνατο μάλιστα ἐνεφάνιζεν· ἡγούμενος, ὥσπερ οὐ ῥάδιόν ἐστι φιλεῖν τοὺς μισεῖν δοκοῦντας, οὐδ' εὐνοεῖν τοῖς κακονόοις, οὕτω καὶ τοὺς γνωσθέντας ὡς φιλοῦσι καὶ εὐνοοῦσιν, οὐκ ἂν δύνασθαι μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν φιλεῖσθαι ἡγουμένων. ἕως μὲν οὖν χρήμασιν ἀδυνατώτερος ἦν εὐεργετεῖν, τῷ τε προνοεῖν τῶν συόντων, καὶ τῷ προπονεῖν, καὶ τῷ συνηδόμενος μὲν ἐπὶ

esse illud et cum iniuria, et cum imperii euersione coniunctum duceret: Rursus eos non admittere, ac palam declarare, quod fidem eis non haberet; id belli arbitrabatur esse initium. Itaque hoc vnum istorum omnium loco iudicabat et optimum esse ad securitatem suam et honestissimum; si praestantissimos illos sibi redderet amiciores, quam inter se ipsos essent.

## CAP. II.

Quo igitur modo peruenisse nobis eo videatur, vt amaretur; exponere conabimur. Primum quouis tempore, quam poterat maxime, clementiam et humanitatem animi declarabat; quum existimaret, perinde ac facile non sit eos diligere, qui odisse videantur, neque male erga nos adfectos beneuolentia complecti; sic fieri non posse, vt illi quorum semel cognitus sit amor et beneuolentia, iis odio sint, qui ab ipsis diligi videantur. Igitur quam quidem diu facultas ei deerat conferendi beneficia, donatis opibus; tum illis prospiciendo, quos secum haberet, tum pro eis laborando, et palam declarando, se prosperis

ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς φανερὸς εἶναι, συναχθόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς κακοῖς, τούτοις ἐπειρᾶτο τὴν φιλίαν θηρεύειν.

β'. Ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο αὐτῷ, ὥστε χρήμασιν εὐεργετεῖν, δοκεῖ ἡμῖν γνῶναι, πρῶτον μὲν, ὡς εὐεργέτημα ἀνθρώποις πρὸς ἀλλήλους ἡδέν ἐστιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς δαπάνης ἐπιχαριτώτερον, ἢ σίτων καὶ ποτῶν μετάδοσις. τοῦτο δ' ἅτω νομίσας, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν αὑτοῦ τράπεζαν συνέταξεν, ὅπως οἷς αὐτὸς σιτοῖτο σίτοις, τούτοις ὁμοίοις ἀεὶ παρατίθοιτο αὐτῷ, ἱκανὰ παμπόλλοις ἀνθρώποις· ὅσα δὲ παρατεθείη, ταῦτα πάντα, πλὴν οἷς αὐτὸς καὶ οἱ σύνδειπνοι χρήσαιντο, διεδίδου οἷς ἀεὶ βούλοιτο τῶν φίλων μνήμην ἐνδείκνυσθαι, ἢ φιλοφροσύνην. διέπεμπε δὲ καὶ τούτοις, ὃς ἀγαθείη, ἢ ἐν φυλακαῖς, ἢ ἐν θεραπείαις, ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ πράξεσιν· ἐνσημαινόμενος τοῦτο, ὅτι οὐχὶ λανθάνοι χαρίζεσθαι βουλόμενος.

γ'. Ἐτίμα δὲ καὶ τῶν οἰκετῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης,

prosperis ipsorum rebus laetari, aduersas grauiter ferre, venari amorem eorum nitebatur.

3. Verum posteaquam hoc adeptus est, vt beneficus esse largiendis opibus posset: animaduertisse nobis videtur, primo quidem beneficium hominibus ex eadem impensa nullum esse gratius, quam si quis cibum ac potum impertiatur. Id quum ita se habere statuisset, primum de mensa sua, mandatum dedit, vt quibus ipse cibis vesceretur, iis similes sibi semper adponerentur, permultis hominibus suffecturi. Quaecunque vero adponebantur, ea semper omnia distribuebat inter amicos, quos visum esset, quo se memorem ipsorum esse ostenderet, vel beneuolentiam declararet; extra cibos illos, quibus ipse atque conuiuae vescerentur. Praeterea mittebat cibos iis, quorum vel in excubiis diligentiam suspiciens probaret, vel in praestandis obsequiis et cultu, vel aliis in actionibus: simul significans, non esse ignotam sibi voluntatem eorum, gratificari sibi cupientium.

3. Eodem honore ciborum e mensa sua donatorum domesti-

cos

ζης, ὁπότε τινὰ ἐπαινέσειε· καὶ τὸν πάντα δὲ σῖτον τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὴν αὑτῷ τράπεζαν ἐπετίθετο, οἰόμενος ὥσπερ καὶ τοῖς *κυσὶν ἐμποιεῖν τινα καὶ τῶτο εὔνοιαν. εἰ δὲ καὶ θεραπεύεσθαί τινας βύλοιτο τῶν φίλων ὑπὸ πολλῶν, καὶ τύτοις ἔπεμπεν ἀπὸ τραπέζης. καὶ νῦν γὰρ ἔτι οἷς ἂν ὁρῶσι πεμπόμενα ἀπὸ τῆς βασιλέως τραπέζης, τύτυς πάντες μᾶλλον θεραπεύυσι· νομίζοντες αὐτὺς ἐντίμυς εἶναι, καὶ ἱκανὺς διαπράτ]ειν ἤν τι δέονται. ἔτι δὲ καὶ ὁ τύτων μόνον ἕνεκα τῶν εἰρημένων εὐφραίνει τὰ πεμπόμενα παρὰ βασιλέως, ἀλλὰ τῷ ὄντι καὶ ἡδονῇ πολὺ διαφέρει τὰ ἀπὸ τῆς βασιλέως τραπέζης.

δ'. Καὶ τῶτο μέν]οι ὕτως ἔχειν, ὐδέν τι θαυμαξόν. ὥσπερ γὰρ καὶ ἄλλαι τέχναι διαφερόντως ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσιν ἐξειργασμέναι εἰσὶ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ παρὰ βασιλεῖ σῖτα πολὺ διαφερόντως ἐκπεπόνηται. ἐν μὲν γὰρ ταῖς μικραῖς πόλεσιν οἱ αὐτοὶ ποιῦσι κλίνην, θύραν, ἄροτρον, τράπεζαν· πολλάκις δ' ὁ αὐτὸς ἕτος καὶ οἰκοδομεῖ, καὶ ἀγαπᾷ ἢν καὶ ὕτως ἱκανὺς αὐτὸν

cos ſuos adficiebat, ſi quando laudare aliquem vellet: atque etiam cibos omnes horum domeſticorum in menſam ſuam adponi curabat, quod putaret hoc eis beneuolentiam quandam inditurum, ſicut vſu venire canibus ſolet. Quod ſi amicos aliquos a multis coli vellet, his ipſis etiam aliquid de menſa ſua mittebat. Hodieque adeo, ſi quibus de menſa regia mitti aliqua vident, eos vniuerſi magis colunt: quod illos et honoratos eſſe arbitrentur, et auctoritate valere ad impetrandum aliquid, ſi ſit opus. Nec his ſolum de cauſis, quas indicauimus, laetitiam adferunt ea quae a rege mittuntur: ſed reapſe multum praeſtant ſuauitate, quae de menſa regis veniunt.

4. Atque hoc ita eſſe, non eſt mirandum. Etenim vt aliorum quoque artificiorum opera magnis in vrbibus excellentia fiunt, ſic etiam cibi regii longe praeſtantius elaborantur. Nam paruis in oppidis iidem ſpondam, ianuam, aratrum, menſam fabricantur: atque ſaepenumero idem etiam domum exſtruit, et bene ſecum agi putat, ſi vel hoc modo conſequatur aliquos, qui opus ei faciendum

* Al. πκιτίν.

αὐτὸν τρέφειν ἐργοδότας λαμβάνῃ. ἀδύνατον γὰρ πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον πάντα καλῶς ποιεῖν. ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις πόλεσι, διὰ τὸ πολλοὺς ἑκάστου δεῖσθαι, ἀρκεῖ καὶ μία ἑκάστῳ τέχνη εἰς τὸ τρέφεσθαι· πολλάκις δὲ οὐδ' ὅλη μία, ἀλλ' ὑποδήματα ποιεῖ ὁ μὲν ἀνδρεῖα, ὁ δὲ γυναικεῖα. ἔστι δὲ ἔνθα καὶ ὑποδήματα ὁ μὲν νευρορράφων μόνον τρέφεται, ὁ δὲ, σχίζων· ὁ δὲ χιτῶνας μόνον συντέμνων, ὁ δέ γε, τούτων οὐδὲν ποιῶν, ἀλλὰ συντιθεὶς ταῦτα. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐν βραχυτάτῳ διατρίβοντα ἔργῳ, τοῦτον καὶ ἄριστα διηναγκάσθαι τοῦτο ποιεῖν.

ε'. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πέπονθε καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν δίαιταν. ᾧ μὲν γὰρ ὁ αὐτὸς κλίνην στρώννυσι, τράπεζαν κοσμεῖ, μάττει, ὄψα ἄλλοτε ἀλλοῖα ποιεῖ, ἀνάγκη, οἶμαι, τούτῳ ὡς ἂν ἕκαστον προχωρῇ, οὕτως ἔχειν· ὅπου δὲ ἱκανὸν ἔργον ἑνὶ ἕψειν κρέα, ἄλλῳ ὀπτᾶν, ἄλλῳ δὲ ἰχθὺν ἕψειν, ἄλλῳ ὀπτᾶν, ἄλλῳ ἄρτους ποιεῖν, καὶ μηδὲ τούτους παντοδαπούς, ἀλλὰ ἀρκεῖ ἂν ἓν εἶδος εὐδοκιμοῦν παράσχῃ· ἀνάγκη,

dum locent, quod ipsi alendo sufficiat. Fieri quidem certe nequit, vt qui multis artificiis occupatur, omnia recte faciat. At magnis in vrbibus, quia multi singulis egent, vel vnum cuique sufficit artificium, vt eo se alat: saepenumero ne vnum quidem totum, sed calceos alius viriles, alius muliebres facit. Est vbi quis se calceis duntaxat consuendis alit, quum alius tantum eos scindat. Itidem alius tantummodo tunicas scindit, alius nihil horum facit, sed eos consarcit. Quamobrem necesse est, eum, qui occupatur opere minime longo, etiam id quam optime cogi perficere.

5. Hoc ipsum et in victu accidit. Nam cui vnus et idem lectum sternit, mensam instruit, farinam subigit, alias alia obsonia parat; eum necesse est, mea quidem sententia, sic habere singula, vti cesserunt. Verum vbi satis est vni quod agat coquendis carnibus elixis, assandis alii; alii piscibus elixandis, alii assandis; alii faciendis panibus, ac ne his quidem omnis generis, sed effici panis vnam speciem probatam satis est:

ἀνάγκη, οἶμαι, ταῦτα ὕτω ποιούμενα, πολὺ διαφερόντως ἐξειργάσθαι ἕκαστον. τῇ μὲν δὴ τῶν σίτων θεραπείᾳ τοιαῦτα ποιῶν, πολὺ ὑπερεβάλετο πάντας.

5'. Ὡς δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι θεραπεύων πολὺ ἐκράτει, τοῦτο νῦν διηγήσομαι. πολὺ γὰρ διενεγκὼν ἀνθρώπων τῷ πλείστας προσόδους λαμβάνειν, πολὺ ἔτι πλέον διήνεγκε τῷ πλείστα ἀνθρώπων δωρεῖσθαι. κατῆρξε μὲν ὢν τούτου Κῦρος, διαμένει δὲ ἔτι καὶ νῦν τοῖς βασιλεῦσιν ἡ πολυδωρία. τίνι μὲν γὰρ φίλοι πλουσιώτεροι ὄντες φανεροὶ, ἢ Περσῶν βασιλεῖ; τίς δὲ κοσμῶν κάλλιον φαίνεται στολαῖς τὰς περὶ αὐτὸν, ἢ βασιλεύς; τίνος δὲ δῶρα γιγνώσκεται, ὥσπερ ἔνια τῶν βασιλέως; ψέλλια, καὶ στρεπτοὶ, καὶ ἵπποι χρυσοχάλινοι; ὃ γὰρ δὴ ἔξεστιν ἐκεῖ ταῦτα ἔχειν ᾧ ἂν μὴ βασιλεὺς δῷ. τίς δ' ἄλλος λέγεται δώρων μεγέθει ποιεῖν αἱρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἀντ' ἀδελφῶν, καὶ ἀντὶ πατέρων, καὶ ἀντὶ παίδων; τίς δ' ἄλλος ἐδυνάσθη ἐχθροὺς ἀπέχοντας

tum vero haec in hunc modum facta, neceſſe eſt, opinione mea, perquam excellenter eſſe a ſingulis elaborata. Et cibis quidem ita ſuos demerendo, longe Cyrus omnes ſuperabat.

6. Vt autem ad homines demerendos aliis etiam rebus omnibus longe praeſtiterit, id equidem modo ſum narraturus. Nam tametſi mortales ceteros eo ipſo excelleret, quod proventus plurimos perciperet: multo tamen in hoc magis excelluit, quod vnus inter omnes homines plurima largiretur. Atque hoc ita coeptum a Cyro fuit, ac permanet etiam nunc apud illos reges multa munifice donandi conſuetudo. Quem enim nouimus opulentiores amicos habere, quam habeat rex Perſarum? quis illo rege ſuos elegantius ornare veſtitu videtur? cuius munera eiusmodi eſſe cognoſcuntur, qualia ſunt pleraque regis illius, armillae, torques, equi fraenis aureis inſignes? Non enim apud Perſas haec habere cuiquam licet, cui rex ea non donarit. Quis alius magnitudine munerum efficere dicitur, vt fratribus ipſe anteferatur, et parentibus, et liberis? Quis alius hoſtes ſuos, multorum

ἀπέχοντας πολλῶν μηνῶν ὁδὸν τιμωρεῖσθαι, ὡς Περσῶν βασιλεύς; τίς δ' ἄλλος, καταστρεψάμενος ἀρχήν, ὑπὸ τῶν ἀρχομένων Πατὴρ καλούμενος ἀπέθανεν, ἢ Κῦρος; τοῦτο δὲ τοὔνομα δῆλον ὅτι εὐεργετοῦντός ἐστι μᾶλλον, ἢ ἀφαιρουμένου.

ζ'. Κατεμάθομεν δὲ, ὡς καὶ τοὺς βασιλέως καλουμένους ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ βασιλέως ὦτα οὐκ ἄλλως ἐκτήσατο, ἢ τῷ δωρεῖσθαί τε καὶ τιμᾶν. τοὺς γὰρ ἀπαγγείλαντας ὅσα καιρὸς αὐτῷ εἴη πεπύσθαι, μεγάλως εὐεργετῶν, πολλοὺς ἐποίησεν ἀνθρώπους καὶ ὠτακουστεῖν καὶ κατοπτεύειν, τί ἂν ἀγγείλαντες ὠφελήσειαν βασιλέα. ἐκ τούτου δὴ καὶ πολλοὶ ἐνομίσθησαν βασιλέως ὀφθαλμοὶ, καὶ πολλὰ ὦτα. εἰ δέ τις οἴεται ἕνα αἱρετὸν εἶναι ὀφθαλμὸν βασιλεῖ, οὐκ ὀρθῶς οἴεται. ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι, καὶ εἷς ἀκούσειε· καὶ τοῖς ἄλλοις ὥσπερ ἀμελεῖν ἂν παραγγελλόμενον εἴη, εἰ ἑνὶ τοῦτο προσεταγμένον εἴη. πρὸς δὲ, καὶ ὁντινα γιγνώσκοιεν ὀφθαλμὸν

torum menſium itineris intervallo diſtantes, ſic vlciſci et plectere potuit, vt rex Perſarum? Quis alius, euerſo aliorum imperio, ſic diem extremum obiit, vt a ſubiectis ſibi Pater adpellaretur, praeter Cyrum? At nomen illud magis ei tribui, qui beneficia confert, quam qui rapit aliena, conſtat.

7. Etiam hoc accepimus, Cyrum illos, qui et oculi et aures regis adpellantur, non alia ratione ſibi conciliaſſe; quam munera largiendo, et honoribus ac praemiis ornando. Quippe dum eos, qui nuntiabant, quaecunque ipſius intereſſet in tempore cognoſci, magnis beneficiis coleret; efficiebat, vt homines permulti et auribus id captarent, et notarent oculis, quo nuntiato, regi aliquid vtilitatis adferrent. Hinc multos eſſe regis oculos, et aures multas, exiſtimatum fuit. Quod ſi quis arbitratur, vnum potius eſſe regi oculum eximium; is rem non recte aeſtimat. Nam vnus aliquis et cernere pauca, et audire poſſet; et quaedam quaſi negligentia ceteris eſſet indicta, ſiquidem ea de re mandata duntaxat vni darentur. Praeterea quemcunque regis

μὸν ὄντα, τοῦτον ἂν εἰδεῖεν ὅτι φυλάττεσθαι δεῖ. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ τῷ φάσκοντος ἀκούσαί τι, ἢ ἰδεῖν ἄξιον ἐπιμελείας, παντὸς βασιλεὺς ἀκούει. οὕτω δὴ πολλαὶ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δὲ ὀφθαλμοὶ νομίζονται· καὶ φοβοῦνται πανταχοῦ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ συμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος. ὅπως μνησθήναι ἄν τις ἐτόλμησε πρός τινα περὶ Κύρου φλαῦρόν τι, ἀλλ' ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς πᾶσι καὶ ὠσὶ βασιλέως, τοῖς ἀεὶ παροῦσιν, οὕτως ἕκαστος διέκειτο. τὸ δὲ οὕτω διακεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους πρὸς αὐτὸν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα ὅ, τι ἂν τις αἰτιάσαιτο μᾶλλον, ἢ ὅτι μεγάλα ἤθελεν ἀντὶ μικρῶν εὐεργετεῖν.

η'. Καὶ τῷ μὲν δὴ μεγέθει δώρων ὑπερβαλεῖν, πλουσιώτατον ὄντα, οὐ θαυμαστόν· τῇ δὲ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα περιγενέσθαι, τοῦτο ἀξιολογώτερον.

oculum esse animaduerterent, ab eo cauendum scirent. Verum ita se res non habet, sed audit rex quemlibet, qui se vel audiuisse vel vidisse quippiam adfirmat, quod attentione dignum sit. Ita multae regis aures, multi esse oculi existimantur: et vbique proferre metuunt, ea quae regi non expediant, tanquam si audiret ipsemet; et reformidant facere non conducentia regi, tanquam si praesens ipse adesset. Tantum igitur aberat, vt ad quempiam aliquis sinistram Cyri mentionem facere fuerit ausus; vt etiam ita quilibet adfectus esset, quasi omnes, quibuscum quouis tempore versaretur, et oculi regis, et aures essent. Quod vero sic in ipsum adfecti essent homines, eius rei causam equidem ignoro, quam potiorem quis putet, nisi quia pro exiguis ipse meritis beneficia rependere magna vellet.

8. Ac munerum quidem amplitudine superatos ab eo fuisse alios, mirum videri non debet, quum opulentissimus esset: at vero eum, qui esset regia cum dignitate, amicos officiis studiose colendo superasse, id sane magis praedicari

λογώτερον. ἐκεῖνος τοίνυν λέγεται καταδηλος εἶναι μηδενὶ ἂν ὅτως αἰσχυνθεὶς ἡττώμενος, ὡς φίλων θεραπείᾳ. καὶ λόγος δὲ αὐτῷ ἀπομνημονεύεται, ὡς λέγοι παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθῷ καὶ βασιλέως ἀγαθῷ. τόν τε γὰρ νομέα χρῆναι, ἔφη, εὐδαίμονα τὰ κτήνη ποιοῦντα, χρῆσθαι αὐτοῖς, (ἡ δὴ προβάτων εὐδαιμονία) τόν τε βασιλέα ὡσαύτως εὐδαίμονας πόλεις καὶ ἀνθρώπους ποιοῦντα, χρῆσθαι αὐτοῖς. ἡδὲν ἂν θαυμαστὸν, εἴπερ ταύτην εἶχε τὴν γνώμην, τὸ φιλονείκως ἔχειν πάντων ἀνθρώπων θεραπείᾳ περιγίγνεσθαι.

θ'. Καλὸν δὲ ἐπίδειγμα καὶ τοῦτο λέγεται Κῦρος ἐπιδεῖξαι Κροίσῳ, ὅτε ἐνθυμοῖτο αὐτὸν, ὡς διὰ τὸ πολλὰ διδόναι, πένης ἔσοιτο, ἐξὸν αὐτῷ θησαυρὸς χρυσοῦ πλείστους ἑνί γε ἀνδρὶ ἐν τῷ οἴκῳ καταθέσθαι. καὶ τὸν Κῦρον λέγεται ἐρέσθαι· καὶ πόσα ἂν ἤδη οἴει μοι χρήματα εἶναι, εἰ συνέλεγον χρυσίον, ὥσπερ σὺ κελεύεις, ἐξ ὅτου ἐν τῇ ἀρχῇ εἰμί; καὶ τὸν Κροῖσον εἰπεῖν

praedicari meretur. Enimuero traditum est, Cyrum in nullare adeo manifesta pudoris signa dedisse, posteaquam superatus esset, atque in amicorum obsequiis et cultu. Ac dictum quoddam eius memoratur, quo similia perhibuerit esse boni pastoris et boni regis opera. Nam pastoris esse munus, vt posteaquam iumentis felicitatem conciliasset, ita deinde illis vteretur: (quae quidem pecudum esset felicitas) Itemque regem vrbibus et hominibus quos ipse beasset, vti debere. Nihil mirum igitur, quum hac esset in sententia, singulari eum contentione conatum esse, homines vniuersos obsequiis et demerendo superare.

9. Praeclarum certe documentum dedisse Croeso perhibetur, quum is futurum admoneret, vt multa largiendo pauper fieret; cui tamen liceret, vni quidem homini, plurimos auri domi suae thesauros recondere. Quaesiuisse tum Cyrus dicitur: Et quantam pecuniae summam habiturum me iam fuisse arbitraris, si, quemadmodum tu iubes, aurum collegissem ab eo tempore, quo cum imperio sum? Ibi Croesum indicas-

πεῖν, πολύν τινα ἀριθμόν. καὶ τὸν Κῦρον πρὸς ταῦτα· ἄγε δή, φάναι, ὦ Κροῖσε, σύμπεμψον ἄνδρα σὺν Ὑστάσπᾳ τούτῳ, ὅτῳ σὺ πιστεύεις μάλιστα. σὺ δὲ, ὦ Ὑστάσπα, ἔφη, περιελθὼν πρὸς τοὺς φίλους, λέγε αὐτοῖς ὅτι δέομαι χρυσίου πρός πρᾶξίν τινα· (καὶ γὰρ τῷ ὄντι προσδέομαι) καὶ κέλευε αὐτούς, ὁπόσα ἂν ἕκαστος δύναιτο, πορίσαι μοι χρήματα, γράψαντας δὲ καὶ κατασημηναμένους δοῦναι τὴν ἐπιστολὴν τῷ Κροίσου θεράποντι φέρειν.

ι. Ταῦτα δὲ, ὅσα ἔλεγε, καὶ γράψας καὶ σημηνάμενος, ἐδίδου τῷ Ὑστάσπᾳ φέρειν πρὸς τοὺς φίλους· ἐνέγραψε δὲ πρὸς πάντας, καὶ Ὑστάσπαν ὡς φίλον αὐτῶν δέχεσθαι. ἐπεὶ δὲ περιῆλθε, καὶ ἤνεγκεν ὁ Κροίσου θεράπων τὰς ἐπιστολάς, ὁ δὴ Ὑστάσπας εἶπεν· ὦ Κῦρε βασιλεῦ, καὶ ἐμοὶ ἤδη χρὴ ὡς πλουσίῳ χρῆσθαι· πάμπολλα γὰρ ἔχων πάρειμι δῶρα, διὰ τὰ σὰ γράμματα. καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν· εἷς μὲν τοίνυν καὶ ἕτος ἤδη θησαυρὸς ἡμῖν, ὦ Κροῖσε· τοὺς δὲ ἄλλους καταθεῶ, καὶ λόγισαι πόσα ἐστὶν ἕτοιμα χρήματα, ἤν

se magnam quandam ſummam. Et ſubieciſſe Cyrum: Age vero, Croeſe, mitte quendam cum hoc Hyſtaſpa, cuicunque fidei plurimum habes. Tu autem Hyſtaſpa, inquit, circumito profectus ad amicos, ac dicito mihi quoddam ad negotium eſſe opus auro; (et reuera mihi eo eſt opus) et iube copiam pecuniae mihi quiſque ſuppeditet, quantam poſſit: eamque deſcriptam, et obſignatam litteris, Croeſi miniſtro ferendam tradat.

10. Quumque haec, quaecunque dixerat, etiam mandaſſet litteris, atque obſignaſſet; dedit eas Hyſtaſpae ad amicos ferendas, adſcribens ad omnes, etiam Hyſtaſpam ipſum, tanquam amicum ſuum, exciperent. Is quum circuiſſet, et Croeſi miniſter litteras adferret, inquit Hyſtaſpas: Etiam mecum, rex Cyre, tibi agendum erit, vt cum diuite: Nam multis tibi cum muneribus adſum, propter litteras tuas. Et Cyrus: Ergo iam hic quoque theſaurus vnus nobis eſt, Croeſe: tu ceteros conſiderato, ac rationes ſubducito, quantae nobis pecuniae paratae ſint, ſi ad vſum aliquem eis

mihi

ἤν τι δέωμαι χρῆσθαι. λέγεται δὴ λογιζόμενος ὁ Κροῖσος πολλαπλάσια εὑρεῖν, ἢ ἔφη Κύρῳ ἂν εἶναι ἐν τοῖς θησαυροῖς ἤδη, εἰ συνέλεγεν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο φανερὸν ἐγένετο, εἰπεῖν λέγεται ὁ Κῦρος·

ια'. Ὁρᾷς, φάναι, ὦ Κροῖσε, ὡς εἰσὶ καὶ ἐμοὶ θυσαυροί; ἀλλὰ σὺ μὲν κελεύεις με, παρ' ἐμοὶ αὐτὸς συλλέγοντα, φθονεῖσθαί τε δι' αὐτὸς καὶ μισεῖσθαι, καὶ φύλακας αὐτοῖς ἐφιστάντα μισθοφόρους, τούτοις πιστεύειν. ἐγὼ δὲ, τοὺς φίλους πλεῖστου ποιῶν, τούτους μοι νομίζω θυσαυροὺς καὶ φύλακας ἅμα ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν πιστοτέρους εἶναι, ἢ εἰ φρουροὺς μισθοφόρους ἐπεσησάμην. καὶ ἄλλο δέ σοι ἐρῶ· ἐγὼ γὰρ, ὦ Κροῖσε, ὁ μὲν οἱ Θεοὶ δόντες εἰς τὰς ψυχὰς τοῖς ἀνθρώποις, ἐποίησαν ὁμοίως πένητας πάντας, τοῦτο μὲν οὐδὲ αὐτὸς δύναμαι περιγενέσθαι, ἀλλ' εἰμὶ ἄπληστος κἀγὼ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, χρημάτων· τῇ δέ γε μέντοι διαφέρειν μοι δοκῶ τῶν πλείστων, ὅτι οἱ μὲν, ἐπειδὰν τῶν ἀρκούντων περιττὰ κτήσωνται, τὰ μὲν αὐτῶν κατορύττουσι, τὰ δὲ κατασήπουσι, τὰ δὲ ἀριθμοῦντες, καὶ μετροῦντες, καὶ ἰσάντες, καὶ διαψύχοντες, καὶ φυλάττοντες πράγματα

mihi sit opus. Croesus initis rationibus, multo plures reperiisse fertur, quam habiturum in thesauris fuisse Cyrum dixerat, si eas collegisset. Quod vbi patuit, dixisse Cyrus traditur:

11. Videsne Croese, mihi quoque thesauros esse? Tu vero me iubes colligendo inuidiae me atque odio exponere, ac mercenariis custodibus praefectis fidem habere. Sed ego amicos locupletatos arbitror mihi thesauros esse; custodesque tum mei ipsius, tum bonorum nostrorum fideliores, quam si praesidiarios mercede conductos eis praeficerem. Etiam aliud quiddam tibi dicam. Ego id, Croese, quo indito in hominum animos, Dii pariter omnes fecere pauperes, ne ipse quidem vincere possum: sed expleri pecuniis nequeo, perinde atque ceteri. Verum hoc discrimen inter me atque alios plurimos esse puto, quod illi pecuniae copia potiti, superante sufficientem, partim eam defodiant, partim situ et putredine corrumpi sinant, partim numerando, metiendo, ponderando, ventilando, custodiendo sibi negotium facessant.

igitur vetat, quominus in his mihi meipso potior fuerit? Praeterea sibi semper ea, quae adsunt, sufficere ait; mihi vero prospicere semper apparet, ecquid accedere possit amplius, quod vtilitatem adferat. Denique de meis commodis plus ipse voluptatis ac laetitiae capit, quam egomet capiam. Ad ea Hystaspas: Laetor, ita me Iuno amet, inquit, me de his te interrogasse. Cur id potissimum? ait Cyrus. Nam et ipse, inquit, haec enitar facere. Vnum modo ignoro, quo pacto efficere possim, vt manifestum sit, me tuis commodis gaudere: Num manibus mihi plaudendum, an ridendum, vel quid agendum est? Et Artabazus: Saltandum tibi est, ait, more Persico. Quae verba risus consequutus est.

7. Quum autem compotatio produceretur, Gobryam Cyrus interrogabat: Dic mihi, Gobrya, modone tibi videare lubentius horum alicui filiam daturus, quam id temporis, quo primum nobiscum congressus es? Num et mihi, subiecit Gobryas, verum licet dicere? Licet profecto, ait Cyrus; Quippe nulla interrogatio mendaciũm desiderat. Itaque certo

τοίνυν, ἔφη, ἴσθι ὅτι νῦν ἂν πολὺ ἥδιον. ἦ καὶ ἔχοις ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰπεῖν διότι; ἔγωγε. λέγε δή. ὅτι τότε μὲν ἐώρων τὰς πόνους καὶ τὰς κινδύνους εὐθύμως αὐτὰς φέροντας, νῦν δὲ ὁρῶ αὐτὰς τὰ ἀγαθὰ σωφρόνως φέροντας. δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τὰ ἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ.

ή. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν· ἤκουσας, ὦ Ὑστάσπα, Γωβρύου τὸ ῥῆμα; ναὶ μὰ Δί', ἔφη· καὶ ἐὰν πολλὰ τοιαῦτά γε λέγῃ, πολὺ μᾶλλόν με τῆς θυγατρὸς μνηστῆρα λήψεται, ἢ ἐὰν ἐκπώματα πολλά μοι ἐπιδεικνύῃ. ἦ μήν, ἔφη ὁ Γωβρύας, πολλά γέ μοι ἐστὶ τοιαῦτα συγγεγραμμένα, ὧν ἐγώ σοι ὐ φθονήσω, ἢν τὴν θυγατέρα μου γυναῖκα λαμβάνῃς. τὰ δὲ ἐκπώματα, ἔφη, ἐπειδὴ οὐκ ἀνέχεσθαί μοι φαίνῃ, οὐκ οἶδ' εἰ Χρυσάνταν τούτῳ *δώσω, ἐπεὶ καὶ τὴν ἕδραν σου ὑφήρπασε. καὶ μὲν δή, ἔφη ὁ Κῦρος, ὦ Ὑστάσπα, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ οἱ παρόντες, ἢν ἐμοὶ λέγητε, ὅταν τις ὑμῶν γαμεῖν

scias, inquit, multo me iam lubentius id facturum. Possisne mihi dicere, ait Cyrus, quamobrem? Possim vero. Dic igitur. Quia cernebam eos id temporis tum labores, tum pericula, praesentibus et aequis animis tolerare: nunc etiam res secundas moderate ferre video. Arbitror autem, Cyre, difficilius esse reperire hominem, qui res secundas, quam qui aduersas recte ferat. Nam illae in plerisque insolentiam, hae modestiam in omnibus excitant.

8. Et Cyrus: Audiuistine, inquit, hoc Gobryae verbum, Hystaspa? Audiui profecto, ait, ac si quidem eiusmodi plura dixerit, multo me magis filiae procum habiturus est, quam si multa mihi pocula ostentet. Profecto, inquit Gobryas, multa mihi sunt huiusmodi litteris consignata, quae tibi ego non inuidebo, si filiam meam vxorem duxeris. Pocula vero, ait, quia mihi non videris admittere, haud scio an Chrysantae huic dare debeam, quando is tibi sedem tuam surripuit. Enimuero, ait Cyrus, mi Hystaspa, et ceteri qui adestis, si mihi rem indicaueritis, quando quis vestrum vxorem

* Al. δώσω.

γαμεῖν ἐπιχειρήσῃ, γνώσεσθε ὁποῖός τις κἀγὼ συνεργὸς ὑμῖν ἔσομαι.

θ'. Καὶ ὁ Γωβρύας εἶπεν· ἢν δέ τις ἐκδῶναι βέληται θυγατέρα, πρὸς τίνα δεῖ λέγειν; πρὸς ἐμὲ, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ τοῦτο. πάνυ γὰρ, ἔφη, δεινός εἰμι ταύτην τὴν τέχνην. ποίαν; ἔφη ὁ Χρυσάντας. τὸ γνῶναι ὁποῖος ἂν γάμος ἑκάστῳ συναρμόσειε. καὶ ὁ Χρυσάντας ἔφη, λέγε δὴ πρὸς τῶν Θεῶν, ποίαν τινά μοι γυναῖκα οἴει συναρμόσειν κάλλισα; πρῶτον μὲν, ἔφη, μικράν· μικρὸς γὰρ καὶ αὐτὸς εἶ. ἢν δὲ μεγάλην γαμήσειας, ἢν ποτε βέλῃ αὐτὴν ὀρθὴν φιλῆσαι, προσάλλεσθαί σε δεήσει ὡς τὰ κυνάρια. τοῦτο μὲν δὴ, ἔφη, ὀρθῶς προνοεῖς. καὶ γὰρ ἀδ' ὁπωσιῶν ἁλτικός εἰμι. ἔπειτα δ', ἔφη, σιμὴ ἄν σοι ἰσχυρῶς συμφέροι. πρὸς τί δὴ αὖ τοῦτο; ὅτι, ἔφη, σὺ γρυπὸς εἶ. πρὸς ἂν τὴν σιμότητα σάφ' ἴσθι ὅτι ἡ γρυπότης ἄρισα προσαρμόσει. λέγεις σὺ, ἔφη, ὡς καὶ τῷ εὖ δεδειπνηκότι, ὥσπερ καὶ ἐγὼ νῦν, ἄδειπνος ἂν συναρμόζοι; ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος. τῶν μὲν γὰρ μεστῶν κυρτὴ ἡ γαστὴρ γίγνεται, τῶν δὲ ἀδείπνων, σιμή.

ί. Καὶ

rem ducere conabitur; qualem et ipse vobis operam nauaturus sim, cognoscetis.

9. Et Gobryas: Cui vero indicandum erit, inquit, si quis filiam nuptum dare velit? Etiam illud mihi significate, ait Cyrus. Nam hanc artem mirifice calleo. Quam? ait Chrysantas. Cognoscendi, inquit, quod coniugium cuique congruat. Et Chrysantas: Dic mihi, per Deos immortales, ait, cuiusmodi vxorem mihi pulcherrime congruituram arbitreris. Primum, inquit, paruam: nam et tu parvus es. Quod si grandem ducas, adsilire te necesse fuerit, catellorum more, si forte rectam osculari velis. Id vero, inquit, recte abs te prouidetur. Nam ne tantillum quidem ad saltandum idoneus sum. Deinde, ait. admodum tibi sima conduceret. Cur illud? Quia tu, inquit, nasum aduncum habes. Optime igitur simae nasi formae congruerit adunca. Tune ais, inquit, bene coenato, quemadmodum iam ego sum, incoenatam ieiunamque congruere? Ita profecto, ait Cyrus: nam eorum, qui pleni sunt, venter aduncus est; incoenatorum, simus.

ι. Καὶ ὁ Χρυσάντας ἔφη· ψυχρῷ δ' ἂν, πρὸς τῶν θεῶν, βασιλεῖ ἔχοις ἂν εἰπεῖν ποία τις συνοίσει; ἐνταῦθα μὲν δὴ ὅ, τε Κῦρος ἐξεγέλασε, καὶ οἱ ἄλλοι ὁμοίως. γελώντων δὲ ἅμα εἶπεν ὁ Ὑστάσπας· πολύ γε, ἔφη, μάλιστα τότε σε, ὦ Κῦρε, ζηλῶ ἐν τῇ βασιλείᾳ. τίνος; ἔφη ὁ Κῦρος. ὅτι δύνασαι καὶ ψυχροὺς ὧν γέλωτα παρέχειν. καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν· ἔπειτα οὐκ ἂν περὶκιό γε παμπόλλου, ὥστε σοι ταῦτα εἰρῆσθαι, καὶ ἀπαγγελθῆναι παρ' ἣν εὐδοκιμεῖν βούλει, ὅτι ἀργεῖος εἶ; καὶ ταῦτα μὲν δὴ ὧδε διεσκώπτετο.

ια'. Μετὰ δὲ ταῦτα Τιγράνη μὲν ἐξήνεγκε γυναικεῖον κόσμον, καὶ ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ δοῦναι, ὅτι ἀνδρείως συνεστρατεύετο τῷ ἀνδρί. Ἀρταβάζῳ δὲ χρυσοῦν ἔκπωμα, τῷ δὲ Ὑρκανίῳ ἵππον, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ ἐδωρήσατο. σοὶ δὲ, ἔφη, ὦ Γωβρύα, δώσω ἄνδρα τῇ θυγατρί. ἐμοὶ, ἔφη ὁ Ὑστάσπας, δώσεις, ἵνα καὶ τὰ συγγράμματα λάβω. ἦ καὶ ἔστι σοι, ἔφη ὁ Κῦρος, ἱκανὰ ἀξία τῶν τῆς παιδός; νὴ Δί', ἔφη, πολλαπλασίων μὲν δὴ χρημάτων.

10. Et Chrysantas: Obsecro te, inquit, possisne dicere, cuiusmodi vxor regi frigido sit commoda? Heic risum et Cyrus edidit, et alii. Quibus simul ridentibus, Hystaspas dixit: Equidem te, Cyre, multo maxime ceu felicem ob hoc in isto regno tuo admiror. Quid illud est? ait Cyrus. Quod quum frigidus sis, risum movere possis. Et Cyrus: Tu vero non magno redimeres, inquit, vt haec abs te dicta essent; atque vt illi renuntiaretur, apud quam esse cupis in existimatione, quod sis vrbanus? Et his quidem iocis inter eos ludebatur.

11. Secundum illa Cyrus mundum muliebrem Tigrani protulit, quem vt vxori daret, iussit; quod ea virili animo militiae mariti comes fuisset. Artabazo poculum aureum, Hyrcanio equum, cum aliis multis ac pulchris rebus donauit. Tuae vero, mi Gobrya, inquit, filiae virum dabo. Me igitur dabis, ait Hystaspas, vt etiam illa Gobryae scripta consequar. Et Cyrus: Num tibi sunt, inquit, facultates, quae sint puellae fortunis dignae? Sunt profecto, ait, et multo quidem maioribus etiam opibus.

των. καὶ πῦ, ἔφη ὁ Κῦρος, ἔστι σοι αὕτη ἡ οὐσία; ἐνταῦθα, ἔφη, ὅπερ καὶ σὺ κάθησαι, φίλος ὢν ἐμοί. ἀρκεῖμοι, ἔφη ὁ Γωβρύας· καὶ εὐθὺς ἐκτείνας τὴν δεξιὰν, δίδυ, ἔφη, ὦ Κῦρε· δέχομαι γάρ.

ιϐ'. Καὶ ὁ Κῦρος λαβὼν τὴν τοῦ Υσάσπου δεξιὰν, ἔδωκε τῷ Γωβρύᾳ· ὁ δὲ ἐδέξατο. ἐκ δὲ τούτου πολλὰ καὶ καλὰ ἔδωκε δῶρα τῷ Υσάσπᾳ, ὅπως τῇ παιδὶ πέμψειε. Χρυσάνταν δὲ ἐφίλησε προσαγαγόμενος. καὶ ὁ Αρτάβαζος εἶπε, μὰ Δί', ἔφη, ὦ Κῦρε, οὐχ ὁμοίως γε χρυσοῦν ἐμοί τε τὸ ἔκπωμα δέδωκας, καὶ Χρυσάντᾳ τὸ δῶρον. ἀλλὰ καὶ σοὶ, ἔφη, δώσω. ἐπήρετο ἐκεῖνος, πότε; εἰς τριακοστὸν, ἔφη, ἔτος. ὡς ἀναμενοῦντος, ἔφη, καὶ οὐκ ἀποθανουμένου, ὅτῳ παρασκευάζῃ. καὶ τότε μὲν δὴ οὕτως ἔληξεν ἡ σκηνή. ἐξανισταμένων δ' αὐτῶν ἐξανέστη καὶ ὁ Κῦρος, καὶ ξυμπροὔπεμψεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς θύρας.

ιγ'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοὺς ἐθελοντὰς συμμάχους γενομένους ἀπέπεμπεν οἴκαδε ἑκάστους, πλὴν ὅσοι αὐτῶν οἰκεῖν ἐβούλοντο παρ'

opibus. Et vbinam, inquit Cyrus, has facultates habes? Heic, ait, vbi tu conſediſti, qui mihi amicus es. Id vero ſufficit mihi, ſubiecit Gobryas: ſtatimque porrecta dextra, Da mihi, Cyre, ait. Nam equidem accipio.

12. Et prehenſam Cyrus Hyſtaſpae dextram Gobryae dedit, et is accepit. Multa deinde munera, et elegantia quidem, Hyſtaſpae dedit, quae puellae mitteret. Chryſantam vero, admotum ſibi, oſculatus eſt. Et Artabazus: profecto, Cyre, inquit, non ex eodem auro mihi poculum, et Chryſantae munus hoc dediſti. At enim, ait Cyrus, etiam tibi daturus ſum. Quando? quaerebat ille. Ad annum, inquit, trigeſimum. Tu vero ſic te parato, ait Hyſtaſpas, vt me tempus illud exſpectaturum, nec mortem prius obiturum, ſcias. Hoc modo tum illi contubernio finis eſt impoſitus. Quum autem ipſi ſurgerent, etiam Cyrus ſurrexit, et eos ad fores vſque proſequutus eſt.

13. Poſtridie ſocios, qui ſponte ſe coniunxerant, ſingulos domum remiſit, exceptis iis, qui apud ipſum habere domicilia

παρ' αὐτῷ· τούτοις δὲ χώραν καὶ οἰκους ἔδωκε· καὶ νῦν ἔτι ἔχουσιν οἱ τῶν καταμεινάντων τότων τότε ἀπόγονοι· πλεῖστοι δ' εἰσὶ Μήδων καὶ Υρκανίων. τοῖς δ' ἀπιοῦσι δωρησάμενος πολλὰ, καὶ ἀμέμπτους ποιησάμενος καὶ ἄρχοντας, καὶ στρατιώτας, ἀπεπέμψατο. ἐκ τούτου δὴ διέδωκε καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις τὰ χρήματα, ὅσα ἐκ Σάρδεων ἔλαβε· καὶ τοῖς μὲν μυριάρχοις, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ὑπηρέταις ἐξαίρετα ἐδίδου πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ, τὰ δ' ἄλλα διένειμε· καὶ τὸ μέρος ἑκάστῳ δοὺς τῶν μυριάρχων, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς διανέμειν, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνοις διένειμεν. ἐδίδοσαν δὲ τὰ μὲν ἄλλα χρήματα, ἄρχων ἄρχοντας τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ δοκιμάζων· τὰ δὲ τελευταῖα οἱ ἑξάδαρχοι, τοὺς ὑφ' ἑαυτοῖς ἰδιώτας δοκιμάσαντες, πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ ἐδίδοσαν· καὶ οὕτω πάντες εἰλήφεσαν τὸ δίκαιον μέρος.

ιδ'. Ἐπειδὴ δὲ εἰλήφεσαν τὰ τότε δοθέντα, οἱ μέν τινες ἔλεγον περὶ τοῦ Κύρου τοιάδε· ἦ που αὐτός γε

vellent. His et agros, et aedes dedit; quas etiam nunc posteri eorum, qui tunc remansere, possident. Sunt autem plurimi ex Medis et Hyrcaniis. Discedentibus multa largitus, quum perfecisset, vt nihil tum praefecti tum milites quererentur; sic eos dimisit. Hinc militibus etiam suis pecunias, quascunque Sardibus acceperat, distribuit: ac decem quidem millium praefectis, et adparitoribus suis eximia quaedam, pro dignitate cuiusque largiebatur, cetera hinc inde diuidebat. Data enim parte certa cuique decem millium praefecto, hanc curam dedit iis, vt perinde ac ipse distribuisset in eos, ita et aliis ipsi distribuerent. Ac pecuniae quidem ceterae sic ab eis distributae sunt, vt praefectus quisque in praefectos inferiores, sibi parentes, explorando inquireret: tandemque sex militibus praefecti, gregariis sub se militibus exploratis, pecunias vltimas pro cuiusque merito distribuerunt. Atque hoc modo iustam vniuersi portionem consecuti sunt.

14. Acceptis autem pecuniis hisce, tunc distributis, aliqui de Cyro aiebant: Nimirum multa

γε πολλὰ ἔχει, ὅπου γε καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν. οἱ δέ τινες αὐτῶν ἔλεγον, ποῖα πολλὰ ἔχει; οὐχ ὁ Κύρου τρόπος τοιοῦτος ὅλως χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ διδοὺς μᾶλλον ἢ κλῴμενος ἥδεται. αἰσθανόμενος δὲ ὁ Κῦρος τούτους τοὺς λόγους, καὶ τὰς δόξας τὰς περὶ αὑτοῦ, συνέλεξε τοὺς φίλους τε, καὶ τοὺς ἐπιπαιρίους ἅπαντας, καὶ ἔλεξεν ὧδε·

ιε'. Ανδρες φίλοι, ἑώρακα μὲν ἤδη ἀνθρώπους, οἳ βάλονται δοκεῖν πλείω κεκτῆσθαι ἢ ἔχουσιν, ἐλευθεριώτεροι ἂν οἰόμενοι ὕτω φαίνεσθαι· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ἔφη, ὅτοι τοὔμπαλιν, ἃ βάλονται, ἐφέλκεσθαι· τὸν γὰρ πολλὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους, ἀνελευθερίαν ἔμοιγε δοκεῖ περιάπτειν. εἰσὶ δ' αὖ, ἔφη, οἳ λεληθέναι βάλονται ὅσα ἂν ἔχωσι· πονηροὶ ἂν καὶ ὅτοι τοῖς φίλοις ἔμοιγε δοκοῦσιν εἶναι· διὰ γὰρ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ ὄντα, πολλάκις δεόμενοι οὐκ ἐπαγγέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις, ἀλλ' ἀπατῶνται. ἁπλοῦστατον

ta possidet ipse, quum tam multa cuique nostrum dederit. Alii dicebant: Quae sunt illa multa quae possidet? non is vllo modo Cyri mos est, vt rem facere velit: sed maiorem voluptatem dando quam possidendo percipit. Hos sermones, hominumque de se sententias, quum Cyrus animaduertisset; conuocatis amicis, et omnibus illis, quos interesset arcessiri, in hanc sententiam loquutus est:

15. Vidi equidem nonnullos, amici, qui existimari vellent, plura possidere, quam haberent reipsa: quod hoc modo futurum arbitrarentur, vt magis liberales viderentur. Verum illi vergere mihi videntur in partem instituto suo contrariam. Nam eum, qui multa possidere credatur, non pro ratione facultatum amicis palam commodare; id vero mihi notam illiberalitatis irrogare videtur. Rursus alii quantum possideant, ceteros ignorare volunt: qui et ipsi, meo iudicio, male de amicis merentur: nam quia facultates eorum ignorantur, saepe amici egentes aliquid petendo sodales hosce non appellant, sed decipiuntur. Id mihi simplicissimi

σάτω δέ μοι, ἔφη, δοκεῖ εἶναι, τὸ τὴν δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα, ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκἀγαθίας. κἀγὼ ἂν, ἔφη, βουλομαι ὑμῖν, ὅσα μὲν οἷόν τ' ἐστὶν ἰδεῖν τῶν ἐμοὶ ὄντων δεῖξαι· ὅσα δὲ μὴ οἷόν τε ἰδεῖν, διηγήσασθαι.

15'. Ταῦτα εἰπὼν, τὰ μὲν ἐδείκνυε πολλά τε καὶ καλὰ κτήματα, τὰ δὲ κείμενα ὡς μὴ ῥᾴδια εἶναι ἰδεῖν, διηγεῖτο· τέλος δὲ εἶπεν ὧδε· ταῦτα, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἅπαντα δεῖ ὑμᾶς ἡδὲν μᾶλλον ἐμὰ ἡγεῖσθαι ἢ καὶ ὑμέτερα. ἐγὼ γὰρ, ἔφη, ταῦτα ἀθροίζω, ἵνθ' ὅπως αὐτὸς καταδαπανήσω, ἵνθ' ὅπως αὐτὸς κατατρίψω. (ἃ γὰρ ἂν δυναίμην) ἀλλ' ὅπως ἔχω τῷ τε ἀεὶ ὑμῶν καλόν τι ποιοῦντι διδόναι, καὶ ὅπως ἤν τις ὑμῶν τινὸς ἐνδεῖσθαι νομίσῃ, πρὸς ἐμὲ ἐλθὼν λάβῃ, ἃ ἂν ἐνδεὴς τυγχάνῃ ὤν. καὶ ταῦτα μὲν ἅτως ἐλέχθη.

## ΚΕΦ. ε'.

Ἡνίκα δὲ ἤδη αὐτῷ ἐδόκει καλῶς ἔχειν τὰ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς καὶ ἀποδημεῖν, συνεσκευάζετο τὴν εἰς Πέρσας

videtur hominis esse, vt ostensis facultatibus suis, pro earum ratione benignitatis laudem sibi parere contendat. Quamobrem et ipse monstrare vobis volo, quascunque facultates meas videre licet; et quas videre non licet, eas oratione vobis exponam.

16. Quae loquutus, alias quidem opes, et multas, et insignes, eis commonstrabat; alias vero sic collocatas, vt conspici non possent, commemorabat. Tandem dixit: Haec omnia vos non tam mea, quam vestra ducere conuenit. Nam equidem ea colligo, non vt ipse absumam, nec vt deterendo imminuam, quod a me quidem fieri non posset: sed partim vt habeam, quod alicui vestrum, quovis tempore praeclarum aliquod facinus edenti, largiar; partim vt, si quis vestrum egere se aliqua re arbitretur, ad me veniat, et quidquid forte desiderat, accipiat. Haec in hunc modum dicta fuere.

## CAP. V.

Quum autem res ita Babylone constitutas existimaret, vt etiam inde abesse posset, ad iter Persicum se parabat, idemque

σας πορείαν, καὶ τοῖς ἄλλοις παρήγγειλεν. ἐπεὶ δὲ ἐνόμισεν ἱκανὰ ἔχειν ὧν ὤρετο δεήσεσθαι, ὕτω δὴ ἀνεζεύγνυε. διηγησόμεθα δὲ καὶ ταῦτα, ὡς πολὺς σόλος ὢν, εὐτάκτως μὲν κατεσκευάζετο, καὶ πάλιν ἀνεσκευάζετο, κατεχωρίζετο δὲ ταχὺ, ὅπῃ δέοιτο. ὅπῃ γὰρ ἂν στρατοπεδεύηται βασιλεὺς, σκηνὰς μὲν δὴ ἔχοντες πάντες οἱ ἀμφὶ βασιλέα στρατεύονται, καὶ θέρους καὶ χειμῶνος.

β'. Εὐθὺς δὲ τῦτο ἐνόμιζε Κῦρος, πρὸς ἕω βλέπουσαν ἱσαθαι τὴν σκηνήν· ἔπειτα ἔταξε πρῶτον μὲν πόσον δεῖ ἀπολιπόντας σκηνῶν τὰς δορυφόρυς τῆς βασιλικῆς σκηνῆς· ἔπειτα σιτοποιοῖς μὲν χώραν ἀπέδειξε τὴν δεξιὰν, ὀψοποιοῖς δὲ τὴν ἀριστερὰν, ἵπποις δὲ τὴν δεξιὰν, ὑποζυγίοις δὲ τοῖς ἄλλοις τὴν ἀριστεράν. καὶ τἆλλα δὲ διετέτακτο, ὥστε εἰδέναι ἕκαστον τὴν ἑαυτῦ χώραν, καὶ μέτρῳ καὶ τόπῳ.

γ'. Ὅταν δὲ ἀνασκευάζωνται, συντίθησι μὲν ἕκαστος σκεύη,

idemque ceteris imperabat. Posteaquam satis eorum habere se putaret, quibus opus sibi fore existimabat, Babylone movit. Nos autem et haec commemoraturi sumus, quantum scilicet agmen in deponendis impedimentis, quam bono se ordine gereret, ac rursum vasa colligeret, celeriterque suo se loco sisteret, quo necesse erat. Nam vbicunque castra Rex habet, ibi omnes illi, qui circum regem versantur, sub tentoriis, tam aestate quam hyeme, militant.

2. Et statim quidem ipse Cyrus hoc instituit, vt tentorium ita figeretur, quo solem orientem spectaret. Deinde primum, quanto ex interuallo a tabernaculo regio abesse satellitum tentoria deberent, ordinauit. Post hos locum dextrum iis, quibus esset mandata panis conficiendi cura, adsignauit; quibus obsoniorum, sinistrum: equis item dextrum, sinistrum iumentis ceteris. Erant sic etiam distincta cetera, vt quisque stationem suam, tum mensura tum loco, nosset.

3. Quum vero vasa colligunt, quisque vasa illa compo-

σκευή, οἵσπερ τέταχται χρῆσθαι, ἀνατίθενται δ' αὖ ἄλλοι ἐπὶ τὰ ὑποζύγια· ὥσθ' ἅμα μὲν πάντες ἔρχονται οἱ σκευαγωγοὶ ἐπὶ τὰ τεταγμένα ἄγειν, ἅμα δὲ πάντες ἀνατιθέασιν ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος. ὥτω δὴ ὁ αὐτὸς χρόνος ἀρκεῖ μιᾷ τε σκηνῇ καὶ πάσαις ἀνηρῆσθαι. ὡσαύτως ἔχει καὶ περὶ κατασκευῆς. καὶ περὶ τοῦ πεποιῆσθαι δὲ τὰ ἐπιτήδεια πάντα ἐν καιρῷ, ὡσαύτως διατέτακται ἑκάστοις τὰ ποιητέα· καὶ διὰ τοῦτο ὁ αὐτὸς χρόνος ἀρκεῖ ἑνί τε μέρει καὶ πᾶσι πεποιῆσθαι. ὥσπερ δὲ οἱ περὶ τὰ ἐπιτήδεια θεράποντες χώραν εἶχον τὴν προσήκουσαν ἑκάστοι, ὥτω καὶ οἱ ὁπλοφόροι αὐτῷ ἐν τῇ στρατοπεδεύσει χώραν τε εἶχον τὴν τῇ ὁπλίσει ἑκάστῃ ἐπιτηδείαν, καὶ ᾔδεσαν ταύτην, ὁποῖα ἦν, καὶ εἰς ἀναμφισβήτητον πάντες κατεχωρίζοντο.

δ'. Καλὸν μὲν γὰρ ἡγεῖτο ὁ Κῦρος καὶ ἐν οἰκίᾳ εἶναι ἐπιτήδευμα τὴν εὐθημοσύνην· ὥσε ἄν τίς τι δέηται, δῆλόν ἐστιν ὅπου δεῖ ἐλθόντα λαβεῖν. πολὺ δὲ ἔτι κάλλιον ἐνόμιζε τὴν τῶν στρατιωτικῶν φυλῶν εὐθημοσύνην

nit, quorum ipsi adsignatus est vsus; ac rursum alii iumentis ea imponunt. Quo fit, vt simul omnes impedimentorum vectores ad ea veniant, quibus vehendis ipsi sunt destinati; et simul quisque suis iumentis sua imponat. Ita tempus idem, vni tabernaculo, et omnibus tollendis, sufficit. Eadem est impedimenta deponendi ratio. Praeterea singulis est imperatum, quid facere debeant, vt omnia necessaria parentur opportune. Idcirco tempus idem et vni parti, et omnibus, ad ea paranda sufficit. Atque vti suus erat locus ministris haec necessaria curantibus, sic et armati milites in metatione castrorum locum illum habebant, qui armaturae cuiuis aptus esset, et quis esset is, norant; adeoque vniuersi eum sic occupabant, vt minime de eo ambigerent.

4. Nimirum arbitrabatur Cyrus, etiam in familia praeclarum esse studium collocationis aptae: quandoquidem hoc modo, si aliqua re quis forte indiget, planum est, quo ire debeat, vt eam sumat: sed multo pulchrius existimabat esse, militares tribus apta collocatione

θημοσύνην εἶναι, ὅσῳ τε ὀξύτεροι οἱ καιροὶ τῶν εἰς τὰ πολεμικὰ χρήσεων, καὶ μείζω τὰ σφάλματα ἀπὸ τῶν ὑστεριζόντων ἐν αὐτοῖς. ἀπὸ δὲ τῶν ἐν καιρῷ παραγινομένων πλείστα ἄξια ταῦτα τὰ κτήματα ὡρα γινόμενα ἐν τοῖς πολεμικοῖς. διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐπεμέλετο ταύτης τῆς εὐθημοσύνης μάλιστα.

ε'. Καὶ αὐτὸς μὲν δὴ πρῶτος ἑαυτὸν ἐν μέσῳ κατετίθετο τῇ στρατοπέδῳ, ὡς ταύτης τῆς χώρας ἐχυρωτάτης ὔσης· ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν πιστοτάτους, ὥσπερ εἰώθει, περὶ ἑαυτὸν εἶχε, τούτων δὲ ἐν κύκλῳ ἐχομένους ἱππέας τ' εἶχε καὶ ἁρματηλάτας. καὶ γὰρ τούτους ἐχυρᾶς ἐνόμιζε χώρας δεῖσθαι, ὅτι σὺν οἷς μάχονται ὅπλοις ὀδὲν πρόχειρον ἔχοντες τούτων στρατοπεδεύονται, ἀλλὰ πολλῇ χρόνῳ δέονται εἰς τὴν ἐξόπλισιν, εἰ μέλλοιεν χρησίμως ἐξοίσειν. ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ ἐν ἀριστερᾷ αὐτῇ τε καὶ τῶν ἱππέων πελτασταῖς χώρα ἦν· τοξοτῶν δ' αὖ χώρα ἡ πρόσθεν ἦν καὶ ὄπισθεν αὐτῇ τε καὶ τῶν ἱππέων.

ς'. Ὁπλίτας δὲ, καὶ τοὺς τὰ μεγάλα γέρρα ἔχοντας, κύκλῳ

locatione distribui, quum in vsu rerum bellicarum quanto magis subitae sunt opportunitates occasionum, tanto plus ab iis delinquatur, qui tardius in iis se gerunt. Per illos vero, qui mature adsunt, ea fieri videbat, quae bellicis in rebus quantiuis pretii sint. Haec causa fuit, cur aptae huius collocationis perstudiosus esset.

5. Ac primus quidem ipse castrorum in medio se collocabat, quod is locus esset quam munitissimus. Deinde circum se fidissimos quosque, sicut et alias consueuerat, habebat; atque horum in ambitu proximi tum equites tum curruum ductores erant. Etenim arbitrabatur his loco tuto esse opus, quod ita in castris agant, vt armis illis, quibus in hostem pugnant, expedite vti non possint; sed longo tempore ad armandum se indigeant, si quidem vtiliter efferre in aciem ea velint. Parte vero tum ipsius tum equitum dextra et laeua, cetratorum locus erat; sagittariorum tam ante quam post ipsum, et post equites.

6. Grauis armaturae milites, et qui crates parmasue maiores gestabant, in ambitu suorum omnium

κλῳ πάντων εἶχεν, ὥσπερ τεῖχος, ὅπως καὶ εἰ δέοι τὶ ἐνσκευάζεσθαι τὰς ἱππέας, οἱ μονιμώτατοι πρόσθεν ὄντες παρέχοιεν αὐτοῖς ἀσφαλῆ τὴν καθόπλισιν. ἐκάθευδον δὲ αὐτῷ ἐν τάξει ὥσπερ οἱ ὁπλῖται, ὕτω δὲ καὶ οἱ πελτασαὶ καὶ οἱ τοξόται, ὅπως καὶ ἐκ τῶν νυκτῶν, εἰ δέοι τι, ὥσπερ καὶ οἱ ὁπλῖται παρεσκευασμένοι εἰσὶ παίειν τὸν εἰς χεῖρας ἰόντα, ὕτω καὶ οἱ τοξόται καὶ οἱ ἀκοντισαὶ, εἴ τινες προσίοιεν, ἐξ ἑτοίμου ἀκοντίζοιεν καὶ τοξεύοιεν ὑπὲρ τῶν ὁπλιτῶν. εἶχον δὲ καὶ σημεῖα πάντες οἱ ἄρχοντες ἐπὶ ταῖς σκηναῖς.

ζ. Οἱ δὲ ὑπηρέται, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ σώφρονες ἴσασι μὲν καὶ τῶν πλείσων τὰς οἰκήσεις, μάλισα δὲ τῶν ἐπικαιρίων· ὕτω καὶ τῶν ἐν τοῖς στρατοπέδοις τάς τε χώρας τὰς τῶν ἡγεμόνων ἠπίσαντο οἱ Κύρου ὑπηρέται, καὶ τὰ σημεῖα ἐγίγνωσκον ἃ ἑκάστοις ἦν· ὥστε ὅτου δέοιτο Κῦρος, οὐκ ἐζήτουν, ἀλλὰ τὴν συντομωτάτην ἐφ' ἕκαστον ἔθεον. καὶ διὰ τὸ εἰλικρινῆ ἕκαστα εἶναι τὰ φῦλα, πολὺ μᾶλλον

omnium habebat instar muri; vt, si necesse esset, equites se prius parare, maxime statarii milites ante ipsos essent, tutumque spatium eis ad arma capienda praeberent. Et quemadmodum grauis armaturae milites, sic et cetrati et sagittarii somnum instructi capiebant; vt noctu, si quid vsus poscceret, perinde ac grauis armaturae milites parati sunt ad feriendos eos qui comminus inuadunt, sic et sagittarii et iaculatores pro gravis armaturae militibus, si qui hostes accederent, promte sagittis et iaculis suis vterentur. Praeterea certa quaedam signa praefecti omnes ad tabernacula habebant.

7. Adparitores vero, non aliter, ac in vrbibus illi, qui locorum periti sunt, plurimorum domos norunt, et eorum praesertim, quos interest nosse; sic, inquam, et Cyri adparitores loca ducum in castris, et singulorum signa norant. Itaque si alicuius opera Cyrus egeret, hunc illi non quaerebant; sed via quam maxime compendiaria ad vnumquemque currebant. Et quia singulae nationes secretae, minimeque inter se confusae erant, multo etiam magis patebat,

μᾶλλον ἦν δῆλα καὶ ὁπότε τὶς εὐτακτοίη, καὶ εἴ τις μὴ πράττοι τὸ προσταττόμενον. ὕτω δὴ ἐχόντων, ἡγεῖτο, εἴ τις ἐπιθεῖτο νυκτὸς ἢ ἡμέρας, ὥσπερ ἂν εἰς ἐνέδραν εἰς τὸ στρατόπεδον τὰς ἐπιτιθεμένας ἐμπίπτειν.

η'. Καὶ τὸ τακτικὸν δὲ εἶναι ἀ τᾶτα μόνον ἡγεῖτο, εἴ τις ἐκτεῖναι φάλαγγα εὐπόρως δύναιτο, ἢ βαθύναι, ἢ ἐκ κέρατος εἰς φάλαγγα καταστῆσαι, ἢ ἐκ δεξιᾶς, ἢ ἀριστερᾶς, ἢ ὄπιθεν ἐπιφανέντων τῶν πολεμίων, ὀρθῶς ἐξελίξαι· ἀλλὰ καὶ διασπᾶν, ὁπότε δέοι, τακτικὸν ἡγεῖτο, καὶ τὸ τιθέναι γε τὸ μέρος ἕκαστον, ὅπᾳ μάλιστα ἐν ὠφελείᾳ ἂν εἴη, καὶ τὸ ταχύνειν δὲ, ὅπᾳ φθάσαι δέοι· πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τακτικᾷ ἀνδρὸς ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ ἐπεμελεῖτο τᾶτων πάντων ὁμοίως· καὶ ἐν μὲν ταῖς πορείαις πρὸς τὸ συμπῖπτον ἀεὶ διατάττων ἐπορεύετο, ἐν δὲ τῇ στρατοπεδεύσει ὡς τὰ πολλὰ ὥσπερ εἴρηται κατεχώριζεν.

θ'. Ἐπεὶ

tebat, siue quis ordinis obseruans esset, siue, quod esset imperatum, non faceret. Hoc modo si comparati essent, futurum arbitrabatur, vt, si quis vel noctu vel interdiu suos adoriretur, in castra sua, tanquam in insidias, incideret.

8. Ac peritum esse struendae aciei non id solum esse arbitrabatur, vt quis extendere phalangem facile possit, vel densare, vel de cornu in phalangem redigere, vel prout hostes conspecti fuerint dextrorsum, sinistrorsum, a tergo, recte eam explicare: sed etiam posse distrahere, quum necessitas postulat, pertinere ad aciei struendae rationem putabat; ac partem quamlibet eo loco ponere, quo plurimum sit profutura; et accelerare, quum opus est antevertere. Haec omnia, et his similia, putabat eius esse viri, qui struendae aciei peritus esset, itidemque diligentiam his omnibus adhibebat. Ac in itineribus quidem, semper ad id quod accideret, aliter atque aliter instructis copiis pergebat: sed in metatione castrorum plerumque illa, quam diximus, collocatione vtebatur.

9. Quum

θ'. Επεὶ δὲ πορευόμενοι γίγνονται κατὰ τὴν Μηδικὴν, τρέπεται ὁ Κῦρος πρὸς Κυαξάρην. ἐπεὶ δὲ ἠσπάσαντο ἀλλήλους, πρῶτον μὲν δὴ ὁ Κῦρος εἶπε τῷ Κυαξάρει, ὅτι οἶκος αὐτῷ ἐξηρημένος εἴη ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἀρχεῖα, ὅπως ἔχῃ, καὶ ὅταν ἐκεῖσε ἔλθῃ, ὡς εἰς οἰκεῖα κατάγεσθαι· ἔπειμα δὲ καὶ ἄλλα δῶρα ἔδωκεν αὐτῷ πολλὰ καὶ καλά. ὁ δὲ Κυαξάρης ταῦτα μὲν ἐδέξατο, προσέπεμψε δὲ αὐτῷ τὴν θυγατέρα στέφανόν τε χρυσοῦν, καὶ ψέλλια φέρουσαν, καὶ στρεπτὸν, καὶ στολὴν Μηδικὴν ὡς δυνατὸν καλλίστην. καὶ ἡ μὲν δὴ παῖς ἐστεφάνωσε τὸν Κῦρον.

ί. Ο δὲ Κυαξάρης εἶπε· δίδωμι δέ σοι, ὦ Κῦρε, καὶ αὐτὴν ταύτην γυναῖκα, ἐμὴν οὖσαν θυγατέρα. καὶ ὁ σὸς δὲ πατὴρ ἔγημε τὴν τοῦ ἐμοῦ πατρὸς θυγατέρα, ἐξ ἧς σὺ ἐγένου. αὕτη δέ ἐστιν, ἣν σὺ πολλάκις, παῖς ὢν, ὅτε παρ' ἡμῖν ἦθα, ἐτιθηνήσω· καὶ ὁπότε τις ἐρωτῴη αὐτὴν, τίνι γαμοῖτο, ἔλεγεν ὅτι Κύρῳ. ἐπιδίδωμι δὲ αὐτῇ ἐγὼ καὶ Φερνὴν, Μηδίαν τὴν πᾶσαν· ᾠδὲ γάρ ἐσί μοι ἄῤῥην παῖς γνήσιος. ὁ μὲν ὕτως εἶπεν. ὁ δὲ Κῦρος ἀπεκρίνατο·

9. Quum autem progrediendo Medorum in regionem perveniſſent, Cyrus ad Cyaxarem diuertit. Quumque ſe complexi ſalutaſſent, primum Cyrus Cyaxari dixit, domum et curiam ei Babylone ſelectam eſſe; vt ſi etiam eo veniret, tanquam in ſua diuertere poſſet. Deinde muneribus aliis permultis et inſignibus eum donauit. Acceptis his Cyaxares filiam ad ipſum mittit, quae ei coronam auream, et armillas, et torquem, et Medicam veſtem, quam fieri potuit, pulcherrimam adferebat. Et puella Cyrum coronauit.

10. Cyaxares vero ait: Equidem hanc ipſam tibi, Cyre, vxorem trado, quae mea eſt filia. Nam et pater tuus patris mei filiam vxorem duxit, qua tu natus es. Atque haec illa eſt, cui tu puer ſaepenumero id temporis, quum apud nos eſſes, more nutricis blandiebare; quumque interrogabatur ab aliquo, cuinam eſſet nuptura; Cyro ſe nupturam reſpondebat. Addo nomine dotis, Mediam vniuerſam; quum natam ex me ſobolem ſexus virilis nullam habeam. Haec erant Cyaxaris verba. Cui reſpondens Cyrus:

κρίνατο· ἀλλ' ὦ Κυαξάρη, τό, τε γένος ἐπαινῶ, καὶ τὴν παῖδα, καὶ δῶρα· βέλομαι δὲ, ἔφη, σὺν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ καὶ τῇ τῆς μητρὸς ταῦτά σοι συναινέσαι. εἶπε μὲν ὅτως ὁ Κῦρος· ὅμως δὲ τῇ παιδὶ πάντα ἐδωρήσατο, ὁπόσα ᾤετο καὶ τῷ Κυαξάρει χαριεῖσθαι. ταῦτα δὲ ποιήσας, εἰς Πέρσας ἐπορεύετο.

ια'. Ἐπεὶ δὲ ἐπὶ Περσῶν ὁρίοις ἐγένετο πορευόμενος, τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα αὐτοῦ κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς φίλοις εἰς τὴν πόλιν ἐπορεύετο, ἱερεῖα μὲν ἄγων, ὡς πᾶσι Πέρσαις ἱκανὰ θύειν τε καὶ ἑστιᾶσθαι· δῶρα δ' ἦγεν, οἷα μὲν ἔπρεπε τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις φίλοις, οἷα δὲ ἔπρεπε ταῖς ἀρχαῖς, καὶ γεραιτέροις, καὶ τοῖς ὁμοτίμοις πᾶσιν. ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσι Πέρσαις καὶ Περσίσιν, ὅσα περ καὶ νῦν ἔτι δίδωσιν, ὅταν περ ἀφίκηται βασιλεὺς εἰς Πέρσας. ἐκ δὲ τούτου συνέλεξε Καμβύσης τοὺς γεραιτέρους Περσῶν, καὶ τὰς ἀρχὰς, οἵπερ τῶν μεγίστων κύριοί εἰσι· παρεκάλεσε δὲ καὶ Κῦρον, καὶ ἔλεξε τοιάδε·

ιβ'. Ἄνδρες

Cyrus: Equidem, ait, mi Cyaxares, et genus laudo, et puellam, et munera. Sed in his tibi de sententia patris ac matris adsentiri volo. Et quamquam haec ita Cyrus diceret, puellae tamen omnia donabat, quaecunque grata Cyaxari futura putabat. Atque his peractis, in Persiam iter faciebat.

11. Quumque pergendo Persarum ad fines peruenisset, copias ibidem ceteras reliquit: ipse cum amicis ad vrbem contendit, partim secum victimas adducens, quae vniuersae Persarum nationi tam ad sacrificia, quam ad epulas sufficerent: partim munera ferens, qualia patri, matri, amicis ceteris dari deceret; et qualia magistratibus, senioribus, aequalibus omnibus conuenirent. Praeterea cunctis in Persia viris ac foeminis ea largiebatur, quaecunque solet hac etiam tempestate largiri Rex, quum in Persiam venit. Deinde conuocatis Cambyses Persarum senioribus, et illis magistratibus, penes quos illic rerum maximarum potestas est, Cyrum etiam arcessit, et hanc in sententiam verba facit:

12. Merito

ιβ'. Ανδρες Πέρσαι, καὶ σὺ ὦ Κῦρε, ἐγὼ ἀμφοτέροις ὑμῖν εἰκότως εὔνους εἰμί. ὑμῶν μὲν γὰρ βασιλεύω· σὺ δὲ, ὦ Κῦρε, παῖς ἐμὸς εἶ. δίκαιος ἂν εἰμὶ, ὅσα γιγνώσκειν δοκῶ ἀγαθὰ ἀμφοτέροις, ταῦτα εἰς τὸ μέσον λέγειν. τὰ μὲν γὰρ παρελθόντα, ὑμεῖς μὲν Κῦρον ἡγεμόνα ἐποιήσατε, στράτευμα δόντες, καὶ ἄρχοντα τούτου αὐτὸν καταστήσαντες· Κῦρος δὲ ἡγούμενος τούτου, σὺν Θεοῖς εὐκλεεῖς μὲν ὑμᾶς, ὦ Πέρσαι, ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐποίησεν, ἐντίμους δ' ἐν τῇ Ασίᾳ πάσῃ· τῶν δὲ συστρατευσαμένων αὐτῷ τοὺς μὲν ἀρίστους καὶ πεπλούτικε, τοῖς δὲ πολλοῖς μισθὸν καὶ τροφὴν παρεσκεύακεν. ἱππικὸν δὲ καταστήσας Περσῶν, πεποίηκε Πέρσαις καὶ πεδίων εἶναι μετουσίαν. ἢν μὲν δὴ καὶ τοιοῦτον ἔτι γιγνώσκητε, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ἀλλήλοις ἔσεσθε. εἰ δὲ ἢ σὺ, ὦ Κῦρε, ἐπαρθεὶς ταῖς παρούσαις τύχαις, ἐπιχειρήσεις καὶ Περσῶν ἄρχειν ἐπὶ πλεονεξίᾳ ὥσπερ τῶν ἄλλων,

12. Merito ego vos, Perſae, tuque itidem Cyre, benevolentia complector vtroſque; Nam vti Rex vobis ſum, ita tu, Cyre, mihi filius es. Quamobrem aequum eſt, me, quaecunque animaduertere videbor ex re vtriuſque futura, in medium proferre: Quod enim attinet praeterita, vos Cyrum auxiſtis, exercitu tradito, et hoc eis imperatore conſtituto. Cyrus ducis munere fungens, Diis adiuuantibus, vobis quidem, Perſae, apud omnes homines celebritatem nominis, gloriamque peperit, et honorem per Aſiam vniuerſam conciliauit: praeſtantiſſimos autem eorum, qui eius ſigna ſequuti ſunt, opulentos reddidit: vulgo militum de ſtipendiis et victu proſpexit. Quin et Perſarum equitatu inſtituto perfecit, vt etiam loca plana et campeſtria ſibi vindicare poſſint. Itaque ſi deinceps quoque hac in ſententia perſtiteritis, multorum magnorumque bonorum auctores inuicem vobis eritis. Sin autem vel tu, Cyre, propter res modo proſperas elatus animo, perinde Perſis imperare tui cum captatione commodi conabere, vt ceteris;

λων, ἢ ὑμεῖς, ὦ πολῖται, φθονήσαντες τούτῳ τῆς δυνάμεως, καταλύειν πειράσεσθε τοῦτον τῆς ἀρχῆς, εὖ ἴσθ' ὅτι ἐμποδὼν ἀλλήλοις πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἔσεσθε.

Ὡς ἂν μὴ ταῦτα γίγνηται, ἀλλὰ τἀγαθὰ, ἐμοὶ δοκεῖ, ἔφη, θύσαντας ὑμᾶς κοινῇ, καὶ θεοὺς ἐπιμαρτυραμένους συνθέσθαι, σὲ μὲν, ὦ Κῦρε, ἤν τις ἢ ἐπιστρατεύηται χώρᾳ Περσίδι, ἢ Περσῶν νόμους διασπᾷν πειρᾶται, βοηθήσειν παντὶ σθένει· ὑμᾶς δὲ, ὦ Πέρσαι, ἤν τις ἢ ἀρχῆς Κῦρον ἐπιχειρῇ καταπαύειν, ἢ ἀφίστασθαί τινας τῶν ὑποχειρίων, βοηθήσειν καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ Κύρῳ καθ' ὅ, τι ἂν ἐπαγγέλλῃ. καὶ ἕως μὲν ἂν ἐγὼ ζῶ, ἐμὴ γίγνηται ἡ ἐν Πέρσαις βασιλεία· ὅταν δ' ἐγὼ τελευτήσω, δῆλον ὅτι Κύρου, ἐὰν ζῇ. καὶ ὅταν μὲν ὅδε ἀφίκηται εἰς Πέρσας, ὁσίως ἂν ὑμῖν ἔχοι, τοῦτον θύειν τὰ ἱερὰ ὑπὲρ ὑμῶν, ἅπερ νῦν ἐγὼ θύω· ὅταν δ' ὅδε ἔκδημος ᾖ, καλῶς ἂν οἶμαι ὑμῖν ἔχειν,

teris; vel vos, o ciues, potestati huius inuideritis, atque idcirco imperium ipsi abrogare tentaueritis: certo scitote, vosmetipsos mutuo vobis in multis et praeclaris rebus futuros impedimento.

Quapropter vt haec nobis non accidant, sed bona potius contingant: visum est mihi, posteaquam rem sacram solemni ritu fecerimus, Deosque fuerimus testati, sic paciscendum nobis esse; vt tu quidem, Cyre, si quis vel in terram Persidem copias hostiles ducat, vel leges Persarum conuellere conetur, omnibus viribus opem feras: vos vero, Persae, si quis vel imperium Cyro adimere, vel subditorum aliquos ad defectionem impellere adgrediatur, tum vobis ipsis, tum Cyro, prout denuntiarit, subueniatis. Atque dum equidem vixero, meum esto in Persas imperium: verum vbi viuendi finem fecero, planum est, illud Cyri fore, si viuet: qui quidem in Persiam quum veniet, religiose feceritis, si pro vobis hostias caedet, quemadmodum ipse iam sacra procuro. Vbi vero peregre aberit, recte vestra se res habebit, vt arbi-

ἔχειν, εἰ ἐκ τῆς γένους ὃς ἂν δοκῇ ὑμῖν ἄριστος εἶναι, ἔτος τὰ τῶν Θεῶν ἀποτελοίη.

ιγ'. Ταῦτα εἰπόντος Καμβύσου, συνέδοξε Κύρῳ τε καὶ τοῖς Περσῶν τέλεσι· καὶ συνθέμενοι ταῦτα τότε, καὶ θεοὺς ἐπιμαρτυράμενοι, ἔτω καὶ νῦν ἔτι διαμένουσι ποιοῦντες πρὸς ἀλλήλους Πέρσαι τε καὶ βασιλεύς. τούτων δὲ πραχθέντων, ἀπῆει ὁ Κῦρος· ὡς δ' ἀπιὼν ἐγένετο ἐν Μήδοις, συνδόξαν τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, γαμεῖ τὴν Κυαξάρου θυγατέρα· ἧς ἔτι καὶ νῦν λόγος ὡς παγκάλου γενομένης. ἔνιοι δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν, ὡς τὴν τῆς μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν. ἀλλὰ γραῦς ἂν καὶ παντάπασιν ἦν * ἡ παῖς. γήμας δὲ, εὐθὺς ἔχων ἀνεζεύγνυεν.

## ΚΕΦ. ς'.

Ἐπεὶ δ' ἐν Βαβυλῶνι ἦν, ἐδόκει αὐτῷ σατράπας ἤδη πέμπειν ἐπὶ τὰ κατεστραμμένα ἔθνη. τοὺς μέντοι ἐν ταῖς ἀκραις φρουράρχους, καὶ τοὺς χιλιάρχους τῶν κατὰ τὴν χώραν

tror, si is ex familia nostra, qui vobis oprimus esse videbitur, rem diuinam perfecerit.

13. Quae Cambyses quum protulisset, eadem tum a Cyro, tum a Persarum magistratibus, decreto communi facto, sunt approbata. Et quemadmodum id temporis haec pacti sunt, Deosque contestati: sic et Persae, et Rex inter se constanter eadem hoc etiam tempore obseruant. Atque his rebus peractis, Cyrus discessit: quumque in Mediam peruenisset, de patris matrisque sententia Cyaxaris filiam vxorem ducit: de qua etiam nunc memoriae proditur, fuisse perelegantem. Nonnulli autem scriptores historiarum aiunt, matris cum eo sororem fuisse nuptam. Verum ea virgo fuisset omnino tunc anus. Nuptiis celebratis, mox cum ea discessit.

## CAP. VI.

Quumque esset Babylone, visum est ei, satrapas iam mittendos esse ad nationes in ditionem redactas. Enimuero praesidiorum magistros in arcibus, et tribunos eorum militum, qui per regionem

* Al. ἡ παῖς.

χώραν φυλακῶν, ἢ ἄλλῃ ἢ ἑαυτῷ ἐβούλετο ἀκούειν· ταῦτα δὲ προεωρᾶτο, ἐννοῶν ὅπως, εἴ τις τῶν σατραπῶν ὑπὸ πλήτους καὶ πληθυς ἀνθρώπων ἐξυβρίσειε, καὶ ἐπιχειρήσειε μὴ πείθεσθαι, εὐθὺς ἀντιπάλους ἔχοι ἐν τῇ χώρᾳ. ταῦτ' ἂν βουλόμενος πρᾶξαι, ἔγνω συγκαλέσαι πρῶτον τοὺς ἐπικαίρους, καὶ προειπεῖν, ὅπως εἰδεῖεν, ἐφ' οἷς ἴασιν οἱ ἰόντες. ἐνόμιζε γὰρ ὕτως ῥᾴδιον φέρειν ἂν αὐτούς. ἐπεὶ δὲ κατασαίη τις ἄρχων, καὶ αἰσθάνοιτο ταῦτα, χαλεπῶς ἂν ἐδόκουν αὐτῷ φέρειν, νομίζοντες δι' ἑαυτῶν ἀπιστίαν ταῦτα γενέσθαι.

β'. Οὕτω δὴ συλλέξας, λέγει αὐτοῖς τοιάδε· Ανδρες φίλοι, εἰσὶν ἡμῖν ἐν ταῖς κατεσταλμέναις πόλεσι φρουροὶ καὶ φυλάρχοι, οὓς τότε κατελίπομεν, καὶ τούτοις ἐγὼ προσάξας ἀπῆλθον, ἄλλο μὲν οὐδὲν πολυπραγμονεῖν, τὰ δὲ τείχη διασώζειν. τούτους μὲν οὖν οὐ παύσω τῆς ἀρχῆς, ἐπεὶ καλῶς

regionem in excubiis erant; alteri, quam sibi, parere nolebat. Atque haec ita prospiciebat, quum cogitaret, eo pacto futurum, vt si quis satraparum, opibus et hominum multitudine fretus, insolenter se gereret, imperiumque detrectare niteretur, mox aduersarios suos in ipsa regione haberet. Haec igitur facere quum vellet, initio conuocandos iudicabat, quos adesse referret, remque his prius exponendam; vt, quas ob causas mitterentur ii, qui mittendi essent, scirent. Nam hac ratione laturos id aequioribus animis arbitrabatur. Sin praefectus aliquis iam constitutus esset, atque haec deinde animaduerteret; grauiter laturos ducebat, velut existimantes, ea non aliam ob causam fieri, quam quod fides sibi non haberetur.

2. Conuocatis igitur iis, huiusmodi quaedam loquutus est: Sunt nobis, amici, subactis in vrbibus et praesidiarii milites, et eorum praefecti, quos tunc reliquimus. Illis ego discedens praecepi, nihil vt aliud curiose instituerent agere; sed munitiones et castella tuerentur. His igitur equidem magistratum non adi-

καλῶς διαπεφυλάκασι τὰ προσαχθέντα· ἄλλους δὲ σατράπας πέμψαι μοι δοκεῖ, οἵτινες ἄρξουσι τῶν ἐνοικούντων, καὶ τὸν δασμὸν λαμβάνοντες τοῖς τε φρουροῖς δώσουσι μισθὸν, καὶ ἄλλο τελέσουσιν ὅ, τι ἂν δέῃ. δοκεῖ δέ μοι καὶ τῶν ἐνθάδε ὑμῶν, οἷς ἂν ἐγὼ πράγματα παρέχω, πέμπων πράξοντάς τι ἐπὶ ταῦτα τὰ ἔθνη, χώρας γε νέμεσθαι καὶ οἰκους ἐκεῖ, ὅπως δασμοφορῆται αὐτοῖς δεῦρο, ὅταν τε ἴωσιν ἐκεῖσε, εἰς οἰκεῖα ἔχωσι καταγεσθαι.

γ'. Ταῦτα εἶπε, καὶ ἔδωκε πολλοῖς τῶν φίλων κατὰ πάσας τὰς καταστραφείσας πόλεις οἴκους, καὶ ὑπηκόους· καὶ ἔτι νῦν εἰσι τοῖς ἀπογόνοις τῶν τότε λαβόντων αἱ χῶραι καταμένουσαι, ἄλλαι ἐν ἄλλῃ γῇ, αὐτοὶ δὲ οἰκοῦσι παρὰ βασιλεῖ. δεῖ δὲ, ἔφη, τοὺς ἰόντας σατράπας ἐπὶ ταύτας τὰς χώρας, τοιούτους ὑμᾶς σκοπεῖν οἵτινες ὅ, τι ἂν ἐν τῇ γῇ ἑκάστῃ καλὸν ἢ ἀγαθὸν ᾖ, μεμνήσονται καὶ δεῦρο ἀποπέμπειν, ὡς μετέχωμεν καὶ οἱ ἐνθάδε ὄντες τῶν

mam, quum praeclare, quae iussi erant, conservarint. Verum alii mihi satrapae mittendi videntur, qui regionum incolis praesint, acceptoque tributo, tum praesidiariis stipendium persolvant, tum quidquid necesse fuerit, perficiant. Etiam mihi videtur, iis, qui e vobis heic degunt, et quibus negotia impono, dum ad obeunda quaedam munera ad istas nationes eos ablego, istic et agros et aedes adsignandos esse; vt et tributum huc illis adferatur, et quum eo venerint, suas in aedes possint diuertere.

3. Haec quum dixisset, plerisque amicorum, in omnibus subactis vrbibus, donabat aedes ac subditos. Atque hac etiam tempestate posteri eorum, qui tunc illa consequuti sunt, in agrorum, quorum alii alia in regione siti sunt, possessione manent: quamvis ipsi apud regem sedes domesticas habeant. Necesse est autem, inquit, vt de satrapis, ad regiones illas mittendis, eiusmodi dispiciatis; qui meminerint huc etiam mittendum esse, quidquid in quouis solo pulchri boniue fuerit; vt etiam nos, qui heic manemus, omnium bonorum, quae

vbique

τῶν πανταχῆ γιγνομένων ἀγαθῶν. καὶ γὰρ ἤν τι πε δεινὸν γίγνηται, ἡμῖν ἕξαι ἀμυντέον.

δ'. Ταῦτ' εἰπὼν, τότε μὲν ἔπαυσε τὸν λόγον· ἔπειτα δὲ ὡς ἐγίγνωσκε τῶν φίλων ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐπιθυμοῦντας ἰέναι, ἐκλεξάμενος αὐτῶν τοὺς δοκοῦντας ἐπιτηδειοτάτους εἶναι, ἔπεμπε σατράπας, εἰς Ἀραβίαν μὲν, Μεγάζυβον· εἰς Καππαδοκίαν δὲ, Ἀρταβάταν· εἰς Φρυγίαν δὲ τὴν μεγάλην, Ἀρτακάμαν· εἰς *Λυκίαν δὲ καὶ Ἰωνίαν, Χρυσάνταν· εἰς Καρίαν δὲ, Καδούσιον, ὥσπερ ἦτον· εἰς Φρυγίαν δὲ τὴν παρ' Ἑλλήσποντον, καὶ Αἰολίδα, Φαρνοῦχον. Κιλικίας δὲ, καὶ Κύπρου, καὶ Παφλαγόνων οὐκ ἔπεμψε Πέρσας σατράπας, ὅτι ἑκόντες ἐδόκουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι ἐπὶ Βαβυλῶνα· δασμοὺς μέντοι συνέταξεν ἀποφέρειν καὶ τούτους.

ε'. Ὡς δὲ τότε Κῦρος κατεσήσατο, ἕως ἔτι καὶ νῦν βασιλέως εἰσὶν αἱ ἐν ταῖς ἄκραις φυλακαὶ, καὶ οἱ χιλίαρχοι τῶν φυλακῶν ἐκ βασιλέως εἰσὶ καθεσηκότες, καὶ παρὰ βασιλεῖ ἀπογεγραμμένοι. προεῖπε δὲ πᾶσι τοῖς

vbique proueniunt, participes simus. Nam si quid vspiam rei terribilis existat, id etiam nobis propulsandum erit.

4. Haec loquutus, finem dicendi fecit; ac deinde, quos ex amicis animaduerteret eundi cupidos, secundum conditiones propositas: habito delectu, eos, qui maxime viderentur idonei, satrapas misit, in Arabiam Megazybum: in Cappadociam, Artabatam: in Phrygiam maiorem, Artacamam: in Lyciam et Ioniam, Chrysantam: in Cariam, Adusium, vt ipsi petierant: in Phrygiam, quae propter Hellespontum sita est, et Aeolidem, Pharnuchum. Ciliciae vero, et Cypro, et Paphlagonibus satrapas Persicos nullos misit; quod vltro visi essent aduersus Babylonem Cyri signa sequuti. Sed tamen his etiam tributa indixit adferenda.

5. Vt autem Cyrus id temporis constituit, sic etiam nunc arcium praesidia regis in potestate sunt, et praesidiariorum tribuni a rege constituuntur, et apud regem descripti census eorum exstant. Praeterea satrapis omnibus,

* Al. Λυδίαν.

τοῖς ἐκπεμπομένοις σατράπαις, ὡς δυνατὸν, ὅσα ἑώρων ποιοῦντα αὐτὸν, πάντα μιμεῖσθαι. πρῶτον μὲν ἱππέας καθιστάναι ἐκ τῶν συνεπομένων Περσῶν καὶ συμμάχων, καὶ ἁρματηλάτας. ὁπόσοι δ' ἂν γῆν καὶ ἀρχεῖα λάβωσιν, ἀναγκάζειν τούτους ἐπὶ θύρας ἰέναι, καὶ σωφροσύνης ἐπιμελουμένους, παρέχειν ἑαυτοὺς τῷ σατράπῃ χρῆσθαι, ἤν τι δέηται. παιδεύειν δὲ καὶ τοὺς γιγνομένους παῖδας ἐπὶ θύρας, ὥσπερ παρ' αὐτῷ. ἐξάγειν δὲ ἐπὶ τὴν θήραν τὸν σατράπην τοὺς ἀπὸ θυρῶν, καὶ ἀσκεῖν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν ἑαυτῷ τὰ πολεμικά.

ς'. Ος δ' ἂν ἐμοὶ, ἔφη, κατὰ λόγον τῆς δυνάμεως, πλεῖστα μὲν ἅρματα, πλείστους δὲ καὶ ἀρίστους ἱππέας ἀποδεικνύῃ, τοῦτον ἐγὼ, ὡς ἀγαθὸν σύμμαχον, καὶ ὡς ἀγαθὸν συμφύλακα Πέρσαις τε καὶ ἐμοὶ τῆς ἀρχῆς, τιμήσω. ἕσωσαν δὲ παρ' ὑμῖν καὶ ἑδραις, ὥσπερ παρ' ἐμοὶ, οἱ ἄριστοι προτετιμημένοι· καὶ τράπεζα, ὥσπερ ἡ ἐμὴ, τρέφουσα μὲν

bus, quos emittebat, edixit; vt omnia, quaecunque se facere viderent, pro viribus imitarentur. Primum equites et curruum agitatores ex illis Persis ac sociis, qui comitarentur ipsos, instituerent. Quicunque vero et agros, et domos publicas consequuti essent; eos ad frequentandam portam cogerent, vtque temperantiae studiose addicti, satrapae semet vtendos exhiberent, si quid vsus posceret. Etiam liberos, qui eis nascerentur, ad portam educarent et instituerent, quemadmodum apud ipsum fieret. Itidem satrapam, quos haberet ad portam, venatum producere debere; ac tum se, tum suos ad res bellicas exercere.

6. Qui autem mihi, ait, pro ratione potestatis suae, currus plurimos et lectissimos equites effecerit; hunc ego, tanquam egregium belli socium, et qui custodiae imperii tum Persici, tum mei, sit particeps, honoribus ornabo. Sint apud vos etiam sessionibus, perinde atque apud me, viri praestantissimi prae ceteris honorati. Sit et mensa, quae sicut et mea, primum domesticos

μὲν πρῶτον τὰς οἰκέτας· ἔπειτα δὲ, καὶ ὡς φίλοις μεταδιδόναι, ἱκανῶς κεκοσμημένην· καὶ ὡς τὸν καλόν τι ποιοῦντα καθ' ἡμέραν ἐπιγεραίρειν. κλᾶθε δὲ καὶ παραδείσους, καὶ θηρία τρέφετε, καὶ μήτε αὐτοί ποτε ἄνευ πόνου σῖτον παράθεσθε, μήτε ἵπποις ἀγυμνάστοις χόρτον ἐμβάλλετε. ὃ γὰρ ἂν δυναίμην ἐγὼ εἷς ὢν ἀνθρωπίνῃ ἀρετῇ τὰ πάντων ὑμῶν ἀγαθὰ διασώζειν, ἀλλὰ δεῖ ἐμὲ μὲν ἀγαθὸν ὄντα σὺν ἀγαθοῖς τοῖς παρ' ἐμοῦ ὑμῖν ἐπίκουρον εἶναι· ὑμᾶς δὲ ὁμοίως αὐτοὺς, ἀγαθοὺς ὄντας, σὺν ἀγαθοῖς τοῖς μεθ' ὑμῶν ἐμοὶ συμμάχους εἶναι. βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς καὶ τοῦτο κατανοῆσαι, ὅτι τούτων, ὧν νῦν ὑμῖν παρακελεύομαι, οὐδὲν τοῖς ἄλλοις προσάτλω· ἃ δ' ὑμᾶς φημὶ χρῆναι ποιεῖν, ταῦτα καὶ αὐτὸς πειρῶμαι πάντα πράττειν. ὥσπερ δ' ἐγὼ ὑμᾶς κελεύω ἐμὲ μιμεῖσθαι, οὕτω καὶ ὑμεῖς τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀρχὰς ἔχοντας μιμεῖσθαι ὑμᾶς διδάσκετε.

ζ'. Ταῦτα δὲ Κῦρος οὕτω τότε τάξαντος, ἔτι καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πᾶσαι μὲν αἱ ὑπὸ βασιλεῖ φυλακαὶ ὁμοίως φυλάττονται,

sticos alat; deinde sat bene instructa sit etiam ad impertiendum amicis, honoremque illis exhibendum, qui singulos in dies aliquid praeclare gerent. Etiam septa vobis hortorum sunto, ac feras alite, nec ipsi vnquam, labore nullo praecedente, cibum vobis adponite, neque pabulum equis non exercitis obiicite. Non enim fieri poterit, vt vnus ego virtute humana vestrum omnium bona tuear: sed necesse est magno me pariter animo, cum viris fortibus, a me summittendis, auxilio vobis esse: ac vos itidem fortes esse viros oportet, et cum vestris, qui et ipsi viri fortes sint, socia mecum arma coniungere. Velim hoc etiam consideretis, nihil me horum, ad quae iam vos cohortor, servis imperare: et quae vobis facienda esse aio, haec ipsemet exsequi omnia studeo. Denique vt vos ego me imitari iubeo, sic etiam vos magistratus illos, qui vestro imperio continentur, ad imitationem vestri condocefacite.

7. Atque haec vti tum Cyrus instituit, sic etiam hodie cuncta regis imperio subiecta praesidia

φυλάττονται, πᾶσαι δὲ αἱ τῶν ἀρχόντων θύραι ὁμοίως θεραπεύονται, πάντες δὲ οἱ οἶκοι καὶ μεγάλοι καὶ μικροὶ ὁμοίως οἰκοῦνται, πάντες δὲ οἱ ἄριστοι τῶν παρόντων ἕδραις προτετίμηνται, πᾶσαι δὲ αἱ πορεῖαι συντεταγμέναι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰσὶ, πᾶσι δὲ συγκεφαλαιοῦνται πολλαὶ πράξεις ὀλίγοις ἐπιστάταις. ταῦτα δ' εἰπὼν, ὡς χρὴ ποιεῖν ἑκάστους, καὶ δύναμιν ἑκάστῳ προθεὶς, ἐξέπεμπε, καὶ προεῖπεν ἅπασι παρασκευάζεσθαι, ὡς εἰς νέωτα στρατείας ἐσομένης, καὶ ἀποδείξεως ἀνδρῶν, καὶ ὅπλων, καὶ ἵππων, καὶ ἁρμάτων.

γρ. ὡς

η'. Κατενοήσαμεν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Κύρου καταρξαντος, ὥς φασι, καὶ νῦν ἔτι διαμένει. ἐφοδεύει γὰρ ἀνὴρ κατ' ἐνιαυτὸν ἀεὶ, στράτευμα ἔχων· ὃς, ἢν μέν τις τῶν σατραπῶν ἐπικουρίας δέηται, ἐπικουρεῖ· ἢν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει· ἢν δέ τις ἢ δασμῶν φορᾶς ἀμελῇ, ἢ τῶν ἐνοίκων φυλακῆς, ἢ ὅπως ἡ χώρα ἐνεργὸς ᾖ, ἢ ἄλλο τι τῶν τεταγμένων

custodiuntur, et omnes magistratuum portae officiose frequentantur, omnesque tum amplae tum exiguae domus simili modo administrantur: omnes ex iis, qui adsunt, praestantissimi, sessionibus honoris ergo supra ceteros ornantur: omnia itinera eodem modo instituuntur, perque paucos praefectos res omnino multae breui compendio curantur. His indicatis, quemadmodum se gerere singuli deberent; ac manu militum cuique data, sic eos dimisit, vt praediceret vniuersis, pararent sese, quod suscipienda in annum proximum esset expeditio, et lustrandi milites, arma, equi, currus.

8. Hoc etiam ab auctore Cyro profectum, vt aiunt, nunc quoque seruari animadvertimus. Circumit hinc inde quispiam regiones cum exercitu singulis annis: qui, si satraparum aliquis indiget auxilio, fert ei auxilium: si quis insolenter se gerit, eum sanam ad mentem reuocat. Quod si quis vel tributum adferre negligit, vel incolas tueri, vel vt terra culta sit, vel aliquid aliud ex iis, quae sunt imperata, praeter-

μένων παραλίπῃ, ταῦτα πάντα κατευτρεπίζει. ἢν δὲ μὴ δύνηται, βασιλεῖ ἀπαγγέλλει. ὁ δὲ ἀκούων, βουλεύεται περὶ τοῦ ἀτακτοῦντος· καὶ οἱ πολλάκις λεγόμενοι, ὅτι βασιλέως υἱὸς καταβαίνει, βασιλέως ἀδελφὸς, βασιλέως ὀφθαλμὸς, καὶ ἐνίοτε οὐκ ἐκφαινόμενοι, ὅμως τῶν ἐφόδων εἰσίν. ἀποτρέπεται γὰρ ἕκαστος αὐτῶν, ὁπόθεν ἂν βασιλεὺς κελεύῃ.

θ'. Κατεμάθομεν δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλο μηχάνημα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, ἐξ οὗ ταχέως ᾐσθάνετο καὶ τὰ πάμπολυ ἀπέχοντα ὅπως ἔχοι. σκεψάμενος γὰρ, πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος καταντύτοι τῆς ἡμέρας ἐλαυνόμενος, ὥστε διαρκεῖν, ἐποιήσατο ἱππῶνας τοσοῦτο διαλείποντας, καὶ ἵππους ἐν αὐτοῖς κατέσησε, καὶ τοὺς ἐπιμελησομένους τούτων· καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τόπων ἔταξε, τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους, καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. ἔστι δ' ὅτε οὐδὲ τὰς νύκτας φασὶν ἵστασθαι ταύτην τὴν πορείαν, ἀλλὰ τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ

praetermittit; haec ille corrigit omnia. Si vero nequeat facere, regi denuntiat. Is vbi rem audit, de eo, qui ſpreto imperio ſe contumaciter gerit, deliberat: ac ſaepenumero ii, de quibus dicitur, Regis filius deſcendit, Regis frater, Regis oculus: licet aliquando non conſpiciantur, circitores illi ſunt. Nam vnuſquiſque horum e via reuocatur, vbi Rex ita iubet.

9. Etiam aliud quiddam excogitaſſe Cyrum cognouimus, quod ad magnitudinem imperii pertinet, de quo celeriter intelligeret, qui etiam rerum longe remotarum ſtatus eſſet. Quum enim conſideraſſet, quantum itineris equus agitatione diurna conficere viribus integris poſſet: equorum ſtabula parari curauit, quae tantumdem diſtarent, et in his equos conſtituit, cum illis qui eorum curam gererent. Ordinauit et quolibet loco quendam, qui tum ad recipiendum literas adlatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus eſſet; quique defatigatos equos exciperet, ac recentes ſummitteret. Atque hoc in itinere ne noctu quidem interdum ceſſari dicitur, ſed nun-

γέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι. τούτων δὲ ὕτω γιγνομένων, φασί τινας θᾶττον τῶν γεράνων ταύτην τὴν πορείαν ἀνύτειν. εἰ δὲ τοῦτο ψεύδονται, ἀλλ' ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον. ἀγαθὸν δὲ, ὡς τάχιστα ἕκαστον αἰσθανόμενον, ὡς τάχιστα ἐπιμελεῖσθαι.

ί. Ἐπεὶ δὲ περιῆλθεν ὁ ἐνιαυτὸς, συνήγειρε στρατιὰν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ λέγεται αὐτῷ γενέσθαι εἰς δώδεκα μὲν ἵππων μυριάδας, εἰς δισχίλια δὲ ἅρματα δρεπανηφόρα, πεζῶν δὲ εἰς μυριάδας ἑξήκοντα. ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνεσκευάσατο αὐτῷ, ὥρμα δὴ ταύτην τὴν στρατείαν, ἐν ᾗ λέγεται καταστρέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα Συρίαν *εἰσβάντι οἰκεῖ μέχρις ἐρυθρᾶς θαλάσσης. μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ εἰς Αἴγυπτον στρατεία λέγεται γενέσθαι, καὶ καταστρέψασθαι Αἴγυπτον. καὶ ἐκ τούτου τὴν ἀρχὴν ὥριζεν αὐτῷ πρὸς ἕω μὲν, ἡ ἐρυθρὰ θάλαττα· πρὸς ἄρκτον δὲ, ὁ Εὔξεινος πόντος· πρὸς ἑσπέραν δὲ, Κύπρος καὶ Αἴγυπτος· πρὸς μεσημβρίαν δὲ, Αἰθιοπία. τούτων δὲ τὰ πέρατα, τὰ μὲν διὰ θάλπος,

tio diurno succedere nocturnum. Quae quidem ita quum fiunt, aiunt nonnullos iter huiusmodi gruum volatu celerius conficere. Quod si vere non dicitur, saltem hoc manifestum est, omnium pedestrium itinerum, quae homines conficiant, hoc velocissimum esse. Bonum est autem, vt, quamprimum aliquid animaduertitur, etiam cura sine dilatione adhibeatur.

10. Posteaquam annus praeteriisset, Cyrus exercitum Babylonem coegit, habuisseque fertur ad centum viginti equitum millia, currus falcatos bis mille, peditum millia sexcenta. Quo adparatu facto, expeditionem illam suscepit, qua nationes vniuersas sibi subiecisse dicitur, quae ab ingressu Syriae habitant vsque ad mare rubrum. Postea suscepta in Aegyptum fertur expeditio, qua Aegyptum subegerit. Itaque deinceps imperium Cyri terminabat ad solem orientem, mare rubrum; ad septemtriones, pontus Euxinus; occidentem versus, Cyprus et Aegyptus; versus meridiem, Aethiopia. Quarum regionum extremi fines partim ob calorem,

* Al. ἐκβάντι.

θάλπος, τὰ δὲ διὰ ψύχος, τὰ δὲ διὰ ὕδωρ, τὰ δὲ δι' ἀνυδρίαν δυσοίκητα.

ια'. Αὐτὸς δ' ἐν μέσῳ τούτων τὴν δίαιταν ποιησάμενος, τὸν μὲν ἀμφὶ τὸν χειμῶνα χρόνον διῆγεν ἐν Βαβυλῶνι ἑπτὰ μῆνας. (αὕτη γὰρ ἀλεεινὴ ἡ χώρα) τὸν δὲ ἀμφὶ τὸ ἔαρ, τρεῖς μῆνας ἐν Σούσοις· τὴν δὲ ἀκμὴν τοῦ θέρους, δύο μῆνας ἐν Ἐκβατάνοις. ὅτῳ δὲ ποιοῦντ' αὐτὸν λέγουσιν ἐν ἐαρινῷ θάλπει καὶ ψύχει διάγειν ἀεί. ὅτῳ δὲ διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι, ὡς πᾶν μὲν ἔθνος μειονεκτεῖν ἔδοκει, εἰ μὴ Κύρῳ πέμψειεν ὅ, τι καλὸν αὐτοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἢ φύοιτο, ἢ τρέφοιτο, ἢ τεχνῷτο· πᾶσα δὲ πόλις, ὡσαύτως· πᾶς δὲ ἰδιώτης πλούσιος ἂν ᾤετο γενέσθαι, εἴ τι Κύρῳ χαρίσαιτο. καὶ γὰρ ὁ Κῦρος λαμβάνων παρ' ἑκάστων, ὧν ἀφθονίαν εἶχον οἱ διδόντες, ἀντεδίδου ὧν σπανίζοντας αὐτοὺς αἰσθάνοιτο.

## ΚΕΦ. ζ'.

Οὕτω δὲ τοῦ αἰῶνος προκεχωρηκότος, μάλα δὴ πρεσβύτης ὢν ὁ Κῦρος ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας τὸ ἕβδομον

calorem, partim propter frigus, partim propter aquam, partim ob aquae inopiam habitari difficulter possunt.

11. Ipse quum in horum medio viueret, hyberno tempore septem menses Babylone degebat, quod ista regio tepida sit; tres vernos menses, Susis: ipsa aestate vigente, menses duos Ecbatanis; quod quia faceret, semper in calore frigoreque verno vitam egisse dicitur. Erat autem ea hominum erga ipsum adfectio, vt natio quaeuis detrimentum accipere se duceret, si non Cyro mitteret, quidquid ipsis egregium in regione sua vel nasceretur, vel aleretur, vel arte perficeretur. Itidem quaevis vrbs, et quiuis homo priuatus opulentum se et arbitrabatur, si rem Cyro gratam praestitisset. Nam et accipiebat a singulis Cyrus ea, quorum copiam illi, qui dabant, haberent: et vicissim eis largiebatur, quibus eos defici animaduerteret.

## CAP. VII.

Posteaquam hoc modo ad aetatem prouectiorem accessisset, admodum senex vice iam septima,

ἕβδομον ἐπὶ τῆς αὐτῆ ἀρχῆς. καὶ ὁ μὲν πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ πάλαι δὴ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐτετελευτήκεσαν αὐτῷ. ὁ δὲ Κῦρος ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερὰ, καὶ τῆ χορῆ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τὰ δῶρα πᾶσι διέδωκεν, ὥσπερ εἰώθει. κοιμηθεὶς δ' ἐν τῷ βασιλείῳ, ὄναρ εἶδε τοιόνδε· ἔδοξεν αὐτῷ προσελθὼν κρείττων τις ἢ κατὰ ἄνθρωπον, εἰπεῖν, συσκευάζου, ὦ Κῦρε· ἤδη γὰρ εἰς Θεὰς ἅπει. τῆτο δὲ ἰδὼν τὸ ὄναρ ἐξηγέρθη, καὶ σχεδὸν ἐδόκει εἰδέναι, ὅτι τῆ βίῳ ἡ τελευτὴ παρείη. εὐθὺς ἂν λαβὼν ἱερεῖα, ἔθυε Διΐ τε πατρῴῳ, καὶ Ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς, ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς Πέρσαι θύουσιν, ὧδε ἐπευχόμενος· Ζεῦ πατρῷε, καὶ Ἥλιε, καὶ πάντες Θεοὶ, δέχεσθε τάδε, καὶ τελεσήρια πολλῶν καὶ καλῶν πράξεων, καὶ χαριστήρια, ὅτι ἐσημήνατέ μοι καὶ ἐν ἱεροῖς, καὶ ἐν ὀρνίθων σημείοις καὶ ἐν οἰωνοῖς, καὶ ἐν φήμαις, ἅ τ' ἐχρῆν ποιεῖν, καὶ ἃ οὐκ ἐχρῆν. πολλὴ δ' ὑμῖν

ſeptima, ex quo imperium adeptus erat, in Perſiam venit. Quo tempore tum pater, tum mater ipſius iamdudum, ceu credi par eſt, e viuis exceſſerant. Heic quum rite rem ſacram procuraſſet, et ex inſtituto patrio chorum Perſarum duxiſſet, ac pro more dona in omnes diſtribuiſſet; conſopitus in regia, ſomnium huiusmodi vidit: Accedere quiſpiam ad ipſum viſus eſt, humana ſpecie auguſtior, qui diceret: Para te, Cyre. Nam ad Deos nunc iturus es. Hoc ſomnio viſo, excitatus eſt; propeque ſcire iam videbatur, vitae ſibi finem adeſſe. Quamobrem ſumtis mox hoſtiis, Ioui patrio, et Soli, et Diis ceteris, in ſummis montium iugis, qui Perſis ſacrificandi mos eſt, rem diuinam fecit, et huiuſmodi preces concepit: Iupiter patrie, tuque Sol, ac vos Dii vniuerſi, accipite haec ſacra, quibus et multis praeclariſque actionibus finem impono, et gratias vobis ago, quod mihi, tum extis tum ſignis coeleſtibus, tum auguriis, tum ominibus ea ſignificaſtis, quae vel facienda vel omittenda erant. Magnas etiam

vobis

ὑμῖν χάρις, ὅτι κἀγὼ ἐγίγνωσκον τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν, καὶ οὐδεπώποτε ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐφρόνησα. αἰτῶμαι δ' ὑμᾶς, δῦναι καὶ νῦν παισὶ μὲν, καὶ γυναικὶ, καὶ φίλοις, καὶ πατρίδι εὐδαιμονίαν, ἐμοὶ δὲ, οἷόν περ αἰῶνα δεδώκατε, τοιαύτην καὶ τελευτὴν δῦναι.

β'. Ο μὲν δὴ ταῦτα ποιήσας, καὶ οἴκαδε ἐλθὼν, ἔδοξεν ἡδέως ἀναπαύσεσθαι, καὶ κατεκλίθη. ἐπεὶ δὲ ὥρα ἦν, οἱ τεταγμένοι, προσιόντες, λύσασθαι αὐτὸν ἐκέλευον. ὁ δ' ἔλεγεν, ὅτι ἡδέως ἀναπαύοιτο. οἱ δ' αὖ τεταγμένοι, ἐπεὶ ὥρα ἦν, δεῖπνον παρετίθεσαν· τῷ δὲ ἡ ψυχὴ σῖτον μὲν οὐ προσίετο, διψῆν δ' ἐδόκει, καὶ ἔπινεν ἡδέως. ὡς δὲ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ συνέβαινεν αὐτῷ ταῦτα, καὶ τῇ τρίτῃ, ἐκάλεσε τοὺς παῖδας· οἱ δ' ἔτυχον συνηκολουθηκότες αὐτῷ, καὶ ὄντες ἐν Πέρσαις. ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς φίλους, καὶ τοὺς Περσῶν ἀρχάς. παρόντων δὲ πάντων, ἤρχετο τοιῶδε λόγου.

γ'. Παῖδες ἐμοὶ, καὶ πάντες οἱ παρόντες φίλοι, ἐμοὶ μὲν τῶ

vobis gratias ago, quòd et ipse curam de me vestram adgnoverim, et nunquam me rebus prosperis supra conditionem humanam extulerim. Rogo vos, vt nunc quoque liberis, vxori, amicis, patriae felicitatem largiamini: mihi vero peto, vt quale concessistis aeuum, talem etiam exitum detis.

2. His peractis, quum domum reuertisset, quieti se dare decreuit, et decubuit. Posteaquam tempus ita poscceret, accedunt ii, quibus hoc erat negotii datum, atque vt lauet, hortantur. Suauiter ille se quiescere dicebat. Itidem illi, quibus id erat negotii datum, quum tempus esset, coenam ipsi adponunt. At Cyri animus non ille quidem cibum admittebat, sed sitire videbatur; itaque cum voluptate bibit. Eadem illi quum altero atque item tertio die accidissent; filios arcessiuit, qui sorte tunc sequuti patrem, in Persis degebant. Arcessiuit et amicos et Persarum magistratus: qui iam vniuersi quum adessent, huiusmodi orationem exorsus est:

3. Instat modo, mei filii, ac vos amici, qui adestis, vitae meae finis:

τῦ βίυ τὸ τέλος ἤδη πάρεσιν· ἐκ πολλῶν τῦτο σαφῶς γιγνώσκω· ὑμᾶς δὲ χρὴ, ὅταν τελευτήσω, ὥσπερ εὐδαίμονος ἐμῦ καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν πάντα. ἐγὼ γὰρ παῖς τε ὢν, τὰ ἐν παισὶ νομιζόμενα καλὰ, δοκῶ κεκαρπῶσθαι· ἐπεί τε ἥβησα, τὰ ἐν νεανίσκοις· τέλειός τε ἀνὴρ γενόμενος, τὰ ἐν ἀνδράσι. σὺν τῷ χρόνῳ τε προϊόντι ἀεὶ συναυξανομένην ἐπιγιγνώσκειν ἐδόκυν καὶ τὴν ἐμὴν δύναμιν· ὥστε καὶ τὴμὸν γῆρας ἠδεπώποτε ἠθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον, καὶ ὅτ' ἐπιχειρήσας ἔτ' ἐπιθυμήσας οἶδα ὅτυ ἐτύχησα. καὶ τὺς μὲν φίλυς ἐπεῖδον δι' ἐμῦ εὐδαίμονας γενομένυς, τὺς δὲ πολεμίυς ὑπ' ἐμῦ δεδωθέντας· καὶ τὴν πατρίδα πρόσθεν ἰδιωτεύυσαν ἐν τῇ Ασίᾳ, νῦν προτετιμημένην καταλείπω· ὧν τ' ἐκτησάμην οὐδὲν οἶδα ὅ, τι οὐ διεσωσάμην. καὶ τὸν μὲν παρελθόντα χρόνον ἔπρατ]ον ἔτως, ὥσπερ ηὐχόμην· φόβος δέ μοι συμπαρομαρτῶν μή τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἢ

finis: quando id multis indiciis certo cognosco. Vos autem, vbi vitam cum morte commutauero, de me, tanquam beato, et dicere omnia, et facere oportet. Nam et quum puer essem, eorum, quae illa in aetate praeclara existimantur, fructum mihi consequutus esse videor: et adolescens, eorum quae habet adolescentia: et virilem prorsus ad aetatem vbi perueni, eorum quae virilis aetas habet. Quin et progressu temporis vires meas vna auctas animaduertere videbar. Itaque senectutem meam adolescentia nunquam imbecilliorem factam sensi, atque vel expetiisse me animo meo, vel adgressum quidquam memini, cuius non factus sim compos. Amicos quidem certe fortunatos per me factos vidi, hostes in seruitutem a me redactos, patriam antehac nullo in Asia claram imperio, nunc dignitate principi ornatam relinquo; quae denique sum consequutus, eorum nihil non conseruasse me scio. Et quamquam praeterito tempore nihil non ex voto mihi succederet, tamen, quia comes mihi metus erat, ne quid in futu-

rum

ἢ ἴδοιμι ἢ ἀκούσαιμι ἢ πάθοιμι χαλεπὸν, ἀκ εἴα τελέως μέγα φρονεῖν, ἀδ' εὐφραίνεσθαι ἐκπεπλαμένως. νῦν δ' ἢν τελευτήσω, καταλείπω μὲν ὑμᾶς, ὦ παῖδες, ζῶντας, ὅσπερ ἔδοσάν μοι οἱ Θεοὶ γενέσθαι, καταλείπω δὲ πατρίδα καὶ φίλους εὐδαιμονοῦντας· ὥστε πῶς ἀκ ἂν ἐγὼ δικαίως μακαριζόμενος τὸν ἀεὶ χρόνον μνήμης τυγχάνοιμι;

Δεῖ δὲ καὶ τὴν βασιλείαν μὲ ἤδη σαφηνίσαντα καταλιπεῖν, ὡς ἂν μὴ ἀμφίλογος γενομένη πράγματα ὑμῖν παράσχῃ. ἐγὼ δὲ νῦν φιλῶ μὲν ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὁμοίως, ὦ παῖδες· τὸ δὲ προβουλεύειν, καὶ προηγεῖσθαι, ἐφ' ὅ, τι ἂν καιρὸς δοκῇ εἶναι, τοῦτο προσάτω τῷ πρεσβυτέρῳ γενομένῳ, καὶ πλειόνων κατὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ. ἐπαιδεύθην δὲ καὶ αὐτὸς ὅτως ὑπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς τε καὶ ὑμετέρας πατρίδος, τοῖς πρεσβυτέροις, ἀ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις, καὶ ὁδῶν, καὶ θάκων, καὶ λόγων ὑπείκειν. καὶ ὑμᾶς δὲ, ὦ παῖδες, ὅτως ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων

rum vel viderem, vel audirem, vel paterer rei grauis, non is mihi conceſſit, vt prorſus elato animo eſſem, vel effuſe laetarer. Nunc, ſi moriar, vos quidem, filii, quos mihi Dii naſci voluere, ſuperſtites relinquo; et patriam, et amicos itidem relinquo fortunatos. Qui poſſit igitur fieri, vt ego non merito beatus praedicer, et aeterna hominum memoria celebrer?

Eſt autem mihi declarandum hoc quoque, cui regnum relinquam; ne id relictum in ambiguo, negotia vobis faceſſat. Complector equidem, filii, pari vtrumque veſtrum beneuolentia: verum et conſilio prouidere, et ducis officio fungi, quacunque in re tempus et vſus poſtulet, eum iubeo, qui natu maior eſt, et vſum rerum maiorem de conſentanea quadam ratione habet. Equidem vt ab hac mea veſtraque patria ſum inſtitutus, natu maioribus non modo fratribus, ſed ciuibus etiam, de via, ſedibus, dicendi loco cedendum eſſe; ſic et ipſe, filii, ab initio vos inſtitui, vt natu maioribus honorem principem deferatis, et vi-

ciſſim

τέρων προτετιμῆθαι. ὡς ἂν παλαιὰ, καὶ εἰθισμένα, καὶ ἔννομα λέγοντος ἐμοῦ, ὕτως ἀποδέχεσθε. καὶ σὺ μὲν, ὦ Καμβύση, τὴν βασιλείαν ἔχε, Θεῶν τε διδόντων καὶ ἐμοῦ, ὅσον ἐν ἐμοί· σοὶ δὲ, ὦ Ταναοξάρη, σατράπην εἶναι δίδωμι Μήδων τε, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τρίτων Καδουσίων. ταῦτα δέ σοι διδοὺς, νομίζω ἀρχὴν μὲν μείζω, καὶ τὄνομα τῆς βασιλείας τῷ πρεσβυτέρῳ καταλιπεῖν, εὐδαιμονίαν δέ σοι ἀλυποτέραν. ὁποίας μὲν γὰρ ἀνθρωπίνης εὐφροσύνης ἐπιδεὴς ἔσῃ, οὐκ ὁρῶ, ἀλλὰ πάντα σοι τὰ δοκοῦντα ἀνθρώπους εὐφραίνειν παρέσται. τὸ δὲ δυσκαταπρακτοτέρων ἐρᾶν, καὶ τὸ πολλὰ μεριμνᾶν, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἡσυχίαν ἔχειν, κεντριζόμενον ὑπὸ τῆς πρὸς τὰ μὰ ἔργα φιλονεικίας, καὶ τὸ ἐπιβουλεύειν, καὶ τὸ ἐπιβουλεύεσθαι, ταῦτα τῷ βασιλεύοντι ἀνάγκη σοῦ μᾶλλον συμπαρομαρτεῖν,

cissim minoribus honore praeeatis. Quamobrem ita, quae a me dicuntur, accipite; vt qui tum prisca tum moribus recepta, atque etiam legibus consentanea proferam. Ac tuum quidem, Cambyses, regnum esto, Diis illud, ac me, tibi largientibus, quantum quidem in me est: tibi vero, Tanaoxares, hoc tribuo, vt Medorum, et Armeniorum, et tertio loco Caduſiorum ſatrapa ſis. Quae tibi quum largior, maius quidem imperium, et regni nomen natu maiori me relinquere arbitror; tibi vero felicitatem magis omnis expertem moleſtiae. Nam qua delectatione humana cariturus ſis, equidem non video. Nimirum vniuerſa quae hominibus adferre voluptatem videntur, tibi ſunt adfutura. Amorem vero illorum, quae confectu difficilia ſunt, et multarum rerum ſollicitam occupationem, et vitae alienam a quiete rationem, pungente animum aemulatione rerum a me geſtarum, et inſidiarum molitionem, earumdemque ſtructarum ab aliis metum; haec, inquam, neceſſe eſt, illum qui regno potietur, magis quam

μαρτεῖν; ἀ, σάφ' ἴσθι, τῷ εὐφραίνεσθαι πολλὰς ἀσχολίας παρέχει.

Οἶσθα μὲν ἴσως καὶ σύ, ὦ Καμβύση, ὅτι ὁ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον, τὸ τὴν βασιλείαν διασῴζον ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. πιστὸς δὲ μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους, (πᾶσι γὰρ ἂν οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ καὶ τἆλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεται) ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ. ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. εἰ δ' ἴσως καὶ ἄλλους τινὰς πειράσῃ συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μηδαμόθεν πρότερον ἄρχου, ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου. καὶ πολῖταί τοι ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀποσκήνων. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γονέων ἀγαπώμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα καὶ τὸν αὐτὸν

quam te, comitentur. Atque haec, sat scito, multa obiiciunt impedimenta, quominus animo laeto quis esse possit.

Te quoque, mi Cambyses, scire volo, non aureum hoc sceptrum esse, quod regnum tibi conseruet, sed amici fideles regibus, et verissimum et tutissimum sceptrum sunt. At vero non nasci homines fidos existimabis (quod ita iidem omnibus fidos se declararent, sicut et naturalia cetera conspiciuntur esse omnibus eadem:) sed fidi qui sint, eos abs quouis homine tales effici ne-

cesse est. Parantur autem, non vi, sed potius beneficentia. Quamobrem si voles et alios tibi adiungere, qui in conseruandi regni quasi societatem veniant, nequaquam aliunde initium facito, quam ab eo, qui loco tecum eodem ortus est. Nam et ciues exteris magis sunt nobis coniuncti, et contubernales, iis qui nobiscum eodem in contubernio non viuunt. At vero qui eodem semine prognati, ab eadem nutriti matre, in eadem domo creuerunt, et ab iisdem parentibus diliguntur, eundemque patrem et

αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, πῶς ἃ πάντων ἔστι οἰκειότατοι;

Μὴ ἦν ἃ οἱ Θεοὶ ὑφήγηνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότητα ἀδελφοῖς, μάταια ποτὲ ποιήσητε, ἀλλ' ἐπὶ ταῦτα εὐθὺς οἰκοδομεῖτε ἄλλα φιλικὰ ἔργα· καὶ ἔστως ἀεὶ ἀνυπέρβλητος ἀλλήλοις ἔσαι ἡ ὑμετέρα φιλία. ἑαυτῷ τι κήδεται, ὁ προνοῶν ἀδελφῷ. τίνι γὰρ ἄλλῳ ἀδελφὸς μέγας ὢν, ἔτω καλὸν, ὡς ἀδελφῷ; τίς δ' ἄλλος τιμήσεται δὴ ἄνδρα μέγα δυνάμενον ἔτως, ὡς ἀδελφός; τίνα δὲ φοβήσεταί τις ἀδικεῖν, ἀδελφῷ μεγάλῳ ὄντος, ἔτως ὡς τὸν ἀδελφόν; μήτε ἦν θᾶττον μηδείς σε τούτῳ ὑπακούετω, μήτε προθυμότερον παρέστω. οὐδενὶ γὰρ οἰκειότερα τὰ τούτου ἔτε ἀγαθὰ, ἔτε δεινὰ, ἢ σοί. ἐννόει δὲ καὶ τάδε, τίνι χαρισάμενος ἐλπίσαις ἂν μειζόνων τυχεῖν, ἢ τούτῳ; τίνι δ' ἂν βοηθήσας ἰσχυρότερον σύμμαχον ἀντιλάβοις; τίνα δ' αἴσχιον μὴ φιλεῖν ἢ τὸν

eandem matrem adpellant, qui fieri poſſit, vt non omnium ſint coniunctiſſimi?

Ne igitur ea bona, per quae Dii fratres mutuam ad coniunctionem deducunt, fruſtra vobis eſſe conceſſa patiamini; ſed ſuper haec ipſa, ſtatim ſtudia quaedam alia beneuolentiae et amoris exſtruite: quo fiet, vt amicitia veſtra ſemper inuicta ſit. Nimirum ſui ipſius curam gerit, qui fratri proſpicit. Nam cui frater magnus adeo eſt ornamento, vt fratri? Quis hominem praepotentem honore tanto proſequetur, quanto frater? quemnam aliquis magis metuat iniuria afficere, ſi fratrem habeat virum magnum, atque ipſum fratrem? Quamobrem nemo te celerius huic obediat, nemo alacrius ad ipſum veniat. Quippe nec ſecundae nec aduerſae triſteſque res huius, ad quemquam magis proprie pertinent, quam ad te. Hoc etiam conſideres velim, cuinam gratificando maiora te conſequuturum ſperare debeas, quam ſi gratificeris fratri? Cui opem ferendo, belli ſocium firmiorem tibi adiunges? Quem turpius eſt non amare, quam fratrem?

τὸν ἀδελφόν; τίνα δὲ ἁπάντων κάλλιον προτιμᾷν, ἢ τὸν ἀδελφόν; μόνος τοι, ὦ Καμβύση, πρώτος ὄντος ἀδελφοῦ παρ' ἀδελφῷ, ὐδὲ φθόνος παρὰ τῶν ἄλλων ἀφικνεῖται. ἀλλὰ πρὸς Θεῶν πατρῴων, παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλους, εἴ τι καὶ τοῖ ἐμοὶ χαρίζεσθαι μέλει ὑμῖν.

(n) Οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς ὐδὲν ἔσομαι ἐγὼ ἔτι, ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω. ὐδὲ γὰρ νῦν τοι τὴν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτὴν ὡς ἦσαν κατεφωρᾶτε. τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς ὅπω κατενοήσατε, οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσιν, οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι; τοῖς δὲ φθιμένοις τὰς τιμὰς διαμένειν ἔτι ἂν δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς αὐτῶν αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν; ἴστοι, ἔγωγε, ὦ παῖδες, ὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείθην, ὡς ἡ ψυχὴ, ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ· ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ θνητὰ

trem? Quemnam omnium laudabilius est obseruare honorando, quam fratrem? Solus est frater, mi Cambyses, qui si apud fratrem locum principem obtineat, nequit ad eum pertingere aliorum inuidia. Quare vos obtestor per Deos patrios, mei filii, prosequimini vosmet honore; si quidem vllum vobis cordi est gratificandi mihi studium.

Non enim liquido scire vos arbitrari debetis, me, posteaquam viuendi finem fecero, nihil futurum. Nam ne modo quidem animum meum cernebatis, sed esse eum deprehendebatis ex iis quae agebat. An necdum animaduertistis, quos terrores illorum animi, qui vim et iniuriam passi sunt, homicidis incutiant? quos scelerum vindices nefariis immittant? Anne permansuros fuisse putatis extinctorum honores, si nihil eorum animis iuris ac potestatis reliquum esset? Equidem, filii, nequaquam persuaderi mihi vnquam passus sum, animum, quamdiu mortali corpore contineatur, viuere: posteaquam ab eo diremtus sit, mori. Nam animum video his morti obnoxiis



(n) Hunc locum vsque ad ἐλευθερῶσαι seq. M. Cicero in Catone Maiore c. 22. interpretatus est.

θνητὰ σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχὴ, ζῶντα παρέχεται. ὑδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχὴ, ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος δίκα γένηται, ὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι· ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου, δῆλά ἐστιν ἕκαστα ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον, πλὴν τῆς ψυχῆς. αὕτη δὲ μόνη οὔτε παροῦσα, οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. ἐνοήσατε δὲ, ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ ὑδέν ἐστιν ὕπνος. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ· τότε γὰρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται.

Εἰ μὲν δὴ οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ οἶμαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι, ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι· εἰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ μένουσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι συναποθνήσκει, ἀλλὰ Θεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας, καὶ πάντ' ἐφορῶντας, καὶ πάντα δυναμένους, οἳ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν *συνέχουσιν ἀτριβῆ, καὶ

corporibus, quamdiu in eis degat, vitam impertiri. Ne id quidem persuaderi possum, non sapere animum, posteaquam ab hoc insipiente corpore separatur: sed quum a corpore secreta est pura mens et integra, tum eam sapientissimam esse, vero maxime consentaneum fuerit. Quum dissoluitur homo, non est obscurum, ad res sui generis singula commigrare, extra vnum animum; qui solus neque dum adest, neque dum discedit, cernitur. Animaduertistis, nihil esse morti hominis similius somno. At per somnum maxime hominis animus diuinitatem suam declarat, atque etiam futura prospicit: quippe qui tunc, vt quidem adparet, maxime sit liber.

Quare si haec ita sunt, quemadmodum equidem existimo, et si animus hoc corpus relinquit; reueriti animum meum, quae vos rogo, praestate. Sin haec ita non sunt, sed animus et manet in corpore, et cum eo interit: vos tamen, Deos, qui immortales sunt, et intuentur et possunt omnia, ordinemque vniuersitatis huius, expertem detrimenti et se-

* Al. συγκρατοῦσιν ἀκριβῆ καὶ ἀκέραιον, sed minus recte, vti satis constat ex lib. 4. §. 14. Απομνημ. siue Memorabilium.

καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον, καὶ ὑπὸ κάλλους καὶ μεγέθους ἀδιήγητον, τούτους φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς μηδὲν, μηδὲ ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε. μετὰ μέντοι θεοὺς, καὶ ἀνθρώπων τὸ πᾶν γένος τὸ ἀεὶ ἐπιγιγνόμενον αἰδεῖσθε. ἃ γὰρ ἐν σκότῳ ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύπτονται, ἀλλ' ἐμφανῆ πᾶσιν ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα· ἃ ἢν μὲν καθαρὰ καὶ ἔξω τῶν ἀδίκων φαίνηται, δυνατοὺς ὑμᾶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀναδείξει· εἰ δὲ ἐς ἀλλήλους ἄδικόν τι φρονήσετε, ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸ ἀξιόπιστοι εἶναι ἀποβαλεῖτε. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔτι πιστεύσαι δύναιτο ὑμῖν, οὐδ' εἰ πάνυ προθυμοῖτο, ἰδὼν ἀδικούμενον τὸν μάλιστα φιλίᾳ προσήκοντα.

Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μὴ, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μανθάνετε· αὕτη γὰρ ἀρίστη διδασκαλία. οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ διαγεγένηνται φίλοι μὲν γονεῖς παισὶ, φίλοι δὲ ἀδελφοῖς·

et ſenectae, et extra omnem errorem poſitum, prae pulchritudine atque etiam magnitudine inexplicabilem conſeruant; Deos, inquam, pertimeſcite, vt nihil impii, nihil nefarii vel committatis, vel deliberetis. Poſt Deos vniuerſam hominum nationem, quae perpetua ſucceſſione continuatur, reueremini. Nam Dii vos caligine quadam non tegunt, ſed actiones veſtras ſemper in omnium mortalium luce verſari neceſſe eſt: quae ſi purae ſecretaeque ab iniuſtia paruerint, potentes vos inter homines vniuerſos reddent. Sin aliquid alter in alterum iniuriae cogitaueritis, apud omnes homines fidem amittetis. Nam nemo poterit amplius vobis credere, tametſi magnopere cupiat, ſi videat adfici illum iniuria, qui ſit amicitiae iure coniunctiſſimus.

Itaque ſi ſatis ego vos doceo, quales voſmet erga vos gerere debeatis, [recte eſt:] ſin autem, ab iis ſaltem diſcite, qui ante nos exſtitere, quae doctrinae ratio optima eſt. Nam multi parentes erga liberos, multi erga fratres in amore conſtantes fue-

φοῖς· ἤδη δέ τινες τούτων καὶ ἐναντία ἀλλήλοις ἔπραξαν. ὁποτέροις ἂν ὑμῶν αἰσθάνησθε τὰ πραχθέντα συνενεγκόντα, ταῦτα δὴ αἱρούμενοι, ὀρθῶς ἂν βουλεύοισθε. καὶ τούτων μὲν ἴσως ἤδη ἄλις. τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε, μήτε ἐν ἀργύρῳ, μηδὲ ἐν ἄλλῳ μηδενὶ, ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε. τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τῷ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; ἐγὼ καὶ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην, καὶ νῦν ἡδέως ἄν μοι δοκῶ κοινωνῆσαι τῷ εὐεργετοῦντος ἀνθρώπους.

Ἀλλὰ γὰρ ἤδη, ἔφη, ἐκλιπεῖν μοι φαίνεται ἡ ψυχὴ, ὅθενπερ, ὡς ἔοικε, πᾶσιν ἄρχεται ἀπολιποῦσα. εἴ τις ἂν ὑμῶν ἢ δεξιᾶς βούλεται τῆς ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὄμμα τὸμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προσίτω. ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι, αἰτοῦμαι ὑμᾶς, ὦ παῖδες, μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τὸμὸν σῶμα ἰδέτω, μηδ' αὐτοὶ ὑμεῖς. Πέρσας μέντοι πάντας, καὶ τοὺς συμμάχους, ἐπὶ τὸ μνῆμα τὸμὸν παρα-

re: nonnulli etiam his contraria inter ſe mutuo deſignarunt. Vtris igitur animaduerteritis ea, quae perpetrarunt, profuiſſe: illorum ſi facta praetuleritis alteris, recte vobis conſulueritis. Ac de his quidem iam fortaſſe ſatis. Ceterum corpus meum, filii, quum diem in terris ſupremum clauſero, nec in auro condite, nec in argento, nec vlla in re alia, ſed terrae quamprimum reddite. Quid enim beatius, quam terra commiſceri, quae omnia praeclara, bona omnia profert ac nutrit? Equidem ceteroqui ſtudioſus hominum fui, iamque adeo perlubenter mihi videor eius rei particeps futurus, quae in homines eſt benefica.

Enimuero deficere mihi videtur animus, ea parte, qua, ceu conſentaneum eſt, omnibus deficere incipit. Quamobrem accedat, ſi quis veſtrum vel dextram meam vult contingere, vel in oculos viuentis adhuc intueri. Vbi vero rectus et obuelatus fuero, ne quis hominum, mei filii, corpus meum videat, ac ne vos quidem ipſi, etiam atque etiam oro. Perſas quidem omnes, ac ſocios, meum ad monumentum euocate;

παρακαλεῖτε, συνηθησομένους ἐμοὶ, ὅτι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν, μήτε ἢν μετὰ τοῦ θείου γένωμαι, μήτε ἢν μηδὲν ἔτι ὦ. ὁπόσοι δ' ἂν ἔλθωσι, τούτους εὖ ποιήσαντες, ὁπόσα ἐπ' ἀνδρὶ εὐδαίμονι νομίζεται, ἀποπέμπετε. καὶ τοῦτο, ἔφη, μέμνησθέ μου τελευταῖον, τοὺς φίλους εὐεργετοῦντες, καὶ τοὺς ἐχθροὺς δυνήσεσθε κολάζειν. καὶ χαίρετε, ὦ φίλοι παῖδες, καὶ τῇ μητρὶ ἀπαγγέλλετε ὡς παρ' ἐμοῦ· καὶ πάντες δὲ οἱ παρόντες καὶ οἱ ἀπόντες φίλοι χαίρετε. ταῦτ' εἰπὼν, καὶ πάντας δεξιωσάμενος, συνεκαλύψατο, καὶ ὕτως ἐτελεύτησεν.

## ΚΕΦ. ή.

Ὅτι μὲν δὴ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ασίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο, αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ. ὡρίσθη μὲν πρὸς ἕω, τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ· πρὸς ἄρκτον δὲ, τῷ *Εὐξείνῳ Πόντῳ· πρὸς ἑσπέραν δὲ, Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ· πρὸς μεσημβρίαν δὲ, Αἰθιοπίᾳ. τοσαύτη δὲ γενομένη, μιᾷ γνώμῃ τῇ Κύρου ἐκυβερνᾶτο, καὶ ἐκεῖνός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ὥσπερ

euocate; quo mihi gratulentur, cui iam in tuto agenti nihil accidere mali possit, siue adeo cum numine diuino fuero, siue in nihilum redigar. Quotquot autem venerint, hos illis beneficiis adfectos, quaecunque in hominis fortunati funere solemne est exhiberi, dimittite. Denique hoc ex me postremum memineritis: Si benefici in amicos fueritis, etiam hostes puniendi facultatem vos habituros. Valete, filii cari, atque idem matri verbis meis renuntiate. Itidem omnes amici, qui adestis, et abestis, valete. Haec quum loquutus esset, atque omnibus dextram porrexisset, obuelauit se, vitamque cum morte commutauit.

## CAP. VIII.

Fuisse quidem regnum Cyri omnium in Asia praeclarissimum ac maximum, vel ipsum de se testatur. Terminis inclusum fuit, ad orientem, mari Rubro: ad septentriones, Ponto Euxino: ad occasum, Cypro et Aegypto: ad meridiem, Aethiopia. Tantum vero quum esset, vno tamen Cyri arbitrio gubernabatur: qui subiectos sibi liberum in-



* Al. post Πόντον addunt: καὶ Προποντίδι καὶ Ελλησπόντῳ, πρὸς ἑσπ.

ὥσπερ ἑαυτῷ παῖδας ἐτίμα τε καὶ ἐθεράπευεν, οἵ τε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο. ἐπεὶ μέντοι Κῦρος ἐτελεύτησεν, εὐθὺς μὲν αὐτοὶ οἱ παῖδες ἐστασίαζον, εὐθὺς δὲ πόλεις καὶ ἔθνη ἀφίσαντο, πάντα δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτρέπετο. ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, ἄρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων.

β'. Οἶδα γὰρ ὅτι πρότερον μὲν βασιλεὺς, καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ, καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν, εἴτε ὅρκους ὀμόσαιεν, ἠμπέδων, εἴτε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίων. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον, οὐδ' ἂν εἰς αὐτοῖς ἐπίστευεν, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πιστεύει οὐδὲ εἰς ἔτι, ἐπεὶ ἔγνωσαι ἡ ἀσέβεια αὐτῶν· ὅτως οὐδὲ τότε ἐπίστευσαν ἂν οἱ τῶν σὺν (o) Κύρῳ ἀναβάντων στρατηγοί. νῦν δὲ δὴ τῇ πρόσθεν αὐτῶν δόξῃ πιστεύσαντες, ἐνεχείρισαν ἑαυτοὺς, καὶ ἀναχθέντες πρὸς βασιλέα, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συστρατευσάντων βαρβάρων ἄλλοι ἄλλαις πίστεσιν ἐξαπατηθέντες ἀπώλοντο.

γ'. Πολὺ

stat et honore prosequebatur, et obsequiis sibi deuinciebat; quum subiecti Cyrum vicissim tanquam patrem venerarentur. Is vbi diem suum obiit, mox inter ipsos filios est coortum dissidium, mox vrbes et nationes defecerunt, rebus vniuersis in peius vergentibus. Quod quidem vere me dicere, primum docere de rebus diuinis incipiam.

2. Equidem scio, prius regem, ac regi subiectos, etiam iis, qui vel extrema facinora designassent, siue iusiurandum dedissent, idipsum seruasse; siue iunxissent dextras, firmiter promissis stetisse. Quod si tales non fuissent, et eiusmodi de se opinionem excitassent, sicut hodieque ne quidem vnus fidem eis adhibet, quod ipsorum impietas iam perspecta sit, ita nec illorum militum praetores, qui expeditionem cum Cyro susceperunt, fidem eis habuissent. Iam vero quum priscae de illis opinioni credidissent, seipsos eis tradiderunt, et ad regem deductis capita fuerunt amputata. Multi etiam barbari, qui hanc expeditionem vna susceperant, alii alia fidei pollicitatione decepti perierunt.

3. Sunt

(o) Intellige Cyrum minorem de cuius ἀναβάσει siue Expeditione Xenophon scripsit libros septem.

γ'. Πολὺ δὲ καὶ τάδε χείρονες νῦν εἰσι. πρόσθεν μὲν γὰρ, εἴ τις ἢ διακινδυνεύσειε πρὸ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ὑποχείριον ποιήσειεν, ἢ ἄλλο τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ διαπράξειεν, ἔτοι ἦσαν οἱ τιμώμενοι. νῦν δὲ ἄν τις, ὥσπερ Μιθριδάτης τὸν πατέρα Ἀριοβαρζάνην προδὺς, καὶ ὥσπερ Λεομίθρης τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὺς τῶν φίλων παῖδας ὁμήρυς παρὰ τῷ Αἰγυπλίῳ ἐγκαταλιπὼν, καὶ τὺς μεγίστυς ὅρκυς παραβὰς, βασιλεῖ δόξῃ τι σύμφορον ποιῆσαι, ἔτοί εἰσιν οἱ ταῖς μεγίσαις τιμαῖς γεραιρόμενοι. ταῦτα ἂν ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ασίᾳ πάντες, ἐπὶ τὸ ἀσεβὲς καὶ τὸ ἄδικον τετραμμένοι εἰσίν. ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προσάται ὦσι, τοιῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτὺς ἐπιτοπολὺ γίγνονται. ἀθεμισότεροι δὲ νῦν, ἢ πρόσθεν, ταύτῃ γεγένηνται.

δ'. Εἰς γε μὴν χρήματα τῇδε ἀδικώτεροι. ἃ γὰρ μόνον τὺς πολλὰ ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ ἤδη τὺς ἁδὲν ἠδικηκότας συλλαμ-

3. Sunt etiam, quod haec adtinet, multo nunc deteriores. Nam olim si quis pro rege salutem in discrimen coniiceret, vel vrbem aut nationem eius imperio adiecisset, vel aliquid aliud praeclare fortiterque pro rege perfecisset; hi scilicet erant, qui honoribus cumularentur. Nunc si quis perinde ac Mithridates, patre Ariobarzane prodito, et quemadmodum Leomithres, vxore, liberis, et amicorum quoque liberis apud Aegyptium obsidibus relictis, et sanctissimo iureiurando violato, regi quod expediat, facere videatur: hi vero sunt, qui maximis honoribus ornantur. Quae quum omnes Asiatici videant, etiam ipsi ad impietatem et iniustitiam deflexerunt. Nam quales sunt ii, qui praesunt; tales et illi plerumque solent esse, qui eorum imperio subiecti sunt. Hinc factum, vt magis iam sint nefarii, quam olim fuerint.

4. Pecunias vero quod adtinet, hoc modo nunc magis iniusti sunt: Non enim duntaxat eos, qui admodum multa scelerate designarunt; sed iam illos quoque, qui nihil iniusti admisere,

συλλαμβάνοντες, ἀναγκάζωσι πρὸς ὀδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν· ὥστε ὀδὲν ἧττον οἱ πολλὰ ἔχειν δοκοῦντες τῶν πολλὰ ἠδικηκότων φοβοῦνται· καὶ εἰς χεῖρας ὀδ' ὅτοι ἐθέλωσι τοῖς κρείττοσιν ἰέναι, ὀδέ γε ἀθροίζεσθαι εἰς βασιλικὴν στρατείαν θαῤῥοῦσι. τοιγαροῦν ὅσις ἂν πολεμῇ αὐτοῖς, πᾶσιν ἔξεστιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀναστρέφεσθαι ἄνευ μάχης, ὅπως ἂν βούλωνται, διὰ τὴν ἐκείνων περὶ μὲν θεοὺς ἀσέβειαν, περὶ δὲ ἀνθρώπους ἀδικίαν. αἱ μὲν δὴ γνῶμαι ταύτῃ τῷ παντὶ χείρους νῦν, ἢ τὸ παλαιὸν αὐτῶν.

ε'. Ὡς δὲ ὀδὲ τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται, ὥσπερ πρόσθεν, νῦν αὖ τοῦτο διηγήσομαι. νόμιμον γὰρ δὴ ἦν αὐτοῖς, μήτε πλύνειν, μήτε ἀπομύττεσθαι. δῆλον δὲ, ὅτι ταῦτα, ὡ τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι, ἐνόμισαν, ἀλλὰ βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι. νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ πλύνειν, μηδὲ ἀπομύττεσθαι ἔτι διαμένει, τὸ δὲ πονεῖν ὀδαμοῦ ἐπιτηδεύεται. καὶ μὴν πρόσθεν

comprehendunt; ac praeter ius et aequum pecunias soluere cogunt. Quo fit, vt nihilominus ii, quorum res lauta videtur esse, sibi metuant; atque alii, qui aliquid iniuste parrarunt. Iidem cum potioribus congredi recusant, neque ad expeditionis regiae copias adiungere se audent. Quapropter omnibus licet, qui bellum ipsis faciunt, in eorum regione, citra pugnam omnem, pro lubitu vagari, tum propter ipsorum erga Deos impietatem, tum propter iniurias, quas hominibus inferunt. Atque hoc modo sunt ipsorum animi prorsus iam deteriores, quam olim.

5. Ne corporum quidem eos illa ratione, qua prius, curam habere, iam narrabo. Nam erat in eorum institutis, vt nec exspuerent, nec emungerentur. Perspicuum est autem, id ipsos non ea de causa sanxisse, quod corporis humori parcendum existimarent; sed quod laboribus ac sudore solida effici corpora vellent. Iam vero manet id quidem adhuc, ne vel exspuant, vel emungant se; sed laborum exercitia nulli vsquam curae sunt. Enimuero erat

etiam

πρόσθεν μὲν ἦν αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῷντο καὶ εἰς τὰς πράξεις, καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι· νῦν γε μὴν τὸ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει· ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ἡνίκα περ οἱ πρωϊαίτατα ἀριστῶντες, μέχρι τούτου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν, ἕως περ οἱ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι.

5'. Ην δὲ αὐτοῖς νόμιμον, μηδὲ προοίδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν. νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι ἔτι οὗ διαμένει, τοσοῦτον δὲ πίνουσιν, ὥσε ἀντὶ τοῦ εἰσφέρειν αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρθούμενοι ἐξιέναι. ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι. νῦν δ' οὗ τὸ μὲν τούτων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέντοι πορείας ὅτω βραχείας

etiam apud illos olim hoc inſtitutum, vt ſemel tantum paſcerentur; quo tam ad expedienda negotia, quam ad laborum exercitationes die toto fruerentur: iam reſtat id quidem, vt ſemel duntaxat cibum capiant: ſed quum eo tempore veſci incipiant, quo ſolent, qui maxime matutino prandent, tamdiu comedere ac bibere perſeuerant, quamdiu ſolent, qui ſero admodum cubitum eunt.

6. Erat item in eorum inſtitutis, ne ad conuiuia importarentur obbae; quod exiſtimarent minus tum corpora, tum animos debilitari, ſi quis non nimium hauriat. Nunc has non importari, reſtat id quidem; tantum vero bibunt, vt non importent, ſed ipſi exportentur: quando nimirum recto corpore non amplius exire poſſunt. Erat et illud vnum ex inſtitutis patriis, quod itinera facientes, neque comedebant, neque bibebant, neque quidquam eorum palam faciebant, quae de his neceſſario conſequuntur: hoc tempore manet id quidem, vt ab his rebus abſtineant; verum itinera tam brevia

βραχείας ποιῶνται, ὡς μηδ' ἂν ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

ζ'. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ θήραν πρόσθεν μὲν τοσαυτάκις ἐξήεσαν, ὥστε ἀρκεῖν αὐτοῖς τε καὶ ἵπποις εἰς γυμνάσια τὰς θήρας· ἐπεὶ δὲ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἥπτησθε τοῦ οἴνου ἐγένοντο, οὐκέτι ὁμοίως ὅτε αὐτοὶ ἐξήεσαν, ὅτε τοὺς ἄλλους ἐξηγοῦντο ἐπὶ τὰς θήρας· ἀλλὰ καὶ οἵτινες φιλόπονοι γενόμενοι καὶ σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ἱππεῦσιν ἅμα θηρῶεν, φθονοῦντες αὐτοῖς δῆλοι ἦσαν, καὶ ὡς βελτίονας αὐτῶν ἐμίσουν. ἀλλά τοι καὶ τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ἐπὶ ταῖς θύραις, ἔτι διαμένει· τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾶν ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἰέναι ὅπου ἂν ἀποφαινόμενοι εὐδοκιμοῖεν. καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο παντάπασιν ἀνέστραπται. σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας, ὁπότεροι ἂν πλεῖον διαδῶσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν

via conficiunt, vt nihil mirum ſit, a rebus illis neceſſariis eos abſtinere.

7. Toties olim venatum ibant, vt ſolae venationes ad exercendum tam ipſos quam equos ſufficerent: poſteaquam vero Rex Artaxerxes, et ipſius familiares, vino coepiſſent obrui: non iam amplius ipſi, perinde ac prius, venatum prodibant, et alios ad venationes educebant. Quin et illis palam inuidebant, quaſique ſe potiores oderant, quicunque laborum amantes, cum equitibus ſuis venarentur. Eſt hodieque in vſu, pueros ad portas inſtitui; verum vt artem equeſtrem diſcant et exerceant, id ſcilicet extinctum eſt; quod eo non eant, vbi ſpecimen edendo, gloriam conſequi poſſint. Eſt et illud penitus perverſum, quod pueri audientes prius illic iudicia iuſta iudicari, iuſtitiam diſcere videbantur: Nam manifeſto vident eos ſuperiores diſcedere, qui plurimum largientur. Etiam illorum, quae terra naſcuntur, vires pueri antehac diſcebant, quo vtilibus

μὲν ὠφελίμοις χρῶντο, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο· νῦν δὲ ἐοίκασι ταῦτα διδασκομένοις, ὅπως ὅτι πλεῖστα κακὰ ποιῶσιν· ἀδαμοῦ γὰρ πλείους, ἢ ἐκεῖ, ἔστε ἀποθνήσκουσιν, ἔστε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων.

η'. Ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νῦν, ἢ ἐπὶ Κύρου εἰσί. τότε μὲν γὰρ ἔτι τῇ ἐκ Περσῶν παιδείᾳ καὶ ἐγκρατείᾳ ἐχρῶντο, τῇ δὲ Μήδων σολῇ καὶ ἁβρότητι· νῦν δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερίαν περιορῶσιν ἀποσβεννυμένην, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν διασώζονται. σαφηνίσαι δὲ βούλομαι καὶ τὴν θρύψιν αὐτῶν. ἐκείνοις γὰρ πρῶτον μὲν τὰς εὐνὰς ἁ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τὰς πόδας ἐπὶ ταπίδων τιθέασιν, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ τάπιδες. καὶ μὴν τὰ πετόμενα ἐπὶ τράπεζαν, ὅσα τε πρόσθεν εὑρητο, οὐδὲν αὐτῶν ἀφῄρηται, ἄλλα τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται. καὶ ὄψα γε ὡσαύτως. καὶ γὰρ καινοποιητὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται.

θ'. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ χειμῶνι ἁ μόνον κεφαλὴν, καὶ

vtilibus vterentur, a noxiis abstinerent: nunc ea sic edoceri videntur, vti quamplurimum noceant. Quo fit, vt nusquam plures, quam illic, vel extinguantur venenis, vel pernicioſe laedantur.

8. Etiam multo nunc sunt addictiores deliciis et vitae voluptariae, quam Cyri saeculo. Nam ea tempestate, Persica quidem institutione et continentia adhuc vtebantur; vestitu vero et elegantia Medorum; nunc a Persis profectam laborum tolerantiam extingui patiuntur, et Medorum mollitiem retinent. Libet autem ipsorum etiam delicias et voluptatem explanare. Nam primum eis non satis est, cubilia molliter sterni; sed iam spondarum quoque pedes tapetibus imponunt, ne pauimentum obnitatur, sed tapetes nonnihil cedant. Praeterea quae ad mensam coquuntur, eorum quicquid prius inuentum fuit, nihil est detractum; et alia quaedam artificia noua semper excogitant. Idem in obsoniis fit. Nam in vtroque habent, qui semper aliquid noui conficiant.

9. Quinetiam hyberno tempore non caput solum, non corpus,

καὶ σῶμα, καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρίδας δασείας, καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν. ἔν γε μὴν τῷ θέρει οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς οὔθ' αἱ τῶν δένδρων, οὔθ' αἱ τῶν πετρῶν σκιαὶ, ἀλλ' ἐν ταύταις ἑτέρας σκιὰς ἄνθρωποι μηχανώμενοι αὐτοῖς παρεσκᾶσι. καὶ μὴν ἐκπώματα ἦν μὲν ὡς πλεῖστα ἔχωσι, τούτῳ καλλωπίζονται. ἦν δ' ἐξ ἀδίκου φανερῶς ἢ μεμηχανημένα, οὐδὲν τοῦτο αἰσχύνονται. πολὺ γὰρ ἥδιστον ἐν αὐτοῖς ἡ ἀδικία τε καὶ αἰσχροκέρδεια. ἀλλὰ καὶ πρόσθεν μὲν ἦν ἐπιχώριον αὐτοῖς, μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένους, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα, ἢ τοῦ ὡς ἱππικώτατοὶ γίγνεσθαι. νῦν δὲ σκώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν. οὐ γὰρ τῆς ἱππείας ἕνεκα, ὥσπερ τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι, ἐπιμέλονται.

ι'. Τά γε μὴν πολεμικὰ πῶς οὐκ εἰκότως νῦν τῷ παντὶ χείρους, ἢ πρόσθεν, εἰσίν; οἷς ἐν μὲν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐπιχώριον, οἶμαι, ὑπῆρχε τοὺς μὲν τὴν γῆν ἐχοντας, ἀπὸ ταύτης

pus, non pedes ipsis satis est tegi; sed etiam ad extremas manus habent tegumenta quaedam hirsuta, et digitalia. Aestate, nec arborum, nec specuum ipsis vmbrae sufficiunt; sed in his adstant eis homines, qui et alia excogitant vmbracula. Iam si etiam pocula maximo numero habeant, eo ipso tanquam ornamento semet ostentant: Sed ea comparata improbis esse artibus, nulla in turpitudinis parte ponunt. Nam et iniustitia, et lucri turpis cupiditas, mirifice apud eos creuerunt. Etiam illud prius erat eis in more patrio positum, vt pedites in itineribus obeundis non conspicerentur; idque alia nulla de causa, quam vt equestris rei peritissimi euaderent: Iam vero multo plus stragulorum in equis quam in cubilibus habent: Non enim tam equestris res ipsis est curae, quam vt molliter sedeant.

10. Bellica quidem studia quod adtinet, qui non in illis consentaneum fuerit, nunc prorsus eos deteriores esse, quam olim fuerint? quibus superiori tempore patrium fuit, vt quotquot agros possiderent, equites

inde

ταύτης ἱππότας παρέχεσθαι, οἳ δὴ καὶ ἐστρατεύοντο· τοὺς δὲ φεύγοντας, εἰ δέοι στρατεύεσθαι πρὸ τῆς χώρας, μισθοφόρους εἶναι. νῦν δὲ τούς τε θυρωροὺς, καὶ τοὺς σιτοποιοὺς, καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς, καὶ οἰνοχόους, καὶ λουτροχόους, καὶ παρατιθέντας, καὶ ἀναιρουμένους, καὶ κατακοιμίζοντας, καὶ ἀνιστάντας, καὶ τοὺς κοσμητὰς, οἳ ὑποχρίουσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτοὺς, καὶ τἆλλα ῥυθμίζουσι· τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάσται πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς. πλῆθος μὲν δὴ καὶ ἐκ τούτων φαίνεται, ὠφέλιμοι δέ γε οὐδὲν αὐτῶν εἰς πόλεμον· δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα. κατὰ τὴν χώραν γὰρ αὐτῶν ῥᾷον οἱ πολέμιοι, ἢ οἱ φίλοι ἀναστρέφονται.

ια'. Καὶ γὰρ δὴ ὁ Κῦρος τοὺς μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀποπαύσας, θωρακίσας δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ ἵππους, καὶ ἐν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρα, ὁμόθεν τὴν μάχην ἐποιεῖτο. νῦν δὲ ὅτε ἀκροβολίζονται ἔτι, ὅτ' εἰς χεῖρας συνιόντες

inde ſuppeditarent, qui militatum irent: qui vero in praeſidiis degerent, ſiquidem aliquando ſuſcipienda eſſet pro defenſione regionis expeditio, ſtipendiis militarent. At nunc et oſtiarii, et panis, et obſoniorum opifices, et pocillatores, et balneatores, et qui cibos in menſas adponunt, et qui eos tollunt, et qui cubitum deducunt, et qui de ſomno excitant, et qui eos pigmentis illinendis et infricandis exornant, et eleganter cetera quoque componunt; hi omnes a viris praecipua potentia praeditis equites facti ſunt, vt ſtipendia ſibi mereant. Et hominum quidem illi multitudinem quandam oculis exhibent, non tamen vllus eorum in bello eſt vſus: quod quidem ex illis ipſis, quae vſu veniunt, manifeſtum eſt. Nam illorum in agro facilius hoſtes, quam amici, verſantur.

11. Enimuero quum ex ferentariorum ordine Cyrus eos eximeret, ac tum ipſos, tum equos armaret, et cuique daret in manum tragulam vnam, comminus eis in hoſtem vſus eſt. Nunc neque amplius leui certamine cum hoſte congredientur, neque comminus

τες μάχονται. καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέρρα, καὶ κοπίδας, καὶ σαγάρεις, ὥσπερ ἐπὶ Κύρου, τὴν μάχην ποιησόμενοι· εἰς χεῖρας δὲ ἰέναι οὐδ' ὅτοι ἐθέλουσιν. οὐδέ γε τοῖς δρεπανηφόροις ἅρμασιν ἔτι χρῶνται, ἐφ' ᾧ Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο. ὁ μὲν γὰρ, τιμαῖς αὐξήσας τοὺς ἡνιόχους, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶχε τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας.

ιβ'. Οἱ δὲ νῦν οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, οἵονται σφίσιν ὁμοίους τοὺς ἀνασκήτους τοῖς ἠσκηκόσιν ἔσεσθαι. οἱ δὲ, ὁρμῶσι μὲν, πρὶν δὲ ἐν τοῖς πολεμίοις εἶναι, οἱ μὲν, ἑκόντες ἐκπίπτουσιν, οἱ δ' ἐξάλλονται· ὥστε ἄνευ ἡνιόχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη πολλάκις πλείω κακὰ τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. ἐπεὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ γιγνώσκουσιν, οἷα σφίσι τὰ πολεμιστήρια ὑπάρχει, ὑφίενται· καὶ οὐδεὶς ἔτι ἄνευ τῶν Ελλήνων εἰς πόλεμον καθίσαται, ὅτε ὅταν ἀλλήλοις πολεμῶσιν, ὅτε ὅταν οἱ Ελληνες αὐτοῖς ἀντιστρατεύωνται, ἀλλὰ καὶ πρὸς

comminus pugnam conserunt. Itidem pedites habent illi quidem crates, et copidas, et secures, quibus perinde, ac ipsius Cyri tempore, praelium ineant; verum ne illi quidem manum conserere volunt. Nec falcatos item currus ad eos vsus, quibus a Cyro destinati fuerunt, adhibent. Nam is aurigas honoribus auctos, et ad fortitudinem consuefactos habuit, qui grauem in armaturam impetum facerent.

12. Hodierni Persae, quum eos qui sunt in curribus, ne quidem norint, inexercitatos arbitrantur pares futuros exercitatis. Faciunt vero illi quidem impetum, sed prius quam intra hostes penetrent, partim sponte sua delabuntur, partim desiliunt. Quo fit, vt ab aurigis destituta vehicula iugalium saepenumero plus amicis detrimenti adferant, quam hostibus. Enimvero quum ipsi intelligant, quales sint ipsorum adparatus bellici; cedunt aliis: neque quisquam amplius absque Graecis ad bellum se comparat, siue adeo ipsi bellum inter se gerant, seu contra eos Graeci copias educant: quod animaduertant, etiam

aduersus

πρὸς τούτους ἐγνώκασι μεθ' Ελλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι.

ιγ'. Ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι, ἅπερ ὑπεθέμην, ἀπειργάσθαί μοι. φημὶ γὰρ, Πέρσας, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, καὶ ἀσεβεστέρους περὶ θεοὺς, καὶ ἀνοσιωτέρους περὶ συγγενεῖς, καὶ ἀδικωτέρους περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ ἀνανδροτέρους τὰ εἰς τὸν πόλεμον νῦν, ἢ πρόσθεν, ἀποδεδεῖχθαι. εἰ δέ τις τἀναντία ἐμοὶ γιγνώσκει, τὰ ἔργα αὐτῶν ἐπισκοπῶν, εὑρήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

aduerſus Graecos non niſi cum Graecorum auxiliis ſibi bella eſſe ſuſcipienda.

13. Et arbitror ſane me iam perfeciſſe, quod inſtitueram. Quippe demonſtratum aio, Perſas, et alios Perſis coniunctos, minus erga Deos eſſe religioſos, et erga cognatos magis impios, et iniuſtiores erga ceteros, et bellicis in rebus effeminatos iam magis quam prius. Quod ſi quis contraria ſententiae meae ſtatuit, ſaltem eorum facta conſideret, ac meis ea rationibus teſtimonium perhibere comperiet.

Изъ Книгъ Гуровыхъ

# EMENDANDA.

Pag. 20. lin. 4. lege δρῶ sine iota. p. 24. l. 1. μεθύσκεται; cum signo inter. p. 28. l. 9. ἃ. ibid. l. 10. ψυχὴ. p. 32. l. 2. δύναιτό. p. 34. l. 10. σεὶ. p. 42. l. 7. post νῦν punctum loco coli. p. 45. l. 3. θές. p. 48. l. 10. ἐξέσαι. p. 49. l. 11. post Μῆδων punctum pro commate. p. 55. l. penult. τὴν ἔξοδον. p. 62. l. vlt. ὃ. p. 63. l. penult. ὃν. p. 65. l. 6. ποτε del. accent. p. 66. l. 6. post ἐξάγειν colon pro puncto. p. 71. l. 1. ὁπότε. p. 72. l. 6. προσρατὰ. p. 75. l. 5. ἀρπεδόναις. ibid. lin. vlt. ὑμᾶς pro ἡμᾶς. p. 77. l. penult. χρῶντο. p. 86. l. 12. καὶ pro καὶ. p. 89. l. 4. ἀναλωθέντων. p. 95. l. 2. τράπωνται. p. 102. l. antepenult. βάττειν pro βάπτειν. p. 103. l. 1. τότω. ibid. vlt. οἱ ἄνδρες. p. 105. l. 1. omissum est φίλες ante ἀνακτήσασθαι. p. 106. l. 4. lege ἀλαζόνες. p. 108. l. 12. post ἀξιωθαι punctum pro colo. p. 121. l. 6. δρμᾶσθαι. p. 124. l. 3. ὅτω. ibid. l. 11. ἐπιμελείας. p. 130. l. 2. τοιᾶδε. p. 143. l. 9. εἰπέ. p. 146. l. 11. post τυγχάνη punctum. p. 147. l. 6. εἰπέ. p. 150. l. 11. ὁ μὲν γὰρ ἰσχύι. p. 154. l. 14. ἕνεκα. p. 157. l. 3. διδῷ. p. 169. l. 1. χαλδαίες. p. 172. l. 5. Ινδὸ. p. 176. l. 11. ὡς. p. 188. l. 7. ἐσεφαναμένες. p. 190. l. 11. Κυαξάρης. p. 191. l. 15. εἰ. p. 192. l. 9. κίδες. p. 201. l. 12. ὑμῖν pro ἡμῖν. p. 207. l. 15. 16. σύμπεμψον. p. 215. l. 12. μηδένα. p. 230. l. 8. 9. ἀκοντίζειν. p. 232. l. 14. ἐναντίον. p. 240. l. 5. ἱππέων. p. 259. l. 8. τί. p. 274. l. 1. πρόσθεν. p. 284. l. 5. τί. p. 287. l. 10. ὅτω. p. 293. l. 1. κομίζειν pro νομίζειν. p. 302. l. 7. αἰσχρόν. p. 321. in not. dele: *linus*. p. 326. l. 11. leg. μείζων. p. 361. l. 6. ἐνίβαλλε. p. 363. l. 1. φέρειν. p. 379. l. 10. ἐπίσθε. p. 386. l. 15. ἑκατὸν. p. 396. l. 14. post κέρατα pro puncto comma. p. 401. l. 5. ἄνδρας. p. 422. l. 6. φασιν accentu deleto. ibid. vlt. ἐκέλευσεν. p. 465. l. 3. Κύρε. p. 508. l. 8. θύσας.

69.328.
Ч-93117.

Наукова бібліотека
ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО
УНІВЕРСИТЕТУ
ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова